schaftslehre". Unde apparet eam disciplinam quam in Analyticis posterioribus tradat Aristoteles cum ipsa philosophia naturae arctissime coniunctam esse, quod comprobatur iis quae leguntur 1005 b 6 *ὅτι μὲν οὖν τοῦ φιλοσόφου καὶ τοῦ περὶ πάσης τῆς οὐσίας θεωροῦντος ἦ πέφυκεν, καὶ περὶ τῶν συλλογιστικῶν ἀρχῶν ἐστὶν ἐπισκέψασθαι, δῆλον. προσήκει δὲ τὸν μάλιστα γνωρίζοντα περὶ ἕκαστον γένος ἔχειν λέγειν τὰς βεβαιοτάτας ἀρχὰς τοῦ πράγματος, ὥστε καὶ τὸν περὶ τῶν ὄντων ἦ ὄντα τὰς πάντων βεβαιοτάτας. ἔστι δ' οὗτος ὁ φιλόσοφος.* 1006 a 6 *ἔστι γὰρ ἀπαιδευσία τὸ μὴ γιγνώσκειν τίνων δεῖ ζητεῖν ἀπόδειξιν καὶ τίνων οὐ δεῖ. ὅλως μὲν γὰρ ἁπάντων ἀδύνατον ἀπόδειξιν εἶναι· εἰς ἄπειρον γὰρ ἂν βαδίζοι, ὥστε μηδ' οὕτως εἶναι ἀπόδειξιν.* Quare dicit 162 a 15 *ἔστι δὲ φιλοσόφημα μὲν συλλογισμὸς ἀποδεικτικός* (cf. Trdlb. Elem. logic. Aristotelic. p. 99), quamquam latius patet *φιλοσόφημα* de coel. 294 a 19 *ὥστε τὸ μὲν ἀπορεῖν εἰκότως ἐγένετο φιλοσόφημα πᾶσιν*: nam *φιλοσόφημα* hic vocatur quaestio quaecunque ad philosophiam pertinet. *ἀπόδειξις* (de qua v. Trdlb. de an. p. 195—198), quae non nisi veram demonstrationem apud Aristotelem significare solet, tamen etiam de falso syllogismo dicitur 55 a 4, 28 b 31 coll. 43 b 11 et de eo qui ad absurdum deducit (27 b 3), qui ab Aristotele *δεῖξις*, non *ἀπόδειξις* appellari solet: quare mirum non est quod dicit 1355 a 5 *ἡ δὲ πίστις ἀπόδειξίς τις (τότε γὰρ πιστεύομεν μάλιστα ὅταν ἀποδεδεῖχθαι ὑπολάβωμεν), ἔστι δ' ἀπόδειξις ῥητορικὴ ἐνθύμημα.* Item etiam significatio adiectivi *ἀποδεικτικός* non premenda est 1377 b 23 *ἐπεὶ δ' ἕνεκα κρίσεώς ἐστιν ἡ ῥητορική . . . ἀνάγκη μὴ μόνον πρὸς τὸν λόγον ὁρᾶν, ὅπως ἀποδεικτικὸς ἔσται καὶ πιστός.* Iam vero quum appareat doctrinam Analyticam principalem quandam esse universae philosophiae partem, non alienum videtur ab hoc loco adscribere locos ex quibus pateat quid de philosophia universa Aristoteles senserit: 1141 a 9 *τὴν δὲ σοφίαν ἕν τε ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεστάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν . . . ἐνταῦθα μὲν οὖν οὐθὲν ἄλλο σημαίνοντες τὴν σοφίαν ἢ ὅτι ἀρετὴ τέχνης ἐστίν.* Ib. vs. 16 *ὥστε δῆλον ὅτι ἡ ἀκριβεστάτη ἂν τῶν ἐπιστημῶν εἴη ἡ σοφία. δεῖ ἄρα τὸν σοφὸν μὴ μόνον τὰ ἐκ τῶν ἀρχῶν εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς ἀληθεύειν. ὥστ' εἴη ἂν ἡ σοφία νοῦς καὶ ἐπιστήμη ὥσπερ κεφαλὴν ἔχουσα ἐπιστήμη τῶν τιμιωτάτων.* 982 b 25 *δῆλον οὖν ὡς δι' οὐδεμίαν αὐτὴν ζητοῦμεν χρείαν ἑτέραν, ἀλλ' ὥσπερ ἄνθρωπός φαμεν ἐλεύθερος ὁ αὑτοῦ ἕνεκα καὶ μὴ ἄλ-*

λου ὤν, οὕτω καὶ αὕτη μόνη ἐλευθέρα οὖσα τῶν ἐπιστημῶν· μόνη γὰρ αὐτὴ αὑτῆς ἕνεκέν ἐστιν. 992a 24 ὅλως δὲ ζητούσης τῆς σοφίας περὶ τῶν φανερῶν τὸ αἴτιον... In his σοφία idem est quod φιλοσοφία, quamquam etiam φιλοσοφία ab Aristotele ita usurpatur, ut eam virtutem significet quae ἀνδρία, σωφροσύνη et δικαιοσύνη opponitur: 1334a 23 ἀνδρίας μὲν οὖν καὶ καρτερίας δεῖ πρὸς τὴν ἀσχολίαν, φιλοσοφίας δὲ πρὸς τὴν σχολήν, σωφροσύνης δὲ καὶ δικαιοσύνης ἐν ἀμφοτέροις τοῖς χρόνοις. Eundem sensum quo nos hac voce utimur φιλοσοφία saepius habet apud Aristotelem, v. e. g. 191a 25 ζητοῦντες γὰρ οἱ κατὰ φιλοσοφίαν πρῶτοι τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν φύσιν τὴν τῶν ὄντων ἐξετράπησαν οἷον ὁδόν τινα ἄλλην. Cf. 185a 20 ἐπειδὴ περὶ φύσεως μὲν οὔ, φυσικὰς δὲ ἀπορίας συμβαίνει λέγειν αὐτοῖς, ἴσως ἔχει καλῶς ἐπὶ μικρὸν διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν· ἔχει γὰρ φιλοσοφίαν ἡ σκέψις. 175a 5 χρήσιμοι μὲν οὖν εἰσὶ πρὸς μὲν φιλοσοφίαν (ad veritatem inveniendam, quae hoc loco opponitur disputationi dialecticae) et quae dicemus ad 96b 15. De prima philosophia v. 1004a 3 τοσαῦτα μέρη φιλοσοφίας ἐστὶν ὅσαπερ αἱ οὐσίαι· ὥστε ἀναγκαῖον εἶναι πρώτην τινὰ καὶ ἐχομένην αὐτῶν. 318a 6 τούτων δὲ περὶ μὲν τῆς ἀκινήτου ἀρχῆς τῆς ἑτέρας καὶ προτέρας διελεῖν ἐστὶ φιλοσοφίας ἔργον. 1025b 25 πᾶσα διάνοια ἢ πρακτικὴ ἢ ποιητικὴ ἢ θεωρητική. 1026a 16 ὥστε τρεῖς ἂν εἶεν φιλοσοφίαι θεωρητικαί, μαθηματικὴ φυσικὴ θεολογική. ἡ δὲ πρώτη καὶ περὶ χωριστὰ καὶ ἀκίνητα. ἀνάγκη δὲ πάντα μὲν τὰ αἴτια ἀΐδια εἶναι, μάλιστα δὲ ταῦτα· ταῦτα γὰρ αἴτια τοῖς φανεροῖς τῶν θείων. 1064a 18 ὅτι μὲν τοίνυν οὔτε πρακτικὴν οὔτε ποιητικὴν ἀλλὰ θεωρητικὴν ἀναγκαῖον εἶναι τὴν φυσικὴν ἐπιστήμην, δῆλον ἐκ τούτων· εἰς ἓν γάρ τι τούτων τῶν γενῶν ἀνάγκη πίπτειν αὐτήν. 1005b 1 ἔστι δὲ σοφία τις καὶ ἡ φυσική, ἀλλ' οὐ πρώτη. 1037a 15 τρόπον τινὰ τῆς φυσικῆς καὶ δευτέρας φιλοσοφίας ἔργον ἡ περὶ τὰς αἰσθητὰς οὐσίας θεωρία. 1061b 19 ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ μαθηματικὸς χρῆται τοῖς κοινοῖς ἰδίως, καὶ τὰς τούτων ἀρχὰς ἂν εἴη θεωρῆσαι τῆς πρώτης φιλοσοφίας ... ἡ δὲ φιλοσοφία περὶ τῶν ἐν μέρει μέν, ἢ τούτων ἑκάστῳ τι συμβέβηκεν, οὐ σκοπεῖ, περὶ τὸ ὂν δ', ἢ ὂν τῶν τοιούτων ἕκαστον θεωρεῖ ... τὴν δὲ πρώτην εἰρήκαμεν ἐπιστήμην τούτων εἶναι καθ' ὅσον ὄντα τὰ ὑποκείμενά ἐστιν, ἀλλ' οὐχ ἢ ἕτερόν τι. διὸ καὶ ταύτην καὶ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην μέρη τῆς σοφίας εἶναι θετέον. Cf. Biese I. p. 360, Ritter Gesch. der Phil. III. p. 71. not. 3, p. 60. not. 1.

Primam philosophiam describit 1003 a 21 ἔστιν ἐπιστήμη τις ἡ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὂν καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ' αὑτό· αὕτη δ' ἐστὶν οὐδεμιᾷ τῶν ἐν μέρει λεγομένων ἡ αὐτή· οὐδεμία γὰρ τῶν ἄλλων ἐπισκοπεῖ καθόλου περὶ τοῦ ὄντος ᾗ ὄν, ἀλλὰ μέρος αὐτοῦ τι ἀποτεμνόμεναι περὶ τούτου θεωροῦσι τὸ συμβεβηκός. — Reliquum est, ut patefaciamus quam rationem doctrina Analytica ad dialecticam habeat, quod optime intelligetur ex iis quae utrique sunt communia: velut de definitione et in Analyticis agitur et in Topicis, sed ita ut in his (lib. VI. c. 4 sqq.) doceatur qualis definitio impugnari possit, qualis non possit, in illis vero quid sit vera definitio et quomodo conficiatur. Item et in Analyticis post. (I. c. 26) et in Topicis (VIII. c. 2) rectam demonstrationem ei praestare ostenditur quae ad absurdum ducat, quamquam ratio ob quam altera praestet diversa sit: in Analyticis enim demonstrationem rectam praeferendam esse probatur inde, quod, quum ex principiis rei demonstrandae propriis conficiatur, natura sit praestantior, in Topicis vero, quod difficilius sit eam impugnare. Denique qua in re doctrina Analytica et dialectica differant Aristoteles ipse pluribus locis significavit (cf. 46 a 8, 162 b 32), ubi illi dicit propositum esse, ut ipsam veritatem quaerat, huic vero, ut probabilem quandam veritatis speciem efficiat.

Lib. I. cap. 1. *Qui discit cognitionem quandam iam habere debet,* 11 *eamque duplicem.* 18 *Quae universe et generatim scimus ea in rebus singulis interdum nescimus, quamquam non eodem modo,* 29 *unde solvitur difficultas quaedam in Platonis Menone obvia.*

71 a 1 Simile initium est Eth. Nicomach. πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι δοκεῖ, ubi μέθοδος, quum vel viam et rationem significet qua cognitio quaecunque ad artis formam redigatur, vel etiam disciplinam ipsam quae artificio et via tradatur (cf. 402 a 14, 20), idem fere significat quod hoc loco μάθησις διανοητική. Deinde μέθοδον vocat disputationem ipsam quae de aliqua re instituitur: 1289 a 26 ἐν τῇ πρώτῃ μεθόδῳ περὶ τῶν πολιτειῶν διειλόμεθα τρεῖς μὲν τὰς ὀρθὰς πολιτείας. 1317 b 34 καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν τῇ μεθόδῳ τῇ πρὸ ταύτης. Unde factum est, ut μέθοδος 338 a 25 idem sit quod alias ab Aristotele dici solet πραγματεία: λοιπὸν δ' ἐστὶ μέ-

ρος τῆς μεθόδου ταύτης ἔτι θεωρητέον, ὃ πάντες οἱ πρότερον μετεωρολογίαν ἐκάλουν. Cf. quae dicit C. Heyder Krit. Darst. u. Vergl. d. Arist. u. Hegelschen Dialektik. Erl. 1845. I. p. 216 not. — Opponitur μάθησις διανοητική (πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς αἰσθητικῆς γνωσεως schol. 196 b 8), quod bene observavit Trdlbg. Elem. logic. Arist. p. 79 (ed. III. p. 80), experientiae quae usu edocta ratione non ducitur (die rationale Erkenntnifs der empirischen). 1025 b 6 ὅλως δὲ πᾶσα ἐπιστήμη διανοητικὴ ἢ μετέχουσά τι διανοίας περὶ αἰτίας καὶ ἀρχάς ἐστιν ἢ ἀκριβεστέρας ἢ ἁπλουστέρας. Eadem fere oppositio locum habet 1103 a 14 διττῆς δὲ τῆς ἀρετῆς οὔσης, τῆς μὲν διανοητικῆς τῆς δὲ ἠθικῆς, ἡ μὲν διανοητικὴ τὸ πλεῖον ἐκ διδασκαλίας ἔχει καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν, διόπερ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου· ἡ δ' ἠθικὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται: quare dicit 1450 a 2 πέφυκεν αἴτια δύο τῶν πράξεων εἶναι, διάνοια καὶ ἦθος. De διανοίᾳ v. Biese I. p. 89 a 2 „Die im Denken vorgehende Thätigkeit des Trennens und Verbindens (ἡ συμπλοκή und ἡ διαίρεσις) wird von Aristoteles διάνοια genannt": quare Trdlbg. Elem. log. p. 66 (ed. III. p. 67) recte opponit τῷ διανοεῖσθαι, quod veri inveníendi studium significet, τὸ ὑπολαμβάνειν (de quo v. quae dix. ad 66 b 19), quod veri inventi decretum constituat. Ubi sensu latiori usurpatur, διάνοια recte vertitur „die intellectuelle Kraft des Geistes" (Biese II. p. 540), „die reflectirende Thätigkeit des Geistes" (τὸ διανοητικόν — Biese II. p. 245), „das Abstractionsvermögen des Verstandes" (id. ib. p. 219): quare coniunguntur 1324 a 20 διάνοια καὶ θεωρία, 1325 b 20 θεωρίαι καὶ διανοήσεις. Quomodo differant τὸ διανοεῖσθαι et τὸ νοεῖν, exposuit Trdlbg. de anim. p. 272. Aliam eiusdem vocabuli significationem habemus 1456 a 34 λοιπὸν δὲ περὶ λέξεως ἢ διανοίας εἰπεῖν . . . ἔστι δὲ κατὰ τὴν διάνοιαν ταῦτα, ὅσα ὑπὸ τοῦ λόγου δεῖ παρασκευασθῆναι. μέρη δὲ τούτων τό τε ἀποδεικνύναι καὶ τὸ λύειν καὶ τὸ πάθη παρασκευάζειν, οἷον ἔλεον ἢ φόβον ἢ ὀργὴν καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ἔτι μέγεθος καὶ μικρότητα: apparet enim διάνοιαν hic significare certam quandam animi affectionem, quae oratione se duci patiatur. — Universam loci sententiam non satis accurate expressit Biese I. p. 231 „Jede besondere Wissenschaft mufs von allgemeinen Grundsätzen ausgehen und diese voraussetzen, wenn das Lernen oder Lehren überhaupt möglich seyn soll": conveniunt enim cum

nostro loco quae legimus 1029 b 4 *ἡ γὰρ μάθησις οὕτω γίνεται πᾶσι διὰ τῶν ἧττον γνωρίμων φύσει εἰς τὰ γνώριμα μᾶλλον· καὶ τοῦτο ἔργον ἐστίν, ὥσπερ ἐν ταῖς πράξεσι τὸ ποιῆσαι ἐκ τῶν ἑκάστῳ ἀγαθῶν τὰ ὅλως ἀγαθὰ ἑκάστῳ ἀγαθά, οὕτως ἐκ τῶν αὐτῷ γνωριμωτέρων τὰ τῇ φύσει γνώριμα αὐτῷ γνώριμα. τὰ δ' ἑκάστοις γνωριμα καὶ πρῶτα πολλάκις ἡρέμα ἐστὶ γνώριμα, καὶ μικρὸν ἢ οὐθὲν ἔχει τοῦ ὄντος· ἀλλ' ὅμως ἐκ τῶν φαύλως μὲν γνωστῶν, αὐτῷ δὲ γνωστῶν, τὰ ὅλως γνωστὰ γνῶναι πειρατέον μεταβαίνοντας.* 992 b 26 *ὥσπερ γὰρ τῷ γεωμετρεῖν μανθάνοντι ἄλλα μὲν ἐνδέχεται προειδέναι, ὧν δὲ ἡ ἐπιστήμη καὶ περὶ ὧν μέλλει μανθάνειν οὐθὲν προγιγνώσκει, οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων . . . πᾶσα μάθησις διὰ προγιγνωσκομένων ἢ πάντων ἢ τινῶν ἐστί, καὶ ἢ δι' ἀποδείξεως ἢ δι' ὁρισμῶν· δεῖ γὰρ ἐξ ὧν ὁ ὁρισμὸς προειδέναι καὶ εἶναι γνώριμα. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δι' ἐπαγωγῆς.* 1139 b 26 *ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς λέγομεν· ἡ μὲν γὰρ δι' ἐπαγωγῆς, ἡ δὲ συλλογισμῷ. ἡ μὲν δὴ ἐπαγωγὴ ἀρχή ἐστι καὶ τοῦ καθόλου, ὁ δὲ συλλογισμὸς ἐκ τῶν καθόλου. εἰσὶν ἄρα ἀρχαὶ ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός, ὧν οὐκ ἔστι συλλογισμός· ἐπαγωγὴ ἄρα. ἡ μὲν ἄρα ἐπιστήμη ἐστὶν ἕξις ἀποδεικτική.* 413 a 11 *ἐκ τῶν ἀσαφῶν φανερωτέρων δὲ γίγνεται τὸ σαφὲς καὶ κατὰ τὸν λόγον γνωριμώτερον.*

71 a 3 *αἵ τε γὰρ . . .* Etenim, ait, etiam disciplinae mathematicae, quae a sensibus et ab experientia quam maxime remotae sunt, comprobant veritatem eorum quae modo diximus: nam non discuntur nisi ab iis qui quandam cognitionem iam sibi comparaverunt.

71 a 5 *οἵ τε διὰ . . .* v. Anal. pr. II. c. 23 et quae ibi diximus. Expectabas ut diceret aut *αἵ τε διὰ συλλογισμῶν καὶ αἱ . . .* aut *τούς τε διὰ συλλογισμῶν καὶ τοὺς . . .* Similem in scribendo negligentiam notavimus ad 67 a 35.

71 a 7 *οἱ μὲν*, intell. *οἱ διὰ συλλογισμῶν*. — Male Biese II. p. 7. not. 3 *ξυνιέντας* vertit „die Gebildeten": nam quamquam Aristoteles dicit 1142 b 34 *ἔστι δὲ καὶ ἡ σύνεσις καὶ ἡ ἀσυνεσία . . . οὐδ' ὅλως τὸ αὐτὸ ἐπιστήμῃ ἢ δόξῃ . . . οὔτε τις μία τῶν κατὰ μέρος ἐπιστημῶν . . . οὔτε γὰρ περὶ τῶν ἀεὶ ὄντων καὶ ἀκινήτων ἡ σύνεσίς ἐστιν οὔτε περὶ τῶν γιγνομένων ὁτουοῦν, ἀλλὰ περὶ ὧν ἀπορήσειεν ἄν τις καὶ βουλεύσαιτο . . . ἡ δὲ σύνεσις κριτικὴ μόνον*, tamen hoc loco *ξυνιέντας* vocat eos

qui non ipsi ignorent quod concesserint, sed intelligant quid propositiones, quas dederint et ex quibus syllogismus fieri debeat, sibi velint. Cf. 1005 b 15 *ἦν γὰρ ἀναγκαῖον ἔχειν τὸν ὁτιοῦν ξυνιέντα τῶν ὄντων, τοῦτο οὐχ ὑπόθεσις.* 1062 a 12 *τοὺς δὴ μέλλοντας ἀλλήλοις λόγου κοινωνήσειν δεῖ τι συνιέναι αὐτῶν ... δεῖ τοίνυν τῶν ὀνομάτων ἕκαστον εἶναι γνώριμον καὶ δηλοῦν τι, καὶ μὴ πολλά, μόνον δ' ἕν· ἂν δὲ πλείω σημαίνῃ, φανερὸν ποιεῖν ἐφ' ὃ φέρει τοὔνομα τούτων.*

71 a 10 *δι' ἐνθυμημάτων.* De enthymemate v. 70 a 10 et quae diximus ad 68 b 38 et ad 70 a 3.

71 a 12 *τὰ μὲν γὰρ ...* Qualia haec sint cognoscimus ex iis quae dicit 1098 b 1 *ἱκανὸν ἔν τισι τὸ ὅτι δειχθῆναι, οἷον καὶ περὶ ἀρχάς.* 76 a 31 *λέγω δ' ἀρχὰς ἐν ἑκάστῳ γένει ταύτας, ἃς ὅτι ἔστι μὴ ἐνδέχεται δεῖξαι.* Cf. 76 b 6 sq. et 37 *τοὺς δ' ὅρους μόνον ξυνίεσθαι δεῖ.* Quae, antequam disciplina ipsa quaecunque nobis tradatur, cognoscere debemus *ὅτι ἔστιν*, axiomata sunt, quae vero cognoscere debemus *τί τὸ λεγόμενόν ἐστι*, definitiones sunt: unde fit ut disciplinam ipsam quamcumque praecedere debeant axiomata et definitiones, quod monemus, ne quis cum intpp. graecis *τὸ ὅτι ἔστιν* et *τὸ τί σημαίνει* de iis intelligat quae sunt *δεδομένα* et *ζητούμενα*. Nam etsi definitio rei naturam non patefaciat, tamen quam vim habeat nomen quo res significetur exponit, ut etiam definitio nominalis, quae dicitur, utilitatem quandam habeat: quare dicit Aristoteles 213 b 30 *πρὸς δὲ τὸ ποτέρως ἔχει* (*περὶ κενοῦ* intell., *εἰ ἔστιν ἢ μή*, v. ib. a 13) *δεῖ λαβεῖν τί σημαίνει τοὔνομα.*

71 a 18 Si quis notitiam habet generalem, simulatque aliquid occurrit quod genere, quod novit, continetur, id agnoscit (*ἅμα λαμβάνων τὴν γνῶσιν*) ut quod generi subiectum sit. Qua in re quomodo falli possimus, expositum est 67 a 9 sqq. — Vs. 21 *ἐπαγόμενος* et vs. 24 *ἐπαχθῆναι*, quod bene explicatur schol. 197 b 16 *τὴν αἴσθησιν προσβάλλειν*, ostendunt, quo iure dicatur *ἐπαγωγὴ* ea demonstrandi ratio quae a singulis ad universalia procedit. Trendelenburg (El. log. Arist. p. 82 sq., ed. III. p. 84) *ἐπαγωγὴν* non ab auditoribus inducendis, sed ab exemplis afferendis (*ἐπάγειν παραδείγματα*) dictam putat. Adstipulatur C. Heyder Krit. Darst. u. Vergl. der Arist. u. Hegelschen Dialektik I. p. 219. not. — Uncinis inclusimus verba *ἑνίων* vs. 21 — 24 *τινός*, quia quae sequuntur *πρὶν δ' ἐπαχθῆναι* arctissime cohaerent cum iis quae praecesserunt vs. 21.

71 a 22 *οὐ διὰ τοῦ μέσου τὸ ἔ. γν.* h. e. *οὐ συλλογισμῷ γνωρίζεται τὸ ζητούμενον, ἀλλ' ἀναγνωρίζεται μόνον τὸ καθ' ἕκαστον, καθ' οὗ ὑποκειμένου λέγεται τὸ καθόλου.* — Quem *συλλογισμὸν* dicat bene explicat Philop. (v. schol. 197 b 7). — *ἴσως* modeste loquentis est. Similia collegimus ad 32 a 16.

71 a 26 *ὁ γὰρ...* Etenim quod quis ita ignorat, ut de ipsa eius exsistentia incertus sit, quomodo fieri potest, ut id ipsum duos angulos rectos habere sciat, si alterum *ἁπλῶς* eum nescire, alterum *ἁπλῶς* eum scire ponamus? Hoc certe absurdum esset: nam qui uno quodam modo (e. g. *ἁπλῶς*) scit qualis sit aliqua res, is num eadem res exsistat necne eodem modo (*ἁπλῶς*) nescire non potest. Apparet igitur quodam modo eum scire, quodam modo nescire rem, quae qualis esset compertum haberet, nisi num exsisteret ignoraret. *ἁπλῶς εἰδέναι* dicitur qui et num res sit novit et quid sit, ut nihil eum fugiat quod ad rem pertineat. Cf. quae diximus ad 21 a 5. — Vs. 29 *τὸ ἐν τῷ Μέν. ἀπόρ.* Locus est in Plat. Men. 80, D *καὶ τίνα τρόπον ζητήσεις, ὦ Σώκρατες, τοῦτο ὃ μὴ οἶσθα τὸ παράπαν ὅ τι ἔστι; ποῖον γὰρ ὧν οὐκ οἶσθα προθέμενος ζητήσεις; ἢ εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἐντύχοις αὐτῷ, πῶς εἴσει, ὅτι τοῦτό ἐστιν, ὃ σὺ οὐκ ᾔδησθα;* — Idem sophisma videtur in mente habuisse 1049 b 33 sqq.

71 a 33 Non bene difficultati medentur qui quae e. g. in mathematica de triangulo vel de alia re quacunque tradantur non de universo triangulo accipienda esse dicunt, sed non nisi de iis triangulis quae cognoscat qui discat, quod subtilitate disciplinae indignum est et quam maxime ab ea alienum: neque enim mathematica discentibus eam conditionem facit, ut, si quid triangulum esse intelligant, id duos rectos angulos habere debeat, sed potius ita mathematicam discunt, ut triangulum quodcunque, sive notum sive etiam ignotum, duos rectos angulos non habere non posse certissimum sit. Etenim minime absurdum est (b 7) eum qui discat quandam cognitionem iam habere eius quod discat, sed absurdum esset, si quis hoc modo illud iam nosset, scilicet si quatenus et quomodo rem disceret, eam iam cognitam haberet. — Vs. 6 *ἔστιν ὡς ἐπίστασθαι.* Cf. 959 a 13 *ἐπὶ μὲν τῆς ὄψεως ἔστιν ὥστε φαίνεσθαι τὸ ἓν δύο.* 1027 a 5 *διὸ συνέβη φαμέν, καὶ ἔστιν ὡς ποιεῖ, ἁπλῶς δ' οὔ.* Cum iis autem quae habemus vs. 8 cf. 1011 a 24 *διὸ καὶ φυλακτέον... ὅτι οὐ τὸ φαινόμε-*

νόν ἐστιν, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον ᾧ φαίνεται καὶ ὅτε φαίνεται καὶ ᾗ καὶ ὡς. 1068 b 23 *τὸ δὲ ἀκίνητον τό τε ὅλως ἀδύνατον κινηθῆναι... καὶ τὸ πεφυκὸς μὲν κινεῖσθαι, μὴ δυνάμενον δὲ ὅτε πέφυκε καὶ οὗ καὶ ὡς.* 1109 a 28 *τὸ δ' ᾧ καὶ ὅσον καὶ ὅτε καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὡς, οὐκέτι παντὸς οὐδὲ ῥᾴδιον.* De coel. 311 a 5 *φανερὸν δὴ ὅτι δυνάμει ὄν, εἰς ἐντελέχειαν ἰὸν ἔρχεται ἐκεῖ καὶ εἰς τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον, οὗ ἡ ἐντελέχεια καὶ ὅσου καὶ οἵου καὶ ὅπου.*

Cap. 2. Scientia est cognitio rei, quatenus necessario prodiit ex causa unde fluxit. 17 *Qualia esse debeant, ex quibus vera scientia per demonstrationem comparari possit exponitur.* 72 a 7 *De principio demonstrationis.* 15 *Quid sit thesis, axioma, hypothesis, definitio.* 25 *Quum ea ex quibus demonstratur, tum etiam ea quae iis opposita sunt magis stabilia et perspicua esse debent quam id quod demonstratur.*

71 b 9 *ἐπίστασθαι δὲ οἰόμεθ' ἕκαστον.* Cf. 184 a 12 *τότε γὰρ οἰόμεθα γινώσκειν ἕκαστον, ὅταν τὰ αἴτια γνωρίσωμεν τὰ πρῶτα καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς πρώτας καὶ μέχρι τῶν στοιχείων.* 1028 a 28 *οἱ μὲν γὰρ ἔμπειροι τὸ ὅτι μὲν ἴσασι, διότι δ' οὐκ ἴσασιν· οἱ δὲ τὸ διότι καὶ τὴν αἰτίαν γνωρίζουσιν.* Ib. b 28 *τὴν ὀνομαζομένην σοφίαν περὶ τὰ πρῶτα αἴτια καὶ τὰς ἀρχὰς ὑπολαμβάνουσι πάντες* (coll. 194 b 18). 1028 a 36 *καὶ εἰδέναι τότ' οἰόμεθα ἕκαστον μάλιστα, ὅταν τί ἐστιν ὁ ἄνθρωπος γνῶμεν ἢ τὸ πῦρ, μᾶλλον ἢ τὸ ποιὸν ἢ τὸ ποσὸν ἢ τὸ ποῦ, ἐπεὶ καὶ αὐτῶν τούτων τότε ἕκαστον ἴσμεν, ὅταν τί ἐστι τὸ ποσὸν ἢ τὸ ποιὸν γνῶμεν.* 765 b 5 *ἀλλὰ λίαν τὸ λέγειν οὕτω πόῤῥωθέν ἐστιν ἅπτεσθαι τῆς αἰτίας, δεῖ δ' ὅτι μάλιστα προσάγειν ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ἐγγὺς τῶν πρώτων αἰτίων.*

71 b 10 *τὸν κατὰ συμβεβηκός*, v. quae diximus ad 43 a 34. De eo quod dicitur *κατὰ συμβεβηκός* optime disputaverunt Trendelenbg. de an. p. 188, Ritter Gesch. d. Phil. III. p. 132. not. 2. 1064 b 27 *τοῦτο δὲ* (*τὸ συμβεβηκὸς* intell.) *οὐδεμία ζητεῖ τῶν ὁμολογουμένως οὐσῶν ἐπιστημῶν πλὴν ἡ σοφιστική· περὶ τὸ συμβεβηκὸς γὰρ αὕτη μόνη πραγματεύεται· διὸ Πλάτων οὐ κακῶς εἴρηκε φήσας τὸν σοφιστὴν περὶ τὸ μὴ ὂν διατρίβειν* (cf. 1026 b 14). 1065 a 1 *ἔστι δὴ τὸ συμβεβηκὸς ὃ γίγνεται μέν, οὐκ ἀεὶ δ' οὐδ' ἐξ ἀνάγκης οὐδ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.* 265 b 10 *οὐ γὰρ ἀναγκαῖον τὸ συμβεβηκός, ἀλλ' ἐνδεχόμενον μὴ εἶναι.*

1026 b 3 πρῶτον περὶ τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς λεκτέον, ὅτι οὐδεμία ἐστὶ περὶ αὐτοῦ θεωρία. σημεῖον δέ· οὐδεμίᾳ γὰρ ἐπιστήμῃ ἐπιμελὲς περὶ αὐτοῦ οὔτε πρακτικῇ οὔτε ποιητικῇ οὔτε θεωρητικῇ. Ib. 21 φαίνεται γὰρ τὸ συμβεβηκὸς ἐγγύς τι τοῦ μὴ ὄντος. δῆλον δὲ καὶ ἐκ τῶν τοιούτων λόγων· τῶν μὲν γὰρ ἄλλον τρόπον ὄντων ἔστι γένεσις καὶ φθορά, τῶν δὲ κατὰ συμβεβηκὸς οὐκ ἔστιν. 1027 a 5 τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐνίοτε δυνάμεις εἰσὶν αἱ ποιητικαί, τῶν δ' οὐδεμία τέχνη οὐδὲ δύναμις ὡρισμένη· τῶν γὰρ κατὰ συμβεβηκὸς ὄντων ἢ γινομένων καὶ τὸ αἴτιόν ἐστι κατὰ συμβεβηκός. Quare dicitur φθείρεσθαι κατὰ συμβεβηκὸς quod interit cum eo et non nisi per ipsum eius interitum in quo inest vel cui adhaeret: 465 b 4 φθείρεται γὰρ τὰ μὲν ὑπάρχοντα τοῖς ἐναντίοις κατὰ συμβεβηκός, τῷ ἐκεῖνα (intell. οἷς ὑπάρχει) φθείρεσθαι: unde apparet haud male a Biesio (II. p. 91) κατὰ συμβεβηκός verti „beziehungsweise". 1025 a 14 συμβεβηκὸς λέγεται ὃ ὑπάρχει μέν τινι καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ μέντοι οὔτ' ἐξ ἀνάγκης οὔτ' ἐπὶ τὸ πολύ... οὐδὲ δὴ αἴτιον ὡρισμένον οὐθὲν τοῦ συμβεβηκότος ἀλλὰ τὸ τυχόν· τοῦτο δ' ἀόριστον... γέγονε μὲν δὴ καὶ ἔστι τὸ συμβεβηκός, ἀλλ' οὐχ ἥ αὐτὸ ἀλλ' ἥ ἕτερον... λέγεται δὲ καὶ ἄλλως συμβεβηκός, οἷον ὅσα ὑπάρχει ἑκάστῳ καθ' αὑτὸ μὴ ἐν τῇ οὐσίᾳ ὄντα, οἷον τῷ τριγώνῳ τὸ δύο ὀρθὰς ἔχειν. καὶ ταῦτα μὲν ἐνδέχεται ἀΐδια εἶναι, ἐκείνων δ' οὐθέν: dicuntur igitur συμβεβηκότα quaecunque non sunt substantiae neque per se ipsa consistunt, sed de aliis praedicantur (1017 a 12 τὸ γὰρ τόδε εἶναι τόδε σημαίνει τὸ συμβεβηκέναι τῷδε τόδε) vel quocunque alio modo illis adhaerent, v. Biese I. p. 63. not. 1: quare τὸ συμβεβηκός et τῇ οὐσίᾳ opponitur (cf. 83 a 27, 1017 a 31 τούτῳ γὰρ διώρισται οὐσία καὶ τὸ συμβεβηκός· τὸ γὰρ λευκὸν τῷ ἀνθρώπῳ συμβέβηκεν, ὅτι ἔστι μὲν λευκὸς ἀλλ' οὐχ ὅπερ λευκόν, cf. Biese I. p. 82. not. 5 et p. 259. not.) et τοῖς καθ' αὑτὰ ὑπάρχουσιν (cf. 73 b 9, 1015 b 16, Biese I. p. 130. not.) vel τοῖς φύσει γιγνομένοις: 406 a 15 εἰ δὲ κινεῖται μὴ κατὰ συμβεβηκός, φύσει ἂν ὑπάρχοι κίνησις αὐτῇ. Simul etiam apparet quomodo explicanda sit repugnantia quae in eo esse videtur, quod τὰ καθ' αὑτὰ ὑπάρχοντα aliis locis dicuntur συμβεβηκότα, aliis vero iis opponuntur: namque συμβεβηκότα appellantur tum omnia quae non sunt substantiae, etiamsi necessario de his praedicentur, tum maxime ea quae substantiis ita adhaereant, ut non ne-

νόν ἐστιν, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον ᾧ φαίνεται καὶ ὅτε φαίνεται καὶ ᾗ καὶ ὡς. 1068 b 23 *τὸ δὲ ἀκίνητον τό τε ὅλως ἀδύνατον κινηθῆναι... καὶ τὸ πεφυκὸς μὲν κινεῖσθαι, μὴ δυνάμενον δὲ ὅτε πέφυκε καὶ οὗ καὶ ὡς.* 1109 a 28 *τὸ δ' ᾧ καὶ ὅσον καὶ ὅτε καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὡς, οὐκέτι παντὸς οὐδὲ ῥᾴδιον.* De coel. 311 a 5 *φανερὸν δὴ ὅτι δυνάμει ὄν, εἰς ἐντελέχειαν ἰὸν ἔρχεται ἐκεῖ καὶ εἰς τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον, οὗ ἡ ἐντελέχεια καὶ ὅσου καὶ οἵου καὶ ὅπου.*

Cap. 2. Scientia est cognitio rei, quatenus necessario prodiit ex causa unde fluxit. 17 *Qualia esse debeant, ex quibus vera scientia per demonstrationem comparari possit exponitur.* 72 a 7 *De principio demonstrationis.* 15 *Quid sit thesis, axioma, hypothesis, definitio.* 25 *Quum ea ex quibus demonstratur, tum etiam ea quae iis opposita sunt magis stabilia et perspicua esse debent quam id quod demonstratur.*

71 b 9 *ἐπίστασθαι δὲ οἰόμεθ' ἕκαστον.* Cf. 184 a 12 *τότε γὰρ οἰόμεθα γινώσκειν ἕκαστον, ὅταν τὰ αἴτια γνωρίσωμεν τὰ πρῶτα καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς πρώτας καὶ μέχρι τῶν στοιχείων.* 1028 a 28 *οἱ μὲν γὰρ ἔμπειροι τὸ ὅτι μὲν ἴασι, διότι δ' οὐκ ἴασιν· οἱ δὲ τὸ διότι καὶ τὴν αἰτίαν γνωρίζουσιν.* Ib. b 28 *τὴν ὀνομαζομένην σοφίαν περὶ τὰ πρῶτα αἴτια καὶ τὰς ἀρχὰς ὑπολαμβάνουσι πάντες* (coll. 194 b 18). 1028 a 36 *καὶ εἰδέναι τότ' οἰόμεθα ἕκαστον μάλιστα, ὅταν τί ἐστιν ὁ ἄνθρωπος γνῶμεν ἢ τὸ πῦρ, μᾶλλον ἢ τὸ ποιὸν ἢ τὸ ποσὸν ἢ τὸ ποῦ, ἐπεὶ καὶ αὐτῶν τούτων τότε ἕκαστον ἴσμεν, ὅταν τί ἐστι τὸ ποσὸν ἢ τὸ ποιὸν γνῶμεν.* 765 b 5 *ἀλλὰ λίαν τὸ λέγειν οὕτω πόῤῥωθέν ἐστιν ἅπτεσθαι τῆς αἰτίας, δεῖ δ' ὅτι μάλιστα προσάγειν ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ἐγγὺς τῶν πρώτων αἰτίων.*

71 b 10 *τὸν κατὰ συμβεβηκός*, v. quae diximus ad 43 a 34. De eo quod dicitur *κατὰ συμβεβηκός* optime disputaverunt Trendelenbg. de an. p. 188, Ritter Gesch. d. Phil. III. p. 132. not. 2. 1064 b 27 *τοῦτο δὲ* (*τὸ συμβεβηκὸς* intell.) *οὐδεμία ζητεῖ τῶν ὁμολογουμένως οὐσῶν ἐπιστημῶν πλὴν ἡ σοφιστική· περὶ τὸ συμβεβηκὸς γὰρ αὕτη μόνη πραγματεύεται· διὸ Πλάτων οὐ κακῶς εἴρηκε φήσας τὸν σοφιστὴν περὶ τὸ μὴ ὂν διατρίβειν* (cf. 1026 b 14). 1065 a 1 *ἔστι δὴ τὸ συμβεβηκὸς ὃ γίγνεται μέν, οὐκ ἀεὶ δ' οὐδ' ἐξ ἀνάγκης οὐδ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.* 265 b 10 *οὐ γὰρ ἀναγκαῖον τὸ συμβεβηκός, ἀλλ' ἐνδεχόμενον μὴ εἶναι.*

1026 b 3 πρῶτον περὶ τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς λεκτέον, ὅτι οὐδεμία ἐστὶ περὶ αὐτοῦ θεωρία. σημεῖον δέ· οὐδεμίᾳ γὰρ ἐπιστήμῃ ἐπιμελὲς περὶ αὐτοῦ οὔτε πρακτικῇ οὔτε ποιητικῇ οὔτε θεωρητικῇ. Ib. 21 φαίνεται γὰρ τὸ συμβεβηκὸς ἐγγύς τι τοῦ μὴ ὄντος. δῆλον δὲ καὶ ἐκ τῶν τοιούτων λόγων· τῶν μὲν γὰρ ἄλλον τρόπον ὄντων ἔστι γένεσις καὶ φθορά, τῶν δὲ κατὰ συμβεβηκὸς οὐκ ἔστιν. 1027 a 5 τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐνίοτε δυνάμεις εἰσὶν αἱ ποιητικαί, τῶν δ' οὐδεμία τέχνη οὐδὲ δύναμις ὡρισμένη· τῶν γὰρ κατὰ συμβεβηκὸς ὄντων ἢ γινομένων καὶ τὸ αἴτιόν ἐστι κατὰ συμβεβηκός. Quare dicitur φθείρεσθαι κατὰ συμβεβηκὸς quod interit cum eo et non nisi per ipsum eius interitum in quo inest vel cui adhaeret: 465 b 4 φθείρεται γὰρ τὰ μὲν ὑπάρχοντα τοῖς ἐναντίοις κατὰ συμβεβηκός, τῷ ἐκεῖνα (intell. οἷς ὑπάρχει) φθείρεσθαι: unde apparet haud male a Biesio (II. p. 91) κατὰ συμβεβηκὸς verti „beziehungsweise". 1025 a 14 συμβεβηκὸς λέγεται ὃ ὑπάρχει μέν τινι καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ μέντοι οὔτ' ἐξ ἀνάγκης οὔτ' ἐπὶ τὸ πολύ... οὐδὲ δὴ αἴτιον ὡρισμένον οὐθὲν τοῦ συμβεβηκότος ἀλλὰ τὸ τυχόν· τοῦτο δ' ἀόριστον... γέγονε μὲν δὴ καὶ ἔστι τὸ συμβεβηκός, ἀλλ' οὐχ ἧ αὐτὸ ἀλλ' ἧ ἕτερον... λέγεται δὲ καὶ ἄλλως συμβεβηκός, οἷον ὅσα ὑπάρχει ἑκάστῳ καθ' αὑτὸ μὴ ἐν τῇ οὐσίᾳ ὄντα, οἷον τῷ τριγώνῳ τὸ δύο ὀρθὰς ἔχειν. καὶ ταῦτα μὲν ἐνδέχεται ἀΐδια εἶναι, ἐκείνων δ' οὐθέν: dicuntur igitur συμβεβηκότα quaecunque non sunt substantiae neque per se ipsa consistunt, sed de aliis praedicantur (1017 a 12 τὸ γὰρ τόδε εἶναι τόδε σημαίνει τὸ συμβεβηκέναι τῷδε τόδε) vel quocunque alio modo illis adhaerent, v. Biese I. p. 63. not. 1: quare τὸ συμβεβηκός et τῇ οὐσίᾳ opponitur (cf. 83 a 27, 1017 a 31 τούτῳ γὰρ διώρισται οὐσία καὶ τὸ συμβεβηκός· τὸ γὰρ λευκὸν τῷ ἀνθρώπῳ συμβέβηκεν, ὅτι ἔστι μὲν λευκὸς ἀλλ' οὐχ ὅπερ λευκόν, cf. Biese I. p. 82. not. 5 et p. 259. not.) et τοῖς καθ' αὑτὰ ὑπάρχουσιν (cf. 73 b 9, 1015 b 16, Biese I. p. 130. not.) vel τοῖς φύσει γιγνομένοις: 406 a 15 εἰ δὲ κινεῖται μὴ κατὰ συμβεβηκός, φύσει ἂν ὑπάρχοι κίνησις αὐτῇ. Simul etiam apparet quomodo explicanda sit repugnantia quae in eo esse videtur, quod τὰ καθ' αὑτὰ ὑπάρχοντα aliis locis dicuntur συμβεβηκότα, aliis vero iis opponuntur: namque συμβεβηκότα appellantur tum omnia quae non sunt substantiae, etiamsi necessario de his praedicentur, tum maxime ea quae substantiis ita adhaereant, ut non ne-

a parte principali Organi nomen accepisse, quod auctor comm. anonym. lib. I. Anal. post. cod. Monac. disertis verbis dicat: *λέγεται δὲ ἡ ἀποδεικτικὴ ἐπιστήμη ὄργανον, ἐξ ἧς καὶ τὸ ὅλον βιβλίον ὄργανον ἐκλήθη*, unde apparet quomodo intelligendum sit quod dicit C. Weinholtz (Diss. de finibus atque pretio logicae Aristotelicae. Rostoch. 1825. p. 3), nihil praeter Analytica ad Organon pertinere. Quem sensum illud vocabulum apud Aristotelem habeat, ex his potissimum locis apparet: 1253 b 28 *τῶν δ' ὀργάνων τὰ μὲν ἄψυχα τὰ δ' ἔμψυχα, οἷον τῷ κυβερνήτῃ ὁ μὲν οἷαξ ἄψυχον, ὁ δὲ πρωρεὺς ἔμψυχον· ὁ γὰρ ὑπηρέτης ἐν ὀργάνου εἴδει ταῖς τέχναις ἐστίν. οὕτως καὶ τὸ κτῆμα ὄργανον πρὸς ζωήν ἐστι, καὶ ἡ κτῆσις πλῆθος ὀργάνων ἐστί, καὶ ὁ δοῦλος κτῆμά τι ἔμψυχον, καὶ ὥσπερ ὄργανον πρὸ ὀργάνων πᾶς ὁ ὑπηρέτης* (quare manum 687 a 21 appellat *ὥσπερεὶ ὄργανον πρὸ ὀργάνων*)... *τὰ μὲν οὖν λεγόμενα ὄργανα ποιητικὰ ὀργανά ἐστι, τὸ δὲ κτῆμα πρακτικόν* et quae seq. 1254 a 2—17. Etiam artem *ὄργανον* vocat alteram alterius, cui illa inserviat: 1094 a 12 *καθάπερ ὑπὸ τὴν ἱππικὴν ἡ χαλινοποιική*. Quare *ὀργανικὰ μέρη τῶν ζῴων* non ea dicit quae nos (705 b 22), sed ea quibuscunque ad arbitrium utuntur animalia: unde fit ut *ὄργανα* dicat quaecunque ad aliquam rem faciendam adiumentum afferant, v. 163 b 11, 105 a 21. Ad eam verbi significationem, qua ipsa demonstratio appellatur *ὄργανον*, proxime Aristoteles accedere videtur 955 b 23 *ὁ θεὸς ὄργανα ἐν ἑαυτοῖς ἡμῖν δέδωκε δύο, ἐν οἷς χρησόμεθα τοῖς ἐκτὸς ὀργάνοις, σώματι μὲν χεῖρα, ψυχῇ δὲ νοῦν. ἔστι γὰρ καὶ ὁ νοῦς τῶν φύσει ἐν ἡμῖν ὥσπερ ὄργανον ὑπάρχων* et ib. vs. 35 *ὕστερον δὲ τῆς τῶν χειρῶν δυνάμεως ὁ νοῦς παραγίνεται ἡμῖν, ὅτι καὶ τὰ τοῦ νοῦ ὀργανά ἐστι τῶν τῆς χειρός. ἔστι γὰρ νοῦ μὲν ὄργανον ἐπιστήμη, τούτου γάρ ἐστι χρήσιμος, καθάπερ αὐλοὶ αὐλητῇ*. Coll. 432 a 1 *ὥστε ἡ ψυχὴ ὥσπερ ἡ χεὶρ ἐστιν· καὶ γὰρ ἡ χεὶρ ὄργανόν ἐστιν ὀργάνων*, de quo l. v. Trdlb. de an. p. 331. — Aristoteles quum in Analyticis prioribus artem syllogisticam tradiderit, ut patefiat quibus ex partibus omnis syllogismus componi debeat et in quas dissolvatur, iam in Analyticis posterioribus demonstrandi artem exponit, ut doceat quomodo arte syllogistica utendum sit, ut certa quaedam et vera doctrina constituatur: quare optime Brandis Ueber die Reihenfolge der Bücher des Organon in Abhh. d. Berl. Akad. 1833. p. 261 *ἐπιστήμην ἀποδεικτικήν* quae in his libris traditur reddidit per nostrum „Wissen-

schaftslehre". Unde apparet eam disciplinam quam in Analyticis posterioribus tradat Aristoteles cum ipsa philosophia naturae arctissime coniunctam esse, quod comprobatur iis quae leguntur 1005 b 6 *ὅτι μὲν οὖν τοῦ φιλοσόφου καὶ τοῦ περὶ πάσης τῆς οὐσίας θεωροῦντος ἦ πέφυκεν, καὶ περὶ τῶν συλλογιστικῶν ἀρχῶν ἐστὶν ἐπισκέψασθαι, δῆλον. προσήκει δὲ τὸν μάλιστα γνωρίζοντα περὶ ἕκαστον γένος ἔχειν λέγειν τὰς βεβαιοτάτας ἀρχὰς τοῦ πράγματος, ὥστε καὶ τὸν περὶ τῶν ὄντων ἦ ὄντα τὰς πάντων βεβαιοτάτας. ἔστι δ' οὗτος ὁ φιλόσοφος.* 1006 a 6 *ἔστι γὰρ ἀπαιδευσία τὸ μὴ γιγνώσκειν τίνων δεῖ ζητεῖν ἀπόδειξιν καὶ τίνων οὐ δεῖ. ὅλως μὲν γὰρ ἁπάντων ἀδύνατον ἀπόδειξιν εἶναι· εἰς ἄπειρον γὰρ ἂν βαδίζοι, ὥστε μηδ' οὕτως εἶναι ἀπόδειξιν.* Quare dicit 162 a 15 *ἔστι δὲ φιλοσόφημα μὲν συλλογισμὸς ἀποδεικτικός* (cf. Trdlb. Elem. logic. Aristotelic. p. 99), quamquam latius patet *φιλοσόφημα* de eoel. 294 a 19 *ὥστε τὸ μὲν ἀπορεῖν εἰκότως ἐγένετο φιλοσόφημα πᾶσιν*: nam *φιλοσόφημα* hic vocatur quaestio quaecunque ad philosophiam pertinet. *ἀπόδειξις* (de qua v. Trdlb. de an. p. 195—198), quae non nisi veram demonstrationem apud Aristotelem significare solet, tamen etiam de falso syllogismo dicitur 55 a 4, 28 b 31 coll. 43 b 11 et de eo qui ad absurdum deducit (27 b 3), qui ab Aristotele *δεῖξις*, non *ἀπόδειξις* appellari solet: quare mirum non est quod dicit 1355 a 5 *ἡ δὲ πίστις ἀπόδειξίς τις (τότε γὰρ πιστεύομεν μάλιστα ὅταν ἀποδεδεῖχθαι ὑπολάβωμεν), ἔστι δ' ἀπόδειξις ῥητορικὴ ἐνθύμημα.* Item etiam significatio adiectivi *ἀποδεικτικός* non premenda est 1377 b 23 *ἐπεὶ δ' ἕνεκα πρίσεώς ἐστιν ἡ ῥητορική . . . ἀνάγκη μὴ μόνον πρὸς τὸν λόγον ὁρᾶν, ὅπως ἀποδεικτικὸς ἔσται καὶ πιστός.* Iam vero quum appareat doctrinam Analyticam principalem quandam esse universae philosophiae partem, non alienum videtur ab hoc loco adscribere locos ex quibus pateat quid de philosophia universa Aristoteles senserit: 1141 a 9 *τὴν δὲ σοφίαν ἕν τε ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεστάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν . . . ἐνταῦθα μὲν οὖν οὐθὲν ἄλλο σημαίνοντες τὴν σοφίαν ἢ ὅτι ἀρετὴ τέχνης ἐστίν.* Ib. vs. 16 *ὥστε δῆλον ὅτι ἡ ἀκριβεστάτη ἂν τῶν ἐπιστημῶν εἴη ἡ σοφία. δεῖ ἄρα τὸν σοφὸν μὴ μόνον τὰ ἐκ τῶν ἀρχῶν εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς ἀληθεύειν. ὥστ' εἴη ἂν ἡ σοφία νοῦς καὶ ἐπιστήμη ὥσπερ κεφαλὴν ἔχουσα ἐπιστήμη τῶν τιμιωτάτων.* 982 b 25 *δῆλον οὖν ὡς δι' οὐδεμίαν αὐτὴν ζητοῦμεν χρείαν ἑτέραν, ἀλλ' ὥσπερ ἄνθρωπός φαμεν ἐλεύθερος ὁ αὑτοῦ ἕνεκα καὶ μὴ ἄλ-*

goras et Origenes, exposuit Ritter Gesch. der Phil. V. p. 309. et 487.

71 b 27 ὅτι οὐκ ἐπιστήσεται, intell. τὰ ἀπόδεικτα.

72 a 9 De propositione dialectica v. quae diximus ad 20 b 22 coll. iis quae dedimus ad 24 a 25.

72 a 15 θέσιν non semper eo sensu usurpat Aristoteles quem hic indicat: nam 65 b 14, 66 a 2, 73 a 9 sq. idem fere est quod ὑπόθεσις s. ὑποκείμενον, id quod non demonstratum sumitur. Idem appellat φάσιν 65 b 20: quocum convenit quod 72 a 20—24 θέσιν et ὑπόθεσιν distinguit sicut φάσιν et κατάφασιν: nam definitionem θέσιν appellat, quippe quae explicet quid aliquid sit, propositionem vero quae decernat, num aliquid sit an non sit, ὑπόθεσιν vocat. Hoc loco (72 a 15) θέσιν non nisi per negationem definit; affirmationem habemus 104 b 19 θέσις δέ ἐστιν ὑπόληψις παράδοξος τῶν γνωρίμων τινὸς κατὰ φιλοσοφίαν . . . ἢ περὶ ὧν λόγον ἔχομεν ἐναντίον ταῖς δόξαις. Ib. 35 σχεδὸν δὲ νῦν πάντα τὰ διαλεκτικὰ προβλήματα θέσεις καλοῦνται. Cf. schol. 98 a 47. — De ὑποθέσει egimus ad 40 b 25. Quibus adiiciendum est, quod sicut ὑπόθεσις saepius idem est quod ὁμολογία (v. I. p. 433), ita etiam ὑποτίθεσθαι (λαβεῖν ὑπόθεσιν ἀπ' ἄλλου) 120 a 3 est uti concessione quam fecit adversarius.

72 a 17 De axiomate v. quae dicit 75 a 42 τρία γάρ ἐστι τὰ ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν, ἓν μὲν τὸ ἀποδεικνύμενον . . . ἓν δὲ τὰ ἀξιώματα· ἀξιώματα δ' ἐστὶν ἐξ ὧν. 76 b 14 τὰ κοινὰ λεγόμενα ἀξιώματα, ἐξ ὧν πρώτων ἀποδείκνυσι. 997 a 5 εἰ δὲ ἀποδεικτικὴ περὶ αὐτῶν (τῶν κοινῶν δοξῶν) ἐστί, δεήσει τι γένος εἶναι ὑποκείμενον, καὶ τὰ μὲν πάθη τὰ δ' ἀξιώματ' αὐτῶν. περὶ πάντων γὰρ ἀδύνατον ἀπόδειξιν εἶναι· ἀνάγκη γὰρ ἐκ τινων εἶναι καὶ περί τι καὶ τινῶν τὴν ἀπόδειξιν· ὥστε συμβαίνει πάντων εἶναι γένος ἕν τι τῶν δεικνυμένων· πᾶσαι γὰρ αἱ ἀποδεικτικαὶ χρῶνται τοῖς ἀξιώμασιν . . . καθόλου γὰρ μάλιστα καὶ πάντων ἀρχαὶ τὰ ἀξιώματά ἐστιν. Alium sensum habet 62 a 13 (coll. vs. 16 sq.), ubi ἀξίωμα ἔνδοξον appellat quod, quum speciem veritatis habeat, si petatur, facile concedatur. Sic 1001 b 7 ἀξίωμα dixit quod θέσιν alias vel etiam simpliciter λόγον vocare solet: εἰ ἀδιαίρετον αὐτὸ τὸ ἕν, κατὰ μὲν τὸ Ζήνωνος ἀξίωμα οὐθὲν ἂν εἴη.

72 a 26 τοιοῦτον, quem significavit 71 b 21 sqq.

72 a 28 ἢ πάντα ἢ ἔνια, aut omnia aut certe nonnulla, si qui-

dem, ut demonstremus quod volumus, non omnibus utique principiis opus est, sed interdum demonstratio nonnisi quibusdam principiis utitur, ut conficiat quod velit. Item atque hoc loco addidit ἢ πάντα ἢ ἔνια 1035 b 14 (cf. ib. vs. 6 et 19), quem locum modo adscripsimus ad 71 b 21.

72 a 34 μήτε βέλτιον ... h. e. καὶ πρὸς ἃ μηδὲ βέλτιον διάκειται ἢ εἰ ἐτύγχανεν εἰδώς s. μήτε βέλτιον ἔχων πρὸς αὐτὰ ἢ ὁ εἰδώς. Cf. 83 b 34 ὧν δ' ἐστὶν ἀπόδειξις, οὔτε βέλτιον ἔχειν ἐγχωρεῖ πρὸς αὐτὰ τοῦ εἰδέναι, οὔτ' εἰδέναι ἄνευ ἀποδείξεως. Fieri, ait, non potest, ut quis ea quae neque sciat neque magis in potestate habeat et quasi sua fecerit quam is qui sciat, certiora putet quam ea quae sciat (quod non satis clare expressit Biese l. p. 237 „Es ist unmöglich, dafs man dem mehr Glauben schenkt, was ohne das Andere nicht gewufst werden kann und allein für sich die Erkenntnifs nicht fördert"). Scit autem ea quorum demonstrationem intellexit: quare si ea non scit, unde demonstratio fluxit, sequitur eum pro certioribus habuisse ea quae nesciat (propositiones intell. ex quibus demonstratio confecta est) quam ea quae sciat (id quod demonstratum est). Quae sequuntur Biese vertit: „Dieſs ist aber der Fall, wenn man vorher nicht das kennt, was vermittelst des Beweises die Ueberzeugung bewirkt", quasi scriptum exstaret εἰ μή τις προγνώσεται τὰ δι' ἀπόδειξιν πιστοῦντα. Imo ad προγνώσεται mente intelligendum est τὰ ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός (vs. 27) s. τὰς ἀρχάς (vs. 36). „Si nemo eorum (h. e. nisi omnes) qui propter demonstrationem fidem habeant iis quae demonstrata sint, praenoverit ea ex quibus demonstratio facta sit."

72 b 1 Non solum demonstrationis principia certiora esse debent quam id ipsum quod demonstratum est, sed etiam iis quae principiis illis opposita sunt nihil clarius esse debet. Nam scientia non satis firma esset et stabilis, nisi certissimum esset ea non vera esse quae principiis ex quibus demonstratum sit opposita sint: ex his enim cogitur quod repugnat ei quod probatum est. — Quem hic vocat συλλογισμὸν τῆς ἐναντίας ἀπάτης, eum 64 a 9 dixit συλλογισμὸν ἐναντίον τῷ πράγματι, ubi v. quae dixit Aristoteles.

Cap. 3. *Redarguuntur et qui scientiam esse negant,* 15 *et qui omnia demonstrari posse dicunt.* 18 *Aristotelis de*

hac re sententia. 25 *Circulo nihil demonstratur*, 73 a 6 *exceptis iis quae inter se convertuntur.*

72 b 6 τοῖς δ', de quibus dicit 1011 a 8 *πάντων γὰρ λόγον ἀξιοῦσιν οὗτοι εἶναι· ἀρχὴν γὰρ ζητοῦσι, καὶ ταύτην δι' ἀποδείξεως λαμβάνειν, ἐπεὶ ὅτι γε οὐ πεπεισμένοι εἰσί, φανεροί εἰσιν ἐν ταῖς πράξεσιν. ἀλλ' ὅπερ εἴπομεν, τοῦτο αὐτῶν τὸ πάθος ἐστίν· λόγον γὰρ ζητοῦσιν ὧν οὐκ ἔστι λόγος· ἀποδείξεως γὰρ ἀρχὴ οὐκ ἀπόδειξίς ἐστιν.* 1105 b 2 *ὅσα δ' ἐγχειροῦσι τῶν λεγόντων τινὲς περὶ τῆς ἀληθείας, ὃν τρόπον δεῖ ἀποδέχεσθαι, δι' ἀπαιδευσίαν τῶν ἀναλυτικῶν τοῦτο δρῶσιν· δεῖ γὰρ περὶ τούτων (τὰς ἀρχὰς* intell.*) ἥκειν προεπισταμένους, ἀλλὰ μὴ ἀκούοντας ζητεῖν.*

72 b 8 *εἰς ἄπειρον*, de qua re cf. quae dicit 991 b 20 *ἔτι τὸ ἑστάναι ἀναιροῦσιν οἱ οὕτως (οἱ ἄπειρα τὰ αἴτια τῶν ὄντων) λέγοντες. οὐ γὰρ οἷόν τε εἰδέναι πρὶν ἢ εἰς τὰ ἄτομα ἐλθεῖν. καὶ τὸ γιγνώσκειν οὐκ ἔστιν· τὰ γὰρ οὕτως ἄπειρα πῶς ἐνδέχεται νοεῖν; οὐ γὰρ ὅμοιον ἐπὶ τῆς γραμμῆς, ἢ κατὰ τὰς διαιρέσεις μὲν οὐχ ἵσταται· νοῆσαι δ' οὐκ ἔστι μὴ στήσαντα· διόπερ οὐκ ἀριθμήσει τὰς τομὰς ὁ τὴν ἄπειρον διεξιών. ἀλλὰ καὶ τὴν ὕλην ἐν κινουμένῳ νοεῖν ἀνάγκη, καὶ ἀπείρῳ οὐθενὶ ἔστιν εἶναι· εἰ δὲ μή, οὐκ ἄπειρόν γ' ἐστὶν τὸ ἀπείρῳ εἶναι. ἀλλὰ μὴν καὶ εἰ ἄπειρά γ' ἦσαν πλήθει τὰ εἴδη τῶν αἰτίων, οὐκ ἂν ἦν οὐδ' οὕτω το γιγνώσκειν· τότε γὰρ εἰδέναι οἰόμεθα, ὅταν τὰ αἴτια γνωρίσωμεν· τὸ δ' ἄπειρον κατὰ τὴν πρόσθεσιν οὐκ ἔστιν ἐν πεπερασμένῳ διεξελθεῖν.* Alii nihil omnino sciri posse contendunt, quia qui sciret prima teneret principia, unde scientia fluxisset, ad quae pervenire non liceat, quoniam in iis quae infinita sint, quum nihil detur primum, alterum altero neque prius sit neque posterius. Sin autem dentur principia, ea non posse sciri dicunt nisi demonstrata, quoniam vero demonstrari non possint, neque ea sciri simpliciter quae ex iis fluant, sed non sciri nisi conditione quadam assumta, hac scilicet, ut principia sint quae consistant. Alii omnia circulo demonstrari volunt.

72 b 18 *ἡμεῖς δέ φαμεν.* Cf. cum his quae dicit 1098 b 1 *οὐκ ἀπαιτητέον δ' οὐδὲ τὴν αἰτίαν ἐν ἅπασιν ὁμοίως, ἀλλ' ἱκανὸν ἔν τισι τὸ ὅτι δειχθῆναι καλῶς, οἷον καὶ περὶ τὰς ἀρχάς· τὸ δ' ὅτι πρῶτον καὶ ἀρχή. τῶν δ' ἀρχῶν αἱ μὲν ἐπαγωγῇ θεωροῦνται, αἱ δ' αἰσθήσει, αἱ δ' ἐθισμῷ τινι, καὶ ἄλλαι δ' ἄλλως.* 42 b 29 *τὸ μὲν οὖν μὴ πάντων ἀξιοῦν ζητεῖν ἀρχὴν λέγεται καλῶς, τὸ δὲ τῶν ὄντων ἀεὶ καὶ γινομέ-*

νων πάντων οὐ καλῶς, ἀλλ' ὅσαι τῶν ἀϊδίων ἀρχαὶ τυγχάνουσιν οὖσαι· τῆς γαρ ἀρχῆς ἄλλη γνῶσις καὶ οὐκ ἀπόδειξις. ἀρχὴ δ' ἐν μὲν τοῖς ἀκινήτοις τὸ τί ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς γινομένοις ἤδη πλείους, τρόπον δ' ἄλλον καὶ οὐ πᾶσαι τὸν αὐτόν. 407 a 25 *λόγος δὲ πᾶς ὁρισμὸς ἢ ἀπόδειξις. αἱ δ' ἀποδείξεις καὶ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἔχουσί πως τέλος τὸν συλλογισμὸν ἢ τὸ συμπέρασμα· εἰ δὲ μὴ περατοῦνται, ἀλλ' οὐκ ἀνακάμπτουσί γε πάλιν ἐπ' ἀρχήν, προσλαμβάνουσαι δ' ἀεὶ μέσον καὶ ἄκρον εὐθυποροῦσιν . . . οἱ δ' ὁρισμοὶ πάντες πεπερασμένοι.*

72 b 27 *τὰ αὐτὰ τῶν αὐτῶν* . . . quod accidit, si circulo demonstratur: nam si continua demonstratio ad ea revertitur, unde egressa est, ut hanc formam habeat *ABCD . . . AB* . . ., eaedem propositiones easdem et antecedunt et sequuntur: nisi quis demonstrationem quae circulo fiat ita excusare velit, ut dicat minime absurdum esse, quod eadem in eadem demonstratione et sint antecedentia et consequentia, quum eadem quae natura sint priora et clariora nobis sint obscuriora et parum manifesta: namque inductionem a rebus quae sensibus subiectae sint procedere ad universalia, syllogismum vero ab iis quae sint *ἁπλῶς πρότερα* ad ea quae sint *πρότερα πρὸς ἡμᾶς*. Quod si verum est (*εἰ δ' οὕτως* vs. 30), aut, quum duplex sit via et ratio, qua scientia comparari possit, ambiguitatem quandam habet scientiae definitio quam proposuimus, aut (vs. 31) non simpliciter demonstratio dicenda erit altera ista demonstrandi ratio (inductionem innuit), quae fit ex iis quae nobis sunt propiora et clariora. — Articulum *ἡ* (vs. 32), quem a Bkk. deletum omnes codices praebent, etiam Philoponus videtur habuisse (v. schol. 201 b 44). Alio loco articulum collocavit cod. *F*, quo quid sibi vellet magis eluceret.

72 b 32 Demonstrationem quae circulum faciat *ταὐτολογίαν* committere, quum idem per idem probet, hoc modo ostendit. Sit *B* consequens *τοῦ A*, *Γ* consequens *τοῦ B*. Iam ut circulo demonstretur, ponendum est et *B* esse consequens *τοῦ A* et *A* esse consequens *τοῦ B*: quare quum demonstrantem procedere liceat tum ab *A* ad *B* et a *B* ad *Γ*, tum ab *A* ad *B* et a *B* ad *A*, *A* et *Γ* eadem esse apparet: utrumque enim plane eodem modo et ex iisdem demonstratur. Ponamus igitur demonstrationem processisse, ut exposuimus, ad terminum *A*, qui idem sit cum termino *Γ* (*κείσθω τὸ A, ἐφ' οὗ τὸ Γ*). Iam vero qui dicit *A* esse consequens *τοῦ B*, *Γ* consequens esse

τοῦ *B* simul dicat necesse est, cuius rei causa in eo est (τοῦτο δ' ὅτι 73 a 3), quod ex *A* demonstratur *Γ* termino *B* medio interposito. At quum *A* idem erat quod *Γ*, sequitur eum qui dicat *A* esse consequens τοῦ *B* et simul *Γ* esse consequens τοῦ *B*, quoniam *Γ* demonstratur ex *A*, nihil aliud dicere nisi *A* demonstrari ex *A*.

72 b 36 ἀνακάμπτειν non solum de terminis syllogismorum, sed etiam de rebus physicis dicitur, a quibus videtur ad logica translatum esse: 337 a 6 ὅταν γὰρ ἐξ ὕδατος ἀὴρ γένηται καὶ ἐξ ἀέρος πῦρ καὶ πάλιν ἐκ πυρὸς ὕδωρ, κύκλῳ φαμὲν περιεληλυθέναι τὴν γένεσιν διὰ τὸ πάλιν ἀνακάμπτειν. 338 a 5 εἰ ἄρα τινὸς ἐξ ἀνάγκης ἁπλῶς ἡ γένεσις, ἀνάγκη ἀνακυκλεῖν καὶ ἀνακάμπτειν. Ib. vs. 14 καὶ τοῦτο ἀεὶ δὴ συνεχῶς· οὐδὲν γὰρ τοῦτο διαφέρει λέγειν διὰ δύο ἢ πολλῶν, quibuscum cf. quae legimus vs. 37. De coel. 280 a 24 τὸ δ' ὅλως γενόμενον φθαρῆναι καὶ μὴ ἀνακάμπτειν ὄντος μὲν ἑνὸς ἀδύνατόν ἐστιν.

73 a 6 οὐ μὴν ἀλλὰ... Verum enim vero circulo demonstrari non nisi ea possunt quae ita inter se convertuntur, ut alterum utrum alterius sit consequens. — Verbo δέδεικται vs. 8 respicit ad ea quae habuimus 34 a 16 sqq., vs. 14 sq. vero nos delegat ad Analyt. prior. II. c. 5—7.

Cap. 4. *Quid sit demonstratio*, 28 *quid dicatur praedicari de omni*, 34 *quid sit* τὸ καθ' αὑτό, b 25 *quid* τὸ ᾗ αὐτό *et* τὸ καθόλου *explicatur.*

73 a 24 ληπτέον, investigandum est. Sic 24 b 10 λαμβάνεσθαι dicitur id quod per syllogismum cogitur. 1053 b 11 λαμβάνειν τι περί τινος est statuere aliquid de aliqua re: dicit enim ζητητέον... τί τὸ ἓν ἐστι καὶ πῶς δεῖ περὶ αὐτοῦ λαβεῖν. — ἐκ τίνων καὶ ποίων. 646 a 8 ἐκ τίνων μὲν οὖν μορίων καὶ πόσων συνέστη, quae quidem locutio Aristoteli ita familiaris est, ut exemplis eam comprobare opus non sit.

73 a 31 εἰ νῦν ... Temporis praesentis notionem adiecit pro quocunque alio tempore, cuius notionem omnino abesse debere dixit (vs. 29) ab eo quod dicatur κατὰ παντός.

73 a 33 Namque si quid contradicimus, utpote de omni interrogati ita contradicimus, ut quaeramus num vel de quadam parte vel aliquando non valeat quod propositum sit. — Quamquam optimi codices praebent ἐρωτωμένου, tamen Bkki le-

ctionem servavimus, quum eandem et Boethius et Philoponus (v. schol. 203 a 25) habuisse videantur.

73 a 34 *καθ' αὑτά*, de quibus v. quae dedimus ad 5 b 16 et ad 49 a 7, dicuntur quae cum ipsa rei natura arctissime coniuncta sunt (*τὰ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενα*, cf. quae diximus ad 2 a 20), deinde (vs. 37) ea quae in aliis (*αὐτοῖς*) ita inhaerent, ut ea ipsa (*αὐτά*) in quibus inhaereant ad definitionem pertineant quae illorum naturam exprimat. Sic quod rectum dicitur vel circulare de linea utique dicitur, in qua ita quasi inhaeret (b 1), ut quid sit rectum et circulare definiri nequeat, nisi lineae notione, de qua illa praedicantur, utaris eamque ad definitionem adhibeas. Biese I. p. 239 locum sic vertit: „Dann wird zweitens durch das Ansich auch diejenige Eigenschaft bezeichnet, welche einem Gegenstande so ganz eigenthümlich ist, dafs dieser die Definition derselben enthält", imo dicendum erat „dafs diese die Definition desselben enthält". Obscurius, sed rectius hoc expressit I. p. 264 init. Cf. C. Heyder I. p. 310. not. — Constructioni quam habemus vs. 37 simile est quod legimus 186 b 24, quem locum adscripsimus ad 71 b 10. Cf. 84 a 13, 173 b 7, 1030 b 24 *ταῦτα (καθ' αὑτὰ ὑπάρχοντα) δ' ἐστὶν ἐν ὅσοις ὑπάρχει ἡ ὁ λόγος ἡ τοὔνομα, οὗ ἐστὶ τοῦτο τὸ πάθος καὶ μὴ ἐνδέχεται δηλῶσαι χωρίς, ὥσπερ τὸ λευκὸν ἄνευ τοῦ ἀνθρώπου ἐνδέχεται, ἀλλ' οὐ τὸ θῆλυ ἄνευ τοῦ ζῴου.*

73 a 40 *τὸ πρῶτον καὶ σύνθετον* . . . v. schol. 203 b 16 sqq.

73 b 6 *οἷον τὸ βαδίζον οὐ λέγεται καθ' αὑτό, ὅτι ἕτερόν τι ὄν, οἷον ζῷον ἢ ἄνθρωπος, βαδίζον ἐστὶ καὶ λευκόν.*

73 b 10 *τὸ καθ' αὑτό* latius patere dicit Biese I. p. 241. not. 1 quam *τὸ δι' αὑτό*: argutius quam verius. Conferre iubet 116 a 29 sqq., ubi utrumque eodem sensu poni ostendit vs. 35.

73 b 16 Ad primos duos modos quibus dicebatur *τὸ καθ' αὑτό* (vs. 34 et 37), quippe qui in demonstratione potissimum locum habeant, nos reducit: nam si quid praedicatur utrovis modo, id sic utique praedicabitur, ut vera demonstratio alterum de altero praedicari postulat: nam aut ipsum aut quod ei oppositum est simpliciter praedicari semper debebit. — Quod dicit vs. 17 *ὡς ἐνυπάρχειν τοῖς κατηγορουμένοις*, id de secundo modo *τοῦ καθ' αὑτὸ* accipiendum esse apparet coll. vs. 1 sq., id vero quod sequitur *ἢ ἐνυπάρχεσθαι* (h. e. *ἢ ὡς αὐτὰ τὰ κατηγορούμενα ἐνυπάρχειν ἐν τῷ ὁρισμῷ τοῦ ὑπο-*

κειμένου) de primo modo. Similem verbi passivi usum, quo non habet notionem passivi propriam, sed nihil significat nisi aliquid pati ab alio id (τὸ ἐνυπάρχειν dicimus) quod verbo activo ab ipso effici indicatur, explicuimus ad 47 b 1.

73 b 21 Addit rationem, propter quam, si quid praedicetur καθ' αὑτό, aut ipsum simpliciter praedicari debeat aut quod ei contrarium sit: ratio autem in eo est, quod quaecunque contraria sunt aut ἕξει et privatione aut affirmatione et negatione declarantur, ita tamen, ut non in diversis generibus insint, sed in eodem utrumque: nam vera demonstratio, quamquam semper conficienda est ex iis quae sunt καθ' αὑτὰ ὑπάρχοντα, tamen ex alio genere in aliud transire non debet, quod fieret, si notiones contrariae quibus uteretur diversis generibus subiectae essent. 1018 a 25 ἐναντία λέγεται τά τε μὴ δυνατὰ ἅμα τῷ αὐτῷ παρεῖναι τῶν διαφερόντων κατὰ τὸ γένος καὶ τὰ πλεῖστον διαφέροντα τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει. — Quum ἀντίφασις latius pateat quam τὰ ἐναντία (v. quae diximus ad 11 b 34), caute addidit ἐν τῷ αὐτῷ γένει, quod mente repetendum est vs. 23 ad φάναι ἢ ἀποφάναι. Quod adiecit ἢ ἔπεται vs. 22, id eandem fere vim habet: significat enim eodem semper genere contineri debere notiones contrarias, quibus uti possit vera demonstratio: nam plenius diceret οἷον ἄρτιόν ἐστιν ἐν ἀριθμοῖς τὸ μὴ περιττὸν οὐκ ἄλλῃ ἢ ᾗ ἕπεται αὐτῷ τὸ μὴ περιττόν.

73 b 25 διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον. Imperativi, quo ab alia re quae iam pertractata sit ad aliam transiri indicetur, frequens usus est apud Aristotelem, quamquam imperativi notio sensui non semper ita convenit ut hoc loco, quo Aristoteles nihil agit, quam ut definiat quo modo intelligi velit quod dicat κατὰ παντός et καθ' αὑτό. Cf. 664 a 12 περὶ μὲν οὖν τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ μορίων ταύτῃ διωρίσθω. 786 b 5 καὶ περὶ μὲν χρωμάτων καὶ τριχῶν διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον. 195 b 29 ὅσα μὲν οὖν τὰ αἴτια καὶ ὃν τρόπον αἴτια, ἔστω ἡμῖν διωρισμένα ἱκανῶς. 191 a 22 πόσαι μὲν οὖν καὶ τίνες εἰσὶν αἱ ἀρχαί, ἐκ τούτων θεωρείσθωσαν. 1048 b 36 τὸ μὲν οὖν ἐνεργείᾳ τί τέ ἐστι καὶ ποῖον, ἐκ τούτων καὶ τῶν τοιούτων δῆλον ἡμῖν ἔστω. 731 a 13 καὶ τῆς μὲν τῶν ὀμμάτων διαφορᾶς ἔστωσαν αὗται αἱ αἰτίαι. 1404 b 1 ἔστω οὖν ἐκεῖνα τεθεωρημένα, καὶ ὡρίσθω λέξεως ἀρετὴ σαφῆ εἶναι.

73 b 26 Non ubique sibi constare Aristotelem in usu vocis κα-

θόλου ex iis patebit quae diximus ad 17 a 39 coll. schol. 205 a 13—20. Quod καθόλου profertur, ait, id et praedicari debet de quolibet quod quis promere velit ex eo genere de quo praedicatur (quod probat vs. 33—37) et de eo primo, cui tribuitur (quod ostendit vs. 38 sq.), h. e. dari non debet aliud genus, illo de quo quid praedicetur καθόλου superius, de quo idem recte edicatur (nam πρώτου vs. 33 est ἐπὶ τοῦ ὅτι μάλιστα καθόλου): Aristoteles igitur non nisi id καθόλου praedicari hoc loco decernit quod neque minus late neque latius pateat eo de quo praedicetur. — Verba καὶ τὸ εὐθύ uncinis inclusit Trdlbg. Elem. log. Arist. ed. III. p. 15, quod cur fecerit, in not. explicuit dicens „falsum enim, nisi quid exciderit". Nobis quidem haec verba videntur retinenda esse, quum 73 a 38 τὸ εὐθὺ expresse nominatum sit ab Aristotele inter ea quae sint καθ' αὑτὰ ὑπάρχοντα τῇ γραμμῇ. — Constructionem ἀνακόλουθον esse ostendit particula οὔτε vs. 34: namque dicturus fuisse videtur Aristoteles οἷον τὸ δύο ὀρθὰς ἔχειν οὔτε τῷ σχήματί ἐστι καθόλου οὔτε τῷ ἰσοσκελεῖ. — De praepositione κατά non repetita vs. 35 ante τοῦ τυχόντος v. quae diximus ad 3 b 13. — Articulum ante δεικνύς vs. 36 in omnibus codicibus omissum delevimus, quum pronomen indefinitum, quod subiecti locum teneat, haud raro ab Aristotele omitti ostenderimus ad 3 b 22.

Cap. 5. *Tribus potissimum modis accidit, ut fallamur in conficienda demonstratione universali.*

74 a 6 Primum quidem fallimur in iis quae de iis rebus singularibus probamus, quarum nomina non notiones quasdam generales, sed certas res sensibus subiectas significant. Etenim demonstratio numquam accedit ad res singulares quae sub sensus cadunt, sed semper consistit in conclusione sive magis sive minus universali: quare si quod probandum est nominibus generalibus exprimi nequit (ὅταν μηδὲν ᾖ λαβεῖν ἀνώτερον παρὰ τὸ καθ' ἕκαστον ἢ τὰ καθ' ἕκαστα), vere demonstrari omnino non poterit: nam quodcunque de rebus singularibus demonstravisse putamus, id non proprie et proxime (πρώτως, οἰκείως) ad has ipsas referendum est, sed potius (πρότερον) ad notionem quandam magis universalem (v. quae dicemus ad 75 b 25). Quod si non vident qui demonstrant, falluntur in eo, quod de ipsis rebus singularibus aliquid πρώ-

τως et οἰκείως (καθόλου) demonstravisse opinantur. Exemplum huius erroris, quum res satis aperta esset, non adiecit Aristoteles: falli enim Philoponum in iis quae dicit schol. 206 a 45 ex iis apparebit quae mox de exemplis ipsis dicemus. Male autem Biese hunc locum vertit I. p. 242 „Zuerst wenn für das Einzelne nichts Anderes das Allgemeine ist als das Besondere": nam τὰ καθ' ἕκαστα, quae hic vertit „das Besondere", paullo ante ipse rectius interpretatus est „das Einzelne". — Deinde fallimur (vs. 8), si demonstratio quam fecimus ad plures res pertinet easque specie ita diversas, ut uno nomine eas complecti non liceat, quamquam in ipsa demonstratione arctissimo quodam vinculo coniuncta esse debeant: unde fit, ut, quum unum nomen non habeat id quod iis commune sit, in demonstratione alteram ab altera seiungentes seorsum probemus singula, quae coniuncta per unam solam demonstrationem probari debebant. Exemplum huius erroris exponit vs. 18 — 25. Erit fortasse qui proportionis membra (καὶ τὸ ἀνάλογον ὅτι ἐναλλὰξ ἐδόκει ἂν ὑπάρχειν τοῖς ἀριθμοῖς ἢ ἀριθμοὶ καὶ ταῖς γραμμαῖς ἢ γραμμαί . . .) inter se converti seorsum recte probari opinetur in arithmetica de numeris, in geometria de lineis, in stereometria de corporibus, in physica de temporibus, quod revera factum est, quamquam quod longe rectius est, una demonstratione haec omnia complecti licet. Sed quum non unum esset nomen quo significaretur id quod his omnibus commune esset, seorsum idem de singulis demonstrabatur. Quae quidem demonstrationes in unam coniungendae sunt: nam quod demonstratur (proportionis membra converti), id non de numeris demonstratur quatenus numeri sunt (vs. 24) neque de lineis quatenus lineae, sed demonstratio pertinet ad id quod commune est numeris lineis corporibus temporibus. Quare item (vs. 25 — 32) si quis singulas trianguli species enumeraverit, etiamsi nullam praetermiserit, et uniuscuiusque angulos duobus rectis aequales esse doceat, sive eadem demonstratione usus sive alia cuique speciei adaptata (ἢ μιᾷ ἢ ἑτέρᾳ vs. 26), tamen, quum non unam de triangulo universo demonstrationem fecerit, quae ex ipsa trianguli, non aequilateri vel scaleni vel alius cuiusdam speciei, sed universi natura fluat, non probavit quod voluit nisi κατὰ συμβεβηκός. De iis quae habentur vs. 32 — 35 nihil dicimus, quum quid sibi

velint satis appareat ex iis quae modo disputavimus. — Denique fallimur (vs. 9), si demonstratio quam fecimus revera non nisi partem probat eius quod demonstrari debebat, dum ipsi totum quod evincendum erat demonstratum esse opinamur (*ὅταν ὡς ἀληθῶς μὲν τυγχάνῃ ἐν μέρει ὂν ἐφ' ᾧ δείκνυται, δεικνύηται δ' ὡς ὅλον* h. e. *ὅταν τυγχάνῃ μὲν ἐν μέρει ὂν τὸ δειχθέν, δεικνύηται δ' ὡς εἰ ἐφ' ὅλῳ ἐδείκνυτο*): qua quidem in re fallimur, quoniam demonstratio quam fecimus revera universalis est, si accipiatur non nisi de parte eius quod probandum erat, ut revera *κατὰ παντὸς* demonstratum esse dicendum sit (vs. 10), sed tamen demonstratio non est *τούτου πρώτου καθόλου* (vs. 11), quia, quum plura complecti debeat quam revera complectitur, angustioribus quam par est finibus circumscripta est. Exempla dedit vs. 13—17. Si quis duas lineas rectas *παραλλήλους* esse probet ex eo, quod uterque angulus, quos alia linea quae illas secet cum iis faciat, sit rectus, bonam demonstrationem confecisse videbitur, quum eadem omnibus lineis rectis conveniat. Tamen male demonstravit, siquidem verum argumentum quo utendum erat non in eo est, quod certo quodam modo (eum dicit quo uterque angulus rectus sit) summa angulorum duobus rectis aequalis est, sed quia, quamcunque rationem isti anguli inter se habent (h. e. etiam si alter maior sit recto, alter minor) summa eorum duos rectos aequat (*οὐκ ἔστι δὲ τούτου πρώτου καθόλου ἀπόδειξις, εἴπερ ἡ ἀληθὴς καὶ κυρία τούτου ἀπόδειξις γίνεται μὴ διότι ὠδὶ ἴσαι εἰσίν, ἀλλὰ ταύτῃ γίνεται ᾗ εἰσὶν ὁπωσοῦν ἴσαι* vs. 15). Quare qui ista ratione lineas *παραλλήλους* esse probavit, in eo peccavit, quod rationem per quam demonstravit minus universalem fecit quam debebat. Item si triangulum non esset praeter id quod latera habet aequalia, summa angulorum trianguli duos rectos aequaret, quatenus triangulum aequilaterum esset, ut non peccaret qui angulos omnis trianguli duobus rectis aequales esse ex eo probaret, quod latera essent aequalia. — Vs. 9 non recte expressit Biese I. p. 243 „Endlich läfst man sich noch dadurch zum Irrthume verleiten, dafs man das Allgemeine von einem Gegenstande darthut, welcher eine Gattung von mehreren Besonderheiten ist", quod absurdum est. Dicendum erat „dafs man das Allgemeine nur von einer besonderen Art der Gattung darthut, auf welche sich der Beweis erstrecken sollte".

74 a 27 Dedimus σκαληνόν, quam quidem formam etiam Bkkus tulit 84 b 7: quare haud scio, an resituenda sit 224 a 5 et 11 ex codicibus *FH*.

74 a 35 Denique signum quoddam quaerit, ex quo cognosci possit, num vere et proprie demonstratum sit. Quod quidem signum in eo consistit, quod id de quo demonstretur ita constitutum esse debeat, ut neque si quid dematur ab eius notione (per abstractionem quae dicitur), quo fiat magis universale, neque si quid addatur (per determinationem quae dicitur), quo eius notio arctioribus finibus circumscribatur, demonstratio salva esse possit. Sic angulos trianguli, etiam si non addatur triangulum esse aequilaterum et aeneum, duobus angulis rectis aequales esse demonstratur, non demonstratur, si notionem trianguli ita amplifices, ut non triangulum, sed omnem figuram vel etiam omnem terminum duos angulos rectos habere demonstrare velis.

74 b 2 ἀλλ' οὐ πρώτων, intell. τούτων — τοῦ σχήματος καὶ πέρατος — ἡ ἀπόδειξίς ἐστιν: quaesivit enim supra a 37 καὶ καθόλου τίνος ἡ ἀπόδειξις; — Quae dicit τὰ ἄλλα vs. 3 ea sunt quae minus universalia quam trianguli notio huic ipsi subiecta sunt.

Cap. 6. *Vera demonstratio non nisi ex propositionibus necessariis efficitur.* 16 *Si propositiones ex quibus cogitur necessariae sunt, vere utique demonstratur.* 21 *Ad veram demonstrationem conficiendam non sufficit, quod propositiones manifesto verae sint,* 26 *sed principia necessaria esse debent.* 75 a 1 *Si conclusio necessaria est, propositiones possunt esse non necessariae,* 8 *si non necessaria, necessariae esse non possunt.* 18 *Quae non necessaria sunt, quamquam in demonstrando usum non habent, in disputando non negligenda sunt.* 28 *Qui aliquid scit nosse debet quae cum eius natura coniuncta sint, quatenus et quomodo cum ea coniuncta sint.*

74 b 7 ἃ μὲν γὰρ . . . h. e. ἔστι μὲν γὰρ ἃ . . . De re ipsa cf. 73 a 34 sq. et cum iis quae sequuntur vs. 8 cf. 73 b 19 sqq.

74 b 13 Syllogismum, qui ita demonstret, ut veram scientiam efficiat, non cogi nisi ex propositionibus necessariis, aut ita colligitur, ut ponamus omnis scientiae quae demonstratione comparetur principia esse necessaria (quod sumtum est vs. 5), aut ita, ut ab initio sumamus omnem veram demonstrationem

necessario cogere quod cogat, unde sequatur necessario evenire quaecunque recte cogantur.

74 b 15 ἐξ ἀληθῶν μὲν γὰρ... Quamquam e veris propositionibus nihil falsi cogi posse vidimus 53 b 11, tamen, quum ea quae nascantur et intereant non semper eadem maneant, ut quod alio tempore vere de iis dicatur alio falsum sit, scientia non efficitur ex omnibus propositionibus veris: nam scientia non nisi ad ea pertinet quae necessario sunt talia qualia sunt et quae mutationi non sunt obnoxia.

74 b 17 τοῦτο, intell. τὸ ἐξ ἀναγκαίων εἶναι. — Vs. 18 ὅτι ter positum in eodem enuntiato haud parvam in scribendo negligentiam prodit. Cf. quae diximus ad 14 b 30 et ad 47 b 26 coll. 130 b 3 sq.

74 b 25 Principium demonstrationis est id quod in quoque genere primum est: principium enim natura coniunctum (οἰκεῖον — in eodem genere igitur) esse debet cum eo quod demonstratur, ut quodcunque verum sit id etiam demonstrationis principium facere minime liceat, sed nihil aliud quam id ex quo primo suspensum sit quod demonstrare velimus. — Vs. 27 deductione ad absurdum facta probat verum syllogismum ex necessariis utique fieri propositionibus. Namque, ait, si ponimus *A* de omni *C* necessario praedicari, quamquam terminus medius *B*, qui hanc ipsam conclusionem (*AC*) necessariam fecit, non necessario coniungatur cum terminis *A* et *C*, conclusionem non revera effectam esse per terminum medium *B* (οὐκ ἔστι τοῦτο διὰ τὸ μέσον vs. 30 sq.) concedendum erit: nam ex propositionibus non necessariis non fit conclusio necessaria (v. 32 a 12 sqq.). Iam quum non nisi eum aliquid scire dixerimus qui causam rei perspectam habeat, is vero, qui conclusionem necessariam per terminum medium qui nihil necessarii habeat effici opinetur, veram causam, unde conclusio fluxerit, ignoret (οὐκ οἶδε διότι vs. 30), eundem rem nescire apparet. — Contortam Aristotelis argumentationem facile eo expedivimus, quod singula argumenta alio ordine collocavimus: haud raro enim ei accidit, ut morae impatiens singula non eo ordine exposuerit, quem orationis perspicuitas requirit.

74 b 32 Scientia quam quis habet non perditur, nisi aut ipse perit aut obliviscitur aut res quam scivit interit. Iam si ponamus aliquem scire aliquid quod per medium terminum non necessarium demonstratum sit, scientia quam habere opinatur, etiam

si mutatur vel perit quod termino medio exprimitur, eadem manet (ἕξει μὲν τὸν λόγον vs. 35). Quamquam igitur neque ipse perierit neque res quam scivit (σωζομένου τοῦ πράγματος, quod eodem sensu legitur 428 b 6 al.) neque oblitus sit, tamen veram scientiam non habet, quia ignorat τὸ διότι: periit enim id, unde scientia nata est (terminus medius): neque igitur priusquam hoc periit veram scientiam habuit. Etiamsi autem non perierit (vs. 37), tamen, quum possit perire (nam non est necessarium), absurdum quod inde sequi modo ostendimus (τὸ συμβαῖνον, intell. ὡς ἕξει μὲν τὸν λόγον σωζόμενος σωζομένου τοῦ πράγματος, οὐκ οἶδε δέ) idem manet: fieri enim semper certe poterit, ut intereat quod termino medio exprimitur. — Satis obscure Biese (I. p. 245), ut solet in iis quae difficiliora sunt, haec ultima reddidit „Das was eintreten kann wird das blofs Mögliche und Zufällige seyn", quae quem sensum habeant equidem non intelligo.

75 a 1 De necessitate conclusionis et propositionum dicendum est, quod ratio quam inter se habeant quadruplex esse potest.

Si conclusio necessaria est, propositiones possunt esse non necessariae.

Si conclusio non necessaria est, propositiones utique sunt non necessariae.

Si propositiones sunt necessariae, conclusio semper est necessaria.

Si propositiones non necessariae sunt, conclusio necessaria esse potest.

75 a 3 ὥσπερ καὶ ἀληθὲς μὴ ἐξ ἀληθῶν, v. Analyt. prior. II. c. 2—4. — Vs. 12 δεῖ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν, intell. τὸ πρῶτον τῷ ἐσχάτῳ h. e. δεῖ ἀναγκαῖον εἶναι τὸ συμπέρασμα.

75 a 14 ἢ h. e. εἰ δὲ μὴ ἔχει τὴν ἀπόδειξιν διὰ μέσου ἀναγκαίου, neque rationem ob quam conclusio necessaria sit perspiciet, neque omnino sciet conclusionem esse necessariam, sed aut, quamquam veram scientiam non habet, habere eam opinabitur, si necessarium putet quod non est necessarium (coniunctionem intelligit termini medii cum maiore et minore), aut non opinabitur, ut qui ex propositionibus non necessariis veram demonstrationem fieri non posse intelligat, sive scit conclusionem, licet non necessariam, veram esse, quippe quae coacta sit ex propositionibus non necessariis quidem, sed veris, quae aliunde probari et possint et debeant, sive etiam cur vera esse debeat

perspectum habet, propterea scilicet quod coacta sit ex propositionibus quae ipsae demonstrationem non admittant.

75a 18 Quare quum eorum quae non necessaria sint non detur scientia, erit fortasse qui dubitet, cur omnino in disputando petatur, ut concedantur ab adversario propositiones quae nihil necessarii habeant (vs. 22 *ταῦτα*, h. e. *τὰ μὴ ἀναγκαῖα — περὶ τούτων*, h. e. *περὶ ὧν διαλέγονται*), si ex his conclusio utique fiat non necessaria: nam ad veram demonstrationem nihil attinet, si quis sumat quae in casu posita et mutationi obnoxia sint et quae inde consequantur declaret (satis negligenter Biese I. p. 246 „Man kann ja ohne Unterschied auf jedes Beliebige beim Disputiren einen Schlufssatz aussprechen"). Quae quidem dubitatio eo solvitur, quod, quamquam non est necessarium id quod ex propositionibus non necessariis colligitur, tamen et necessario conceditur ab eo qui propositiones concessit et verum est, si ex propositionibus veris coactum est: quare quamquam veram demonstrationem non faciunt quae non sunt necessaria, tamen in disputando maximi momenti sunt.

75a 32 *ὥστ' οὐκ ἀνάγκη*, intell. *τῷ τὰ συμβεβηκότα εἰδότι καὶ ἐκ τούτων συλλογιζομένῳ*. Veram rei causam ignorat qui ex propositionibus non necessariis colligit, etiamsi propositiones ex quibus colligat omni tempore verae quidem sint, neque tamen in ipsa rei natura positae (*μὴ καθ' αὑτὸ δὲ* vs. 33), quod iis accidit qui ex signis aliquid cogunt (v. 70a 7 sqq.). Nam qui colligit ex propositionibus non necessariis (vs. 34), non ex ipsa rei natura cognoscit quod necessario cum ea coniunctum est, ut veram rei causam eum ignorare appareat.

Cap. 7. Demonstrationem in alio genere factam ad aliud genus transferre non licet.

75b 2 Axiomata pluribus generibus communia esse possunt, quamquam alius axiomatis in alio genere alius est usus. — Vs. 4 exspectabas ut pergeret *οὐκ ἔστιν ἐν τούτοις τὴν ἐν θατέρῳ γένει ἀπόδειξιν ἐφαρμόσαι ἐπὶ θάτερον*, sed quod universe proferre debebat statim adaptavit exemplo quod modo commemoravit.

75b 5 *εἰ μὴ τὰ* ... nisi quae continua sint numerorum rationem habeant, ut arithmeticam demonstrationem admittant: nam

arithmetica (vs. 7), sicut omnis demonstratio, genus suum (numerum dicit) non excedere, sed in eo consistere debet.

75 b 9 *ἢ πῇ*. Exemplum habuimus 74 a 18. — Vs. 11 *εἰ μὴ καθ' αὑτά*, h. e. *εἰ μὴ καθ' αὑτὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους τὰ ἄκρα καὶ τὰ μέσα ἔσται καὶ οἰκεῖα τῷ γένει θάτερον θατέρῳ*. — Vs. 13 *ὅτι οἱ δύο κύβοι κύβος*, v. Reimeri librum de duplicatione cubi. — Vs. 17 *οὐδ' εἴ τι . . .*, h. e. *οὐδ' ἔστι δεῖξαι τῇ γεωμετρίᾳ, εἴ τι . . .* — Vs. 2 *τὸ ἴδιον γένος* (*γεωμετρικὸν* intell.) *αὐτῶν*, h. e. *τὸ γραμμῇ εἶναι*.

Cap. 8. Res sensibus subiectae, ut quae mutationi obnoxiae sint, simpliciter et per se neque demonstrantur neque definiuntur.

75 b 23 *τῆς τοιαύτης*, quod explicat sequente *καί*: cuius quidem usus, quo particula *καί* explicandi vim habet, v. quae exempla collegimus ad 93 b 26.

75 b 24 *οὐκ ἔστιν ἄρα . . .* 1039 b 28 *διὰ τοῦτο δὲ καὶ τῶν οὐσιῶν τῶν αἰσθητῶν τῶν καθ' ἕκαστα οὔθ' ὁρισμὸς οὔτ' ἀπόδειξίς ἐστιν, ὅτι ἔχουσιν ὕλην ἧς ἡ φύσις τοιαύτη ὥστ' ἐνδέχεσθαι καὶ εἶναι καὶ μή· διὸ φθαρτὰ πάντα τὰ καθ' ἕκαστα αὐτῶν. εἰ οὖν ἦ τ' ἀπόδειξις τῶν ἀναγκαίων καὶ ὁ ὁρισμὸς ἐπιστημονικός, καὶ οὐκ ἐνδέχεται, ὥσπερ οὐδ' ἐπιστήμην ὁτὲ μὲν ἐπιστήμην ὁτὲ δ' ἄγνοιαν εἶναι, ἀλλὰ δόξα τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, οὕτως οὐδ' ἀπόδειξιν οὐδ' ὁρισμόν, ἀλλὰ δόξα ἐστὶ τοῦ ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν εἴη αὐτῶν οὔτε ὁρισμὸς οὔτε ἀπόδειξις.*

75 b 25 Alterius lectionis, quam commemorat Philoponus (schol. 210 b 46), vestigia habet codex *d*: nostra vero, quam etiam Boethius habuit, retinenda est propter particulam *ἀλλά* vs. 26, quae si abesset, etiam altera bonum sensum praeberet. Sententia loci haec est. Vera demonstratio quae scientiam efficiat non descendit ad singula quae sensibus subiecta sunt, sed consistit in proximis generibus, quibus illa continentur: quare de rebus singularibus nihil probatur, nisi quatenus quae magis universalia sunt de iis praedicantur (*ὥσπερ κατὰ συμβεβηκός*). Si quid autem de iis probatur (*ὅταν δ' ᾖ* vs. 26), altera syllogismi propositio neque potest semper vera esse et necessaria, sed *φθαρτή*, quia conclusio *φθαρτὴ* esse non potest, nisi etiam altera propositio sit *φθαρτή* (75 a 8), neque revera universalis (*καθόλου*, h. e. ita comparata, ut omni tempore

necessario praedicetur alterum de altero universo) esse potest, quia quod praedicatur in conclusione (terminus maior) edicitur quidem de iis de quibus praedicatur in conclusione (de termino minore, quem verbis ἐφ' ὧν significavit vs. 29), ita tamen, ut aliquando possit de iis praedicari et aliquando non praedicari (ᾧ μὲν ἔσται ᾧ δ' οὐκ ἔσται): nam quum quod conclusioni subiectum sit res sit singularis quae sub sensus cadat, ut mutationis non sit expers et impatiens, etiam altera propositio, sicut ipsa conclusio, alio tempore et de aliquo vera, alio et de aliquo non vera esse debebit (v. 32 a 10).

75 b 30 ὁμοίως δ' ἔχει . . . Item res se habet in definitionibus: namque si quis definiat rem singularem quae sub sensus cadat, definitio quam proponit et φθαρτὴ erit et μὴ καθόλου, quia ad veram definitionem conficiendam eadem requiruntur quae ad veram demonstrationem — nam utraque et necessaria esse et intimam rei naturam patefacere debet — siquidem definitio aut principium est a quo demonstratio incipit (ἀρχὴ ἀποδείξεως: quare dicit 1078 b 24 ἀρχὴ δὲ τῶν συλλογισμῶν τὸ τί ἐστιν) aut conclusio ad quam tendit aut propositio quae a demonstratione non nisi eo differt, quod ipsa ponit quod haec syllogismo facto probat (ἀπόδειξις θέσει διαφέρουσα, cf. 94 a 11 sqq.). Eorum autem quae secundum naturae leges fiunt (τῶν πολλάκις γινομένων, τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ) datur quidem demonstratio et scientia, quatenus universa quaedam natura cognoscitur, quae a sensibus sevocata singulis rebus, quae certo tempore fiunt et oculorum aspectui subiectae sunt, legem praescribit; non datur, quatenus non universa quaedam lex, sed singula quasi eius exempla cognoscuntur, quae ex illa suspensa sunt. — Lectionem τοιοῦδ' εἰσίν, quam recipere non dubitavimus, Philoponi explicatio videtur comprobare (v. schol. 211 b 10 sqq. coll. schol. 228 a 7). Quid Boethius habuerit incertum est: vertit enim: „secundum quod huiusmodi sunt". Deinde nostram lectionem veram esse et optimorum codd. vestigia comprobant et sensus ipse docet: nam quod Aristoteles dicit hoc est: αἱ ἐπιστῆμαι, ἢ μὲν τοιοῦδέ τινός εἰσιν ἐπιστῆμαι h. e. quatenus universae cuiusdam legis, non rei singularis cognitionem efficiunt, ἀεί εἰσιν, ἢ δ' οὐκ ἀεὶ . . . Bene C. Heyder I. p. 324 not.: „Das Wesen der Mondfinsternifs" (τοῦ τοιοῦδε) „bleibt sich gleich, so oft die Erde zwischen Sonne und Mond tritt; diefs selbst aber ge-

schieht nicht immer, sondern zeit- und theilweise". Exspectabas ut pergeret ἢ δὲ κατὰ μέρος, οὐκ ἀεί. Ut hoc loco opponuntur τὸ τοιόνδε et τὸ κατὰ μέρος, sic 1060 b 20 τὸ τοιόνδε et τὸ τόδε τι, quod rem sensibus subiectam significat: παρέχει δ' ἀπορίαν καὶ τὸ πᾶσαν μὲν ἐπιστήμην εἶναι τῶν καθόλου καὶ τοῦ τοιουδί, τὴν δ' οὐσίαν μὴ τῶν καθόλου εἶναι, μᾶλλον δὲ τόδε τι καὶ χωριστόν.

Cap. 9. Vera demonstratio non fit nisi ex principiis rei demonstratae propriis, ut termini, per quos demonstretur, aut ex eodem genere esse debeant aut e duobus quorum alterum altero contineatur. 76 a 16 *Principia cuiusque rei propria non demonstrantur: ex quibus summis si demonstratur, perfecte demonstratur:* 26 *quare num quis revera aliquid sciat necne, difficillimum est ad diiudicandum.*

75 b 40 Bryson circulum quadrare voluit non usus principiis geometriae propriis, sed iis quae omnibus disciplinis sunt communia (κοιναί): quod quomodo fecerit v. in schol. 306 b 27 sqq. coll. paraphr. sophist. elench. ed. Spengel. Monach. 1842. p. 60. I. Ch. Heilbronner Hist. matheseos universae. Lips. 1742. p. 149 de eadem re haec habet: „Sit quadrandus circulus *ABCD*, cui circumscribatur quadratum *EFGH*, ad septimam eius partem inscribatur aliud *INLM*; si in medio horum quadratorum *OPQR* delineatur, erit secundum Brysonem istius ambitus aequalis circuli peripheriae". Cf. Ios. Blancanus locc. Aristotelis math. explicata. Bonon. 1615. p. 70. (I. E. Montucla) Histoire des recherches sur la quadrature du cercle. Paris 1754: „Bryson raisonnait bien mal pour un géomètre, si c'en était un, lorsqu'il prétendait, que le cercle était moyen proportionel entre le quarré inscrit et le circonscrit. Il était aisé de voir dès-lors, que ce moyen proportionel était seulement l'octogone; car en général deux polygones semblables étant inscris et circonscris au cercle, le moyen proportionel entre eux deux est l'inscrit qui a le double des côtés". Brysonis exemplo Aristoteles saepius utitur, v. 171 b 16., 172 a 4—7. Brysonem sophistam vocat 563 a 7 et 615 a 10, ubi etiam eius patrem Herodorum commemorat. 1405 b 9 ἔτι δὲ τρίτον, ὃ λύει τὸν σοφιστικὸν λόγον· οὐ γὰρ ὡς ἔφη Βρύσων οὐθένα αἰσχρολογεῖν, εἴπερ τὸ αὐτὸ σημαίνει τόδε ἀντὶ τοῦ τόδε εἰπεῖν. Praeterea de quadratura circuli frustra a veteribus tentata

v. quae diximus ad 69a32 et de Antiphonte ad 172a7 coll. Procl. in Euclid. Elem. III. prop. I. p. 121.

76a4 Revera scimus quod cum alia re et coniunctum esse et quatenus cum ea coniunctum sit ita intelligimus, ut ex ipsa eius rei, quacum coniunctum sit, natura eiusque principiis et quasi fontibus illud cognoscamus, quatenus rei natura talis est qualis revera est: sic si quid dicitur duos angulos rectos habere, cum cuius natura hoc necessario coniunctum sit, revera cognoscitur ex principiis eius rei propriis, de qua hoc dicitur. Quare *A* de *B* praedicari revera scimus, si ex ipsa natura rei quae termino *B* significatur terminum *A* de *B* praedicandum esse cognovimus: quare (vs. 8), si etiam illud (*B* dico) ita praedicetur de alio (*C*), ut cum eius natura necessario coniunctum sit, terminus medius (*B*) in eodem genere, in quo reliqui, non esse non poterit. Terminis igitur sic se habentibus conclusionem *AC* revera demonstratam esse dicendum erit.

76a6 Zell ad Eth. Nic. VI, 5, 6 multos locos collegit, quibus eodem exemplo Aristoteles utitur: „Dici vix potest quantopere hoc exemplum frequentet: habet enim ubique fere, quotiescunque e ratione geometrica documentum petiturus est. Quae res notabilis mihi videtur et Aristotelis propria, quum Plato in hoc genere copiosior sit".

76a11 τὸ μὲν γὰρ ὅτι . . . Si altera disciplina alteri ita subiecta est, ut in speciem transferat quod altera de genere universo demonstravit, ea disciplina, quae est de specie, rei quidem ipsius cognitionem efficit, quamquam veram eius causam investigare et explanare debet altera, quippe quae universi generis τὰ καθ' αὑτὰ συμβεβηκότα (haec enim sunt quae dicit τὰ πάθη vs. 13 cf. b13) contempletur. Principia autem (vs. 15) utrique generi sunt communia.

76a20 ὥστ' εἰ μᾶλλον . . . Biese I. p. 251 iis quae dicit Philop. (schol. 212b30), ut videtur, inductus hunc locum non recte reddidit dicens: „Daher je höher er emporsteigt zu der ersten Ursache, desto mehr ist er wissend; und kann man dies noch ein vermitteltes Wissen nennen, so besteht hierin der höhere und höchste Grad der Wissenschaft". Quod Aristoteles dicit hoc est. Si igitur fieri potest, ut alius alio magis sciat (namque qui ex principiis cuiusque rei propriis rem demonstravit magis intelligens dicendus est quam is qui

alio quocunque modo idem demonstravit) et ut quis quam optime sciat, etiam scientia ipsa gradum admittit, ut ea, quae ex principiis cuiusque rei propriis comparata sit, magis quam alia quaecunque et maxime inter omnes dicenda sit scientia.

Cap. 10. *Principii definitio. Quae quid significent et quae num sint an non sint scire debeamus exponitur.* 37 *Quae cuiusque demonstrationis propria sint, quae communia.* b 11 *Omnis demonstratio tribus partibus constat,* 16 *quarum duas interdum negligere licet.* 23 *Quid differant* ἀξίωμα, ὑπόθεσις *et* αἴτημα. 35 *Definitio non est hypothesis.*

76 a 32 καὶ τὰ πρῶτα καὶ τὰ ἐκ τούτων. Prima dicit τὰς ἀρχάς: namque quum in omni demonstratione tria distinguenda sint, genus, de quo demonstretur, axiomata, ex quibus, et τὰ ὑπάρχοντα καθ' αὑτὰ τῷ γένει, quae demonstrentur, genus et axiomata dicit τὰ πρῶτα, reliqua vero omnia quae demonstrentur τὰ ἐκ τούτων. Quare non probandum erit quod dicit Philop. schol. 213 a 13 neque quod dedit Biese I. p. 252 locum vertens: „was sie (die Principien) bedeuten und was aus dieser Bedeutung folgt (τὰ ἐκ τούτων), wird vorausgesetzt".

76 a 38 τὰ μὲν ἴδια, intell. τὸ γένος καὶ τὰ καθ' αὑτὰ τούτου πάθη (de quibus cogitandum esse docent quae habemus 77 a 27 sq.), axiomata vero communia sunt κατ' ἀναλογίαν: nam quod in arithmetica de numeris valet (aequalia si demuntur ab aequalibus, quae restant aequalia sunt), idem in geometria de lineis, siquidem axioma quodcunque (vs. 39) in singulis disciplinis usum non habet nisi quatenus ad id semper genus transfertur quod singulis proprium est: quare (vs. 42) in arithmetica de numeris, in geometria de lineis τὰ ἀξιώματα accipere satis est, quamquam per se spectata latius patent.

76 b 3 Quae cuiusque disciplinae propria sunt et quae esse quaeque disciplina sumit ea sunt, quorum τὰ ὑπάρχοντα καθ' αὑτὰ contemplatur, τὰ ὑποκείμενα τῇ ἐπιστήμῃ. Non satis accurate sibi respondent μὲν vs. 3 et δὲ vs. 6: exspectabas enim ut pergeret ἃ δὲ τί μὲν σημαίνει ἕκαστον λαμβάνουσι, ὅτι δ' ἔστι δεικνύουσι, τὰ τούτων πάθη εἰσὶ καθ' αὑτά. Longius orationis membrum quod interpositum est effecit, ut constructio non servaretur, sed inde a vs. 6 iis similis fieret quae proxime praecesserunt. Similia collegimus ad 61 a 19.

76 b 17 φανερὸς idem significat quod vs. 19 δῆλος et vs. 21 γνώ-

ρισμος: quare φανερὸν ὅτι eodem modo ponitur atque δῆλον ὅτι: 456 a 7 τῆς μὲν οὖν κινήσεως φανερὸν ὅτι καὶ ἡ τοῦ πνεύματος ἀρχὴ καὶ ὅλως ἡ τῆς καταψύξεώς ἐστιν ἐνταῦθα (ἐν τῇ καρδίᾳ). Cf. 491 b 30 ὅλως μὲν γὰρ οὐθ' ὁρᾷ οὔτ' ἔχει εἰς τὸ φανερὸν δήλους ὀφθαλμούς (ὁ ἀσπάλαξ), h. e. oculos non habet conspicuos, „sie liegen nicht zu Tage" (εἰς τὸ φανερόν). φανερός et δῆλος hic differunt: namque φανερὸν dicitur quod oculis cernitur, δῆλον quod menti lustranti manifestum est — est enim aliud, si dicimus φανερὸν ὅτι ὀφθαλμοὺς ἔχει (nam φανερὸν est τὸ ὁρώμενον: 196 a 33 τὸν δ' οὐρανὸν καὶ τὰ θειότατα τῶν φανερῶν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γενέσθαι), aliud, si dicimus δῆλον ὅτι ὀφθαλμοὺς ἔχει. Idem discrimen habemus inter φαίνεσθαι et δοκεῖν 461 b 5 φαίνεται μὲν οὖν πάντως, δοκεῖ δὲ οὐ πάντως τὸ φαινόμενον, ἀλλ' ἐὰν τὸ ἐπικρῖνον κατέχηται ἢ μὴ κινῆται τὴν οἰκείαν κίνησιν. 428 b 1 τὸ οὖν φαίνεσθαί ἐστι τὸ δοξάζειν ὅπερ αἰσθάνεται μὴ κατὰ συμβεβηκός. φαίνεται δὲ καὶ ψευδῆ, περὶ ὧν ἅμα ὑπόληψιν ἀληθῆ ἔχει, οἷον φαίνεται μὲν ὁ ἥλιος ποδιαῖος, πεπίστευται δ' εἶναι μείζων τῆς οἰκουμένης. Differt ab eo quod dicitur φανερὸν et δῆλον, quae haud raro sine discrimine ponuntur, τὸ σαφές: nam σαφὲς non dicitur id quod apertum est et manifestum, sed id cuius accuratam et exactam cognitionem habemus: 111 a 8 ἔτι τὸ μεταλαμβάνειν εἰς τὸ γνωριμώτερον ὄνομα, οἷον ἀντὶ τοῦ ἀκριβοῦς ἐν ὑπολήψει τὸ σαφές. 413 a 11 ἐπεὶ δ' ἐκ τῶν ἀσαφῶν μὲν φανερωτέρων δὲ γίγνεται τὸ σαφὲς καὶ κατὰ τὸν λόγον γνωριμώτερον: cf. Trdlbg. de an. p. 337. Quamquam ne hoc quidem discrimen ab Aristotele ubique servatur: 131 a 33 οὐδ' ὅτε ἀποδέδωκε τὸ ἴδιον, ἔσται φανερὸν εἰ ὑπάρχει, εἴπερ τοιοῦτόν ἐστιν οἷον ἀπολείπειν. οὔκουν ἔσται σαφὲς τὸ ἴδιον.

76 b 23 Quodcunque natura per se necessitatem quandam habet axioma est, non hypothesis vel αἴτημα. Nam si quis hypothesin vel αἴτημα esse velit quodcunque ita comparatum sit, ut ab adversario contradici possit, dicendum est neque syllogismum neque demonstrationem id agere, ut ei qui contradicere velit nulla exceptio relinquatur (nam contradicendi semper erit copia, etiam si quid certissimum sit), sed ut ratio (ὁ ἔσω λόγος, ὁ ἐν τῇ ψυχῇ) convincatur, non oratio (ὁ ἔξω λόγος).

76 b 33 ἢ ὃ ἄν τις ... Aliam αἰτήματος definitionem proponit quae latius patet.

76 b 35 οὐδέν, quod et Boethius et Philop. (schol. 214 a 27) habuisse videntur et sensus flagitat, ex optt. codd. recepimus. Nam quod Aristoteles dicit est hoc. Definitio ab hypothesi eo differt, quod nihil edicit de existentia rei quae definitur: nam si quis contendat definitionem, licet non ponat aliquid esse vel non esse, sed intelligi tantum velit id quod dicat, tamen esse hypothesin, quodcunque auribus percipimus, si quod dictum est intelleximus, hypothesis dicenda erit. Verum ὑποθέσεις dicuntur quibus positis (ὅσων ὄντων vs. 38) et ex quibus aliud quid colligitur; neque enim concedendum est in geometria non cogi ex iis ipsis quae posita sint: nam nihil cogitur ex ea ipsa figura quae nonnisi exempli gratia adscribitur, sed ex iis quae mente sola cogitantur, figura descripta significantur et illustrantur. Cf. quae diximus ad 49 b 36. Apparet ex iis quae modo disputavimus non opus esse Themistii explicatione, qui quae legimus vs. 39 sqq. coniungenda putavit cum iis quae habuimus vs. 24—27.

77 a 3 Alia causa, cur definitio non appellari possit hypothesis, in eo est, quod haec aut universalis est aut particularis, in illa vero quod subiectum est aequale esse debet ei quod praedicatur.

Cap. 11. *Sine notione universali demonstratio esse non potest, quamquam sine ideis.* 10 *De usu quem principium contradictionis quod dicitur in demonstratione habeat.* 26 *De communi quo singulae disciplinae inter se coniunctae sint vinculo.*

77 a 10 Principium contradictionis quod dicitur in ipsam demonstrationem non assumitur, nisi etiam in conclusione expressum esse debeat: si *A* de omni *B* praedicari verum, non praedicari non verum sit, *B* vero de omni *C* praedicetur, *A* de omni *C* praedicari verum, non praedicari non verum est: in quo quidem syllogismo nihil interest (vs. 14), num *A* praedicetur et de *B* et de *Non-B*, *B* autem et de *C* et de *Non-C*. Nam si datum est animal praedicari de omni homine (εἰ γὰρ ἐδόθη ζῷον εἶναι τοῦτο καθ' οὗ ἄνθρωπον ἀληθές ἐστιν εἰπεῖν vs. 15), etiam si verum sit animal praedicari etiam de Non-homine, dummodo homo sit animal, Non-animal vero non praedicetur de homine, eadem utique proveniet conclusio, hanc dico, hominem quendam e. g. Calliam esse animal.

(Perspicuitatis causa hic adiecimus apodosin, qualis esse debebat, quam Aristoteles et cogitandi et scribendi alacritate abreptus non omisit quidem, sed turbavit.) Item enim, etiam si Non-Callias homo sit, de Callia homo praedicabitur, Non-homo vero non praedicabitur. Quare etiam si *A* et de *B* praedicatur et de *Non-B* (*εἰ τὸ πρῶτον οὐ μόνον κατὰ τοῦ μέσου λέγεται ἀλλὰ καὶ κατ' ἄλλου* vs. 19), *B* autem et de *C* et de *Non-C* (*εἰ τὸ μέσον καὶ αὐτό ἐστι καὶ μὴ αὐτό* vs. 20), dummodo *Non-A* neque de *B* praedicetur neque de *C*, tamen conclusio eadem utique erit „*A* praedicari de *C*". Verum principio contradictionis (vs. 22) non uti solemus in demonstratione recta, sed in deductione ad absurdum quae dicitur, quamquam ne in hac quidem hoc principium adhibetur universum, sed quantum in quaque re satis est. Nam quod habuimus 76a42 de axiomatis communibus, idem etiam de principio contradictionis valet.

77a26 Cf. 996b28 *λέγω δὲ ἀποδεικτικὰς (ἀρχὰς) τὰς κοινὰς δόξας, ἐξ ὧν ἅπαντες δεικνύουσιν, οἷον ὅτι πᾶν ἀναγκαῖον ἢ φάναι ἢ ἀποφάναι καὶ ἀδύνατον ἅμα εἶναι καὶ μὴ εἶναι καὶ ὅσαι ἄλλαι τοιαῦται προτάσεις.* — Vs. 28 *περὶ ὧν*, intell. *τὰ γένη*. ὃ, intell. *τὰ τούτοις ὑπάρχοντα καθ' αὑτά.*

77a32 *οὐ γὰρ ἂν ἠρώτα*: nam quod respondetur ex arbitrio pendet eius qui interrogatus est (*οὐκ ἔστιν ὡρισμένον τι*), ut qui alium interrogaverit de iis ex quibus demonstrandum sit neque ut vera sint quae respondeantur neque ut talia sint, ex quibus demonstratio perfecta fiat, efficere possit. — Vs. 34 nos remittit ad ea quae dixit 64b7 sqq.

Cap. 12. *Quomodo diiudicandum sit quae ad quamque doctrinam propositio pertineat.* 16 *Quomodo inveniatur doctrina ad quam quisque falsus syllogismus pertineat.* 34 *Quando exceptio non sit facienda.* 40 *Quae non coguntur interdum tamen syllogismi speciem habent.* 78a14 *Novis terminis mediis interpositis demonstratio ipsa non procedit.*

77a36 et 38 *ἐρώτημα* significare id quod ponatur concedente adversario docuimus ad 42a39, quod non satis perspexit Biese: dicit enim obscurius I. p. 257 „es können zwar in wissenschaftlichen Beweisen Fragen angewendet werden, aber nur unter der Bedingung, dafs diese der Bestimmung des Vordersatzes

entsprechen, der immer nur auf einen Theil des Widerspruchs sich bezieht". Vs. 40 *ἐρώτημα γεωμετρικὸν* vel *ἰατρικὸν* est propositio, cuius veritas diiudicari possit ex principiis geometriae vel medicinae propriis, ut geometram vel medicum eam concedere vel non concedere deceat, si interrogetur.

77 b 1 *ἢ ἐκ τῶν . . .* Quomodo *ἃ* quod praebent codices *Ca* omitti potuerit ex iis apparebit quae dedimus ad 25 b 35. Brandisius (Variet. lect. Aristot. in Abhh. der Berl. Akad. 1832) addendum putavit *ἅ*, quod asterisco addito significavit. — Vs. 5 *οὐχ ὑφεκτέον τῷ γεωμέτρῃ*, intell. *ἀλλὰ τῷ πρώτῳ φιλοσόφῳ*.

77 b 10 *οὕτως*, h. e. *ὥστ' ἐρωτᾶν τὰ κατὰ τὴν ἐπιστήμην διορισθέντα*, quae qualia sint indicavit vs. 1 sq. Si quis autem non ita disputat, ut ea tantum sibi velit concedi quae cum principiis geometriae propriis stare possint et ex iis cogantur, neque disserendi leges servat neque geometram, si convincit, redarguit quatenus est geometra: quae quidem prava disputandi artificia ne eos fugiant qui disputationi intersint, disceptandum non est de rebus geometricis, nisi si qui adsint geometriae sint periti, ut diiudicare possint num sic disputetur uti geometriae ratio postulet.

77 b 16 Quod interpretes (schol. 216 b 14 sqq., ib. 32 sqq.) dicunt de accentus mutatione quum ex codicum auctoritate diiudicari nequeat, dedimus quod loco ipsi maxime convenire videbatur. Ne quem offendat articulus ante *ποίαν*, cf. 226 b 20 et 227 b 2 *τοῖς ποίοις ἕκαστον τούτων ὑπάρχει εἴρηται*. Leo Magentenus legisse videtur *ποιᾷ ἐστιν*, v. schol. nostra ad 77 b 18 I. p. 51. Boethius vertit: „et quae sunt secundum unamquamque scientiam et quae secundum ignorantiam qualis geometrica est?", ut quam quidem lectionem habuerit non appareat, sed veram lectionem eum non habuisse certum sit. Eiecimus autem quod Bekkerus addidit vs. 18 *ἢ ἀγεωμέτρητα* post *ἐστιν*, quod neque codd. agnoscunt neque Boethius neque vet. intp. Goth. habet neque sensus requirit. Nam *γεωμετρικά* dixit pro iis quae unius scientiae cuiuscunque propria sint et ad eam pertineant, siquidem exemplum posuit pro re universali cuius est exemplum. Quod qui non viderent — idem fere etiam 75 b 4 factum esse supra commemoravimus — adiiciendum putaverunt *ἢ ἀγεωμέτρητα*. Difficultas enim huius loci omnis in eo est, quod, quamquam Ari-

stoteles modo de omni doctrina dixerit (vs. 17 *παρ' ἑκάστην ἐπιστήμην*), tamen vs. 18 ita pergit ac si de geometria sola sermo esset. Bene haberent omnia, si dixisset *καὶ παρ' ἑκάστην ἐπιστήμην τὰ κατὰ ποίαν ἄγνοιαν γινόμενα ἐρωτήματα ἐρωτητέον τὸν ἑκάστης ἐπιστήμης ἐπιστήμονα*; vel *καὶ πρὸς τὰ κατὰ ποίαν ἄγνοιαν γινόμενα ἐρωτήματα ἀποκριτέον τῷ ἑκάστης ἐπιστήμης ἐπιστήμονι*; Quare Aristoteles quum dicit „Et secundum qualem in unaquaque doctrina ignorantiam quaestiones fieri debent, ut propositiones quae respondeantur, geometricae dicendae sint?" quod quaerit hoc est. Qualia esse debent in unaquaque doctrina quae ignoramus, ut propositiones falsae quas defendamus tamen geometriae sive alius doctrinae cuiuscunque, de qua disputetur, propriae dicendae sint (*οὐ πᾶν γὰρ ἕκαστον ἐπιστήμονα ἐρώτημα ἐρωτητέον* vs. 7)? Utrum syllogismus *ἀγεωμέτρητος* (*ὁ κατὰ τὴν ἄγνοιαν* vs. 19) dicendus est is qui fiat ex propositionibus veritati repugnantibus (*ἐκ τῶν προτάσεων τῶν τὸ ἀντικείμενον τῷ ἀληθεῖ δοξαζουσῶν*) sive etiam qui ex propositionibus veris non recte colligat (*ὁ παραλογισμός*), dummodo propositiones ex quibus fiat geometriae sint propriae, an syllogismus qui ex alia doctrina desumtus ad geometriam omnino non pertineat? — Copiosius haec ultima exposuimus, ne quis priorem particulam *ἢ* vs. 20 respondere putet particulae *πότερον* quae praecessit. Articulum cur non tulerit Bkk. vs. 20, quum eundem servaverit vs. 19 *ὁ ἐκ...*, non video, praesertim quum etiam Philop. (schol. 216 b 43) eum agnoscere videatur. — Vs. 22 *τὸ δὲ τὰς παραλλήλους συμπίπτειν* (sive hoc coactum est ex propositionibus veritati repugnantibus sive non recte collectum ex propositionibus veris) *γεωμετρικὸν* dicendum est, quia quodcunque de lineis parallelis probatur ad geometriam pertinet, *ἀγεωμέτρητον* vero, quia lineas *παραλλήλους* numquam inter se concurrere geometria docet.

77 b 25 *τῷ μὴ ἔχειν*, cf. 1022 b 35 *ἀόρατον δὲ* (*λέγεται*) *καὶ τῷ ὅλως μὴ ἔχειν χρῶμα καὶ τῷ φαύλως καὶ ἄπουν καὶ τῷ μὴ ἔχειν ὅλως πόδας καὶ τῷ φαύλους*. — *ὥσπερ τὸ ἄρρυθμον*. Similia repetitionis exempla collegimus ad 61 b 7. Haud scio an *καὶ* post *αὕτη*, quod omnes codd. praebent, quamquam neque apud Boethium legitur neque in vet. intp. cod. Goth., Bkko. retinendum fuerit, siquidem ita intelligi potest ut et explicet et amplificet ea quae praecesserunt. Nam quod Aristote-

les dicit hoc est: *καὶ ἡ ἄγνοια αὕτη, ἢ γίνεται τῷ φαύλως ἔχειν περὶ γεωμετρίαν, καὶ ὅλως ἡ ἄγνοια ἡ ἐκ τῶν τοιούτων ἀρχῶν* (s. *προτάσεων*) *γινομένη, ἐξ ὧν καὶ αὐτὴ ἡ ἐπιστήμη ἐστίν, ἐναντία ἐστὶν τῇ ἐπιστήμῃ.* Veri similius certe est *καὶ* deletum esse quam adiectum aliena manu, quum, si adiiciatur, locus fiat difficilior ad intelligendum.

77 b 28 Articulum ante *διττόν* ex optimis libris adiecimus, praesertim quum Aristoteles non dicat „medius terminus semper ambiguus est", sed „ambiguitas (*τὸ διττόν*), quam paralogismus habet, in medio semper termino posita est".

77 b 30 *τὸ δὲ κατ. οὐ λέγεται πᾶν*, quod hic addit, quia, si quod praedicatur universum praedicaretur, neque medius terminus quidquam haberet ambigui neque omnino fieret paralogismus, sed syllogismus verus: e. g. si recte praedicatur *σχῆμα κατὰ παντὸς κύκλου*, si etiam *πᾶς κύκλος κατὰ τῶν ἐπῶν* recte praedicaretur, syllogismus *ὅτι τὰ ἔπη κύκλος* verus esset. — Mathematica vero (*ταῦτα* vs. 30) mentis oculis quasi intuemur (valde simile est quod Kantio de mathematicis placuit). Non ita est in rebus dialecticis (*ἐν τοῖς λόγοις*), quae quum minus conspicua sint, ut non cerni velint, sed cogitari, facilius addubitantur et sententiarum diversitatem admittunt.

77 b 34 Quum exceptio quam facimus aut ipsa sit propositio aut eius locum tenere possit, propositio vero, ut ad demonstrandum idonea sit, universalis esse debeat, contra propositionem, qua ad inductionem conficiendam utitur adversarius — tali enim propositione, quippe quae ad res singulares pertineat quae sub sensus cadunt, in vera demonstratione omnino non est utendum —, quoniam neque necessaria neque universalis esse potest, exceptio facienda non est: inductio enim omnisa vera demonstratione aliena est.

77 b 40 *διὰ τὸ λαμβάνειν.* Cf. 43 b 36 *τὰ πᾶσιν ἑπόμενα οὐκ ἐκλεκτέον· οὐ γὰρ ἔσται συλλογισμὸς ἐξ αὐτῶν* et quae ibi diximus.

78 a 3 Ut syllogismus fieret in prima figura, quem Caeneus male facit in secunda, terminus maior esse deberet *ἡ πολλαπλάσιος ἀναλογία*, medius *ἡ ταχίστη ἀναλογία*, minor *τὸ πῦρ*. Quamquam autem interdum (scilicet si termini inter se convertantur) vera exit conclusio affirmans in secunda figura, tamen syllogismus non bene habet, quia conclusio non semper et necessario vera est: quare quum ipsa concludendi ratio in

his nihil conficiat quod necessario verum sit, non manifestum est (*οὐχ ὁρᾶται* vs. 6) ex ipso syllogismo, num in secunda figura colligere liceat quod cogimus an non liceat.

78 a 5 Quum interdum non fiat verus syllogismus ex iis quae syllogismi speciem habeant, difficilius est ad diiudicandum ex quibus propositionibus coactum sit quod syllogismus confecit (*τὸ ἀναλύειν*), quoniam quod verum est et e veris et e falsis propositionibus (v. Anal. pr. II. c. 2—4) colligi potest. Quod longe facilius esset, si quod verum esset non cogeretur nisi ex propositionibus veris: nam si esset *A* (significantur autem termino *A* propositiones, unde colligitur, termino *B* conclusio), sequeretur *B*, et si colligeretur *B*, hoc ex *A* conclusum esse necesse esset.

78 a 14 Demonstratio non amplificatur novis terminis mediis interiectis, sed ut progrediatur, novi qui adiiciuntur termini non interponi debent reliquis, sed apponi et extrinsecus assumi, ita ut non medium locum occupent, sed locos *τῶν ἄκρων*.

Cap. 13. *Ut et conclusionem veram esse* (*τὸ ὅτι*) *et quam ob causam vera sit* (*τὸ διότι*) *intelligatur, necesse est, ut et propositiones ex quibus demonstretur ipsae demonstrari nequeant et terminus medius ipsam causam proximam coniunctionis quae inter maiorem et minorem intercedat, exprimat: quod non fit* (28) *ubi vel ex effectu probatur* (b 13) *vel terminus medius externam tantum maioris cum minore quandam coniunctionem efficit.* 32 *Si res ipsa et causa rei ad diversas doctrinas pertinent, causam investigare doctrinae difficilioris est et accuratioris, cuius exemplar est mathematica.*

78 a 24 Si quod demonstratur ita demonstratur ut id ex quo colligatur non amplius probari possit per aliud, sed primam et proximam eius rei causam exprimat quae demonstretur, non solum verum esse quod probatum sit, sed etiam quam ob causam verum sit intelligitur. Sin autem accidit, ut probari quidem aliunde nequeat id per quod demonstratum sit, quamquam veram rei causam non exprimat, intelligitur quidem *τὸ ὅτι*, non intelligitur *τὸ διότι*. Namque si terminum *A* de termino *C* praedicari demonstratur medio *B* interposito et si *B* non causam exprimit ob quam *A* de *C* praedicetur, sed potius *A* causam significet ob quam *B* de *C* praedicari debeat,

ita tamen, ut effectus *B* e nulla alia causa provenire possit nisi ex causa *A*, h. e. ita ut non solum ex causa qualis effectus esse debeat, sed etiam ex effectu qualis causa sit colligere liceat — hoc est enim quod Aristoteles dicit *ἀντιστρέφειν* vs. 27 et *ἀντικατηγορεῖσθαι* vs. 28 — bene quidem procedit demonstratio, quamquam conclusio, quippe quae ex effectu, non ex causa probata sit, quam ob causam vera sit minime intelligitur, h. e. fit *συλλογισμὸς τοῦ ὅτι, οὐ τοῦ διότι*. Quae quidem demonstrandi ratio, quamquam a vera scientia aliena esse debet (nam non ex effectu, quem vs. 29 appellat *τὸ μὴ αἴτιον* et b 12 *τὸ ἀναίτιον*, causam, sed ex causa effectum vera demonstratio derivare debet, ut eadem via progrediatur qua procedendum esse ipsa rerum natura docet), tamen haud raro adhibetur, quoniam effectus a quo incipit facilius intelligitur (*γνωριμώτερόν ἐστι πρὸς ἡμᾶς* vs. 28) quam causa. — Cur planetae non splendeant exponitur de coel. 290 a 17 *ἡ γὰρ ὄψις ἀποτεινομένη μακρὰν ἐλίσσεται διὰ τὴν ἀσθένειαν. ὅπερ αἴτιον ἴσως καὶ τοῦ στίλβειν φαίνεσθαι τοὺς ἀστέρας τοὺς ἐνδεδεμένους, τοὺς δὲ πλανῆτας μὴ στίλβειν· οἱ μὲν γὰρ πλανῆτες ἐγγύς εἰσιν, ὥστ' ἐγκρατὴς οὖσα πρὸς αὐτοὺς ἀφικνεῖται ἡ ὄψις· πρὸς δὲ τοὺς μένοντας πραδαίνεται διὰ τὸ μῆκος, ἀποτεινομένη πόῤῥω λίαν*.

78 b 2 Omnes codd. excepto *n* quinuscum convenit quod vet. intp. Goth. praebet post *τὸ A* habent *καὶ τὸ A τῷ B τὸ μὴ στίλβειν*, quae Bkkus cum edd. prr. ita transposuit, ut ante *ὥστε* collocaverit; quod quomodo defendi possit non video. Nos, quum quae codices exhibeant non sana esse appareat, aliquid delendum quam singula verba transponenda esse facilius nobis persuadentes, verborum ordine qualem codices praebent servato omisimus verba *καὶ τὸ A τῷ B* quae in codd. leguntur post *τὸ A*: nam *τὸ A* per scribentis negligentiam repetitum in causa videtur fuisse, ut adiectum sit *τῷ B* et particula *καί* quam cod. *p* omisit. Etiam Boethii versionem pravam lectionem exhibere patet: videtur enim legisse *διαφέρει δὴ καὶ τὸ B τῷ Γ τὸ μὴ στίλβειν, ὥστε καὶ τῷ Γ*.

78 b 11 *ἐφ' ὧν δὲ τὰ μέσα* ... In quibus vero syllogismis terminus medius non exprimit unam causam proximam ob quam maior de minore praedicetur, ex iis, quum non converti possit terminus medius cum maiore, verum quidem esse quod colligatur, si ex effectu, ut qui nobis sit notior, causa de-

monstretur, intelligemus, quamquam causa ob quam verum sit nos lateat.

78 b 13 ἔτι ἐφ' ὧν τὸ μέσον ἔξω τίθεται. Denique syllogismum et verum esse et quam ob causam verus sit non simul intelligitur ex iis, in quibus terminus medius extrinsecus assumitur, h. e. quorum terminus medius nihil est nisi vinculum quoddam externum, quo terminus maior cum minore copuletur — non de secunda et tertia syllogismorum figura hic sermonem esse ut evinceret, frustra laboravit Philoponus: nam quae habentur vs. 32 κατὰ τὴν τῶν μέσων θέσιν de secunda et tertia figura haec accipienda esse aperte docent, cum quibus praeterea cf. quae leguntur cap. 14 — docet enim in his terminus medius (ἡ τοιαύτη αἰτία vs. 23) coniunctum quidem cogitandum esse maiorem cum minore (logice coniunctum esse, quod dicunt), quamquam quae ratio in rerum natura (physice vel metaphysice) inter eos obtineat minime patefacit. Quare addit Aristoteles vs. 28 eodem fere modo rem se habere in iis quae dicantur καθ' ὑπερβολήν, h. e. in iis quae ex causa longius remota et nimis quaesita tanquam ex causa propria et proxima probentur. Biese I. p. 273. not. 1 cum hoc loco conferri iubet Diog. Laert. I, 103 ibique Menag. p. 60.

78 b 32 Quid quaeque res sit et quae sit eius causa aut eadem disciplina investigat aut diversae, quarum altera (ἡ τοῦ ὅτι) minus exacta subiecta est alteri (τῇ τοῦ διότι), quae ab experientia per sensus comparata remotior in ratione sola posita est. Unde facile intelligitur, quod aliis locis (v. cap. 23) non in omni disciplina eandem quaerendam esse subtilitatem Aristoteles ostendit: v. Ritter Gesch. der Phil. III. p. 69 coll. p. 45. not. 2. 1328 a 20 οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν ἀκρίβειαν δεῖ ζητεῖν διά τε τῶν λόγων καὶ τῶν γιγνομένων διὰ τῆς αἰσθήσεως. 995 a 15 τὴν δ' ἀκριβολογίαν τὴν μαθηματικὴν οὐκ ἐν ἅπασιν ἀπαιτητέον, ἀλλ' ἐν τοῖς μὴ ἔχουσιν ὕλην. διόπερ οὐ φυσικὸς ὁ τρόπος· ἅπασα γὰρ ἴσως ἡ φύσις ἔχει ὕλην. 1078 a 10 ὅσῳ δὴ ἂν (εἴη ἐπιστήμη) περὶ προτέρων τῷ λόγῳ καὶ ἁπλουστέρων, τοσούτῳ μᾶλλον ἔχει τἀκριβές· τοῦτο δὲ τὸ ἁπλοῦν ἐστίν. ὥστε ἄνευ τε μεγέθους μᾶλλον ἢ μετὰ μεγέθους, καὶ μάλιστα ἄνευ κινήσεως. ἐὰν δὲ κίνησιν, μάλιστα τὴν πρώτην· ἁπλουστάτη γάρ, καὶ ταύτης ἡ ὁμαλή. 982 a 26 ἀκριβέσταται δὲ τῶν ἐπιστημῶν αἱ μάλιστα τῶν πρώτων εἰ-

σιν· αἱ γὰρ ἐξ ἐλαττόνων ἀκριβέστεραι τῶν ἐκ προσθέσεως λαμβανομένων (de quo v. quae dicemus ad 81 b 3), οἷον ἀριθμητικὴ γεωμετρίας. 1094 b 24 πεπαιδευμένου γάρ ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον τἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαστον γένος, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται· παραπλήσιον γὰρ φαίνεται μαθηματικοῦ τε πιθανολογοῦντος ἀποδέχεσθαι καὶ ῥητορικὸν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν. Ib. 13 τὸ γὰρ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον, ὥσπερ οὐδ' ἐν τοῖς δημιουργουμένοις. 1104 a 1 ἐκεῖνο δὲ προδιομολογείσθω, ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι, ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν ὅτι κατὰ τὴν ὕλην οἱ λόγοι ἀπαιτητέοι· τὰ δ' ἐν ταῖς πράξεσι καὶ τὰ συμφέροντα οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει, ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινά. τοιούτου δ' ὄντος τοῦ καθόλου λόγου, ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος οὐκ ἔχει τἀκριβές.

78 b 35 τοιοῦτο, h. e. ἐν οἷς τὸ διότι καὶ τὸ ὅτι δι' ἄλλης ἐπιστήμης θεωρεῖται ἑκάτερον. — Vs. 39 συνώνυμοί εἰσιν: nam synonyma dicuntur quorum alterum alteri subiectum est ut generi species: v. quae diximus ad 1 a 6.

79 a 3 οὗτοι γὰρ... Quomodo fieri possit, ut eum qui scientiam universalem (*τὴν τῶν αἰτίων ἀπόδειξιν*) habeat, singula quaedam quae universali scientiae subiecta sint fugiant, docuit Anal. pr. II. c. 21, 67 a 9 — b 11. Namque quamquam singula non cognoscuntur nisi quatenus universali quadam scientia, quae ad illa transfertur, comprehenduntur (*κέχρηται τοῖς εἴδεσιν* vs. 7), tamen (*ἕτερόν τι ὄντα τὴν οὐσίαν*) *ἡ οὐσία* eorum non est universalis, sed singulare quiddam quod sub sensus cadit: scientia enim accurata et exacta (*τὰ μαθήματα*) speciem rerum universalem (*τὰ εἴδη*) mente sola cognoscit, materiam vero (*τὸ ὑποκείμενον*), quae sub hanc speciem cadat eamque induat, aut ipsa plane ignorat aut non cognoscit quatenus talis (certa quaedam materia, *τόδε τι*) est et sensibus subiecta, sed non cognoscit nisi quatenus speciem universalem refert et, ut ita dicam, in se suscepit. Brandis (Variet. lect. Arist. Abhh. der Berl. Akad. 1832) legi vult *ἀλλ' οὐχ ἡ γεωμετρικὰ καθ' ὑπ.*, quod Boethius habuit. At quum etiam nostra lectio bonum sensum praebeat, ne quid codicum auctoritati detrahere videremur, eam servavimus, praesertim quum alteram ex praecedente voce *γεωμετρικὰ* ortam esse haud sit veri dissimile.

79a10 Eandem rationem alia doctrina (physicam dicit) ad opticam habet, quam optica ad geometriam: retinae enim quae sit natura, physicus docet, causas ob quas talis sit, qualis est, ut oculum videntem faciat, opticus explorat, aut quatenus opticus est aut quatenus universalem eamque subtiliorem artis suae cognitionem sibi comparare eamque a primo fonte, unde fluat, derivare studet (*κατὰ τὸ μάθημα*). — Articulum ante *κατὰ*, quem omnes codd. praebent et Philoponus habet (schol. 221b3), servavimus. Eundem etiam editionum prr. nonnullae retinuerunt.

Cap. 14. *Accurata doctrina prima potissimum figura utitur.*

79a24 Quum quaeritur, quid aliqua res sit, quod respondetur, quum rei naturam exprimere debeat, neque negante propositione neque particulari exprimi potest: quare neque in secunda neque in tertia figura cogi potest. Cf. 90b3 sqq., ib. c. 4.

79a29 Quaecunque probantur per primam figuram demonstrari possunt, secunda vero et tertia, ut propositiones, ex quibus ipsae cogant, veras esse demonstrent (quod fieri debet ubicunque propositiones syllogismi demonstrationem admittunt), novis terminis mediis interpositis — quam quidem interpositionem Aristoteles significat verbis *καταπυκνοῦσθαι* et *αὔξεσθαι* — figuram primam non adhibere non possunt: illae igitur hac indigent, dum haec sine illis esse possit.

Cap. 15. *Sunt etiam propositiones negantes quae demonstrationem non admittunt.*

79a37 Demonstrationem admittit propositio negans *AB*, sive de termino *A* — sicut totum de parte quae illo continetur, v. 24b27 — praedicatur aliquid (*C*), quod non praedicatur de *B* (vs. 38—b1), sive de termino *B* praedicatur aliquid (*D*), quod non praedicatur de *A* (b1—4. Vs. 3 cur Brandisius [Variet. lect. Arist.] scribendum putaverit *τῷ δὲ A οὐδενὶ τὸ Δ*, non intelligo), sive (b5) de termino *A* aliud praedicatur, aliud de *B*. Ultimum quum non statim manifestum sit, quomodo probetur breviter exponamus. Namque si *E* de *A* et *F* de *B* praedicatur (ita ut utrumque sit *ἐν ὅλῳ τινί*), demonstrabitur propositio negans *AB*, si *F* non praedicatur de *E*: etenim *F* non praedicetur de *E*, *E* vero de *A*, *F* igi-

tur non praedicatur de *A*: quae quidem conclusio si coniungitur cum propositione „*F* praedicatur de *B*", consequitur *A* non praedicari de *B*: quod quum per syllogismum coactum sit, non *ἀτόμως* non praedicatur *A* de *B*.

79 b 6 Quod sumsit a 38 sq. et b 2 sq., iam fieri posse demonstrat: namque docet fieri posse, ut, si *A* de *B* non praedicetur, de *A* praedicetur aliud quod de *B* non praedicetur et vice versa. Namque si ponimus terminos *ΔΓΔ* ita comparatos esse, ut nihil commune habeant cum terminis *BEZ*, terminum *A* vero contineri termino *Θ*, etiam terminum *B* eodem genere contineri non posse patet. Item si *B* insit in genere *H*, terminum *A* in eodem inesse non posse apparet. — De iis quae dicantur *σύστοιχα* v. quae habet Biese I. p. 210. not. 3 et quae ipsi diximus ad 16 b 1. Elementa dicuntur *σύστοιχα*, quasi *συστοιχεῖα*: natura enim eorum, quatenus elementa sunt, ex quibus omnia constant, eadem est. 315 a 25 *λέγω δὲ πῦρ καὶ γῆν καὶ τὰ σύστοιχα τούτων*. De coel. 302 a 29 *ὁ μὲν γὰρ πῦρ καὶ γῆν καὶ τὰ σύστοιχα τούτοις στοιχεῖά φησιν εἶναι τῶν σωμάτων*. Dicuntur igitur *σύστοιχα* quae sunt *κατὰ στοῖχον* (324 b 31), h. e. quae natura eundem ordinem tenent (res vel notiones coordinatae quae dicuntur): quare *συστοιχία* 986 a 23 idem fere est quod *συνδυασμός*: dicit enim: *ἕτεροι δὲ τῶν αὐτῶν τούτων τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας, πέρας καὶ ἄπειρον, περιττὸν καὶ ἄρτιον* . . . Quod hic *συστοιχίαν* appellat, id aliis locis *ἀντιστοιχίαν* vocat: 894 a 19 *ἀντιστοιχία τῶν ποδῶν*, 708 b 8 et 13 *ἀντίστοιχοι πόδες* sunt pedes, quorum bini ex adverso stantes simul moventur. Explicari inde poterit, quas dicat 707 a 11 *τὰς ἀντιστοίχους* et *τὰς συστοίχους τῶν κινήσεων ἀρχάς*: namque *αἱ ἀντίστοιχοι ἀρχαὶ* erunt *τὸ ἔμπροσθεν* et *τὸ ὄπισθεν*, *τὸ δεξιὸν* et *τὸ ἀριστερόν*, *τὸ ἄνω* et *τὸ κάτω*, *αἱ σύστοιχοι* vero (collatis iis quae paullo infra dicemus de iis quae leguntur 448 a 16) *τὸ ἔμπροσθεν*, *τὸ δεξιὸν* et *τὸ ἄνω*, deinde *τὸ ὄπισθεν*, *τὸ ἀριστερὸν* et *τὸ κάτω*. Deinde dicuntur *σύστοιχα* quaecunque eodem genere continentur, sive eundem in hoc genere ordinem tenent, sive alterum alteri subiectum est (cf. quae diximus ad 66 b 19) — *τὰ ἐν τῇ αὐτῇ κατηγορίᾳ*: quare dicit 1055 a 1 *τὰ μὲν (τῶν ἐναντίων) τὸ γένος ἕτερα, τὰ δ' ἐν τῇ αὐτῇ συστοιχίᾳ τῆς κατηγορίας, ὥστ' ἐν ταὐτῷ γένει καὶ ταὐτὰ τῷ εἴδει*. 1096 b 6 *πιθανώτερον δ'*

ἐοίκασιν οἱ Πυθαγόρειοι λέγειν περὶ αὐτοῦ, τιθέντες ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συστοιχίᾳ τὸ ἕν, h. e. τὸ ἓν eodem genere contineri putant, quo τὸ ἀγαθόν. Sic 189 a 1 philosophos, quorum alii calidum et frigidum, alii humidum et siccum, alii amorem et odium generationis principia faciant, dicit ταὐτὰ λέγειν πως καὶ ἕτερα ἀλλήλων, ἕτερα μὲν ὥσπερ καὶ δοκεῖ τοῖς πλείστοις, ταὐτὰ δὲ ἢ ἀνάλογον· λαμβάνουσι γὰρ ἐκ τῆς αὐτῆς συστοιχίας, h. e. in re universa consentiunt, in singulis discrepant: nam contraria generationis principia esse omnes volunt: συστοιχίαν enim quam hic intelligit Aristoteles est τὸ ἐναντίον εἶναι, ἡ ἐναντίωσις. Eundem fere sensum habet συστοιχία 319 a 15 ὅσα οὖν μὴ οὐσίαν σημαίνει, οὐ λέγεται ἁπλῶς ἀλλὰ τὶ γίνεσθαι. οὐ μὴν ἀλλ' ὁμοίως ἐν πᾶσι γένεσις μὲν κατὰ τὰ ἐν τῇ ἑτέρᾳ συστοιχίᾳ λέγεται, οἷον ἐν μὲν οὐσίᾳ ἐὰν πῦρ ἀλλ' οὐκ ἐὰν γῆ, ἐν δὲ τῷ ποιῷ ἐὰν ἐπιστῆμον ἀλλ' οὐχ ὅταν ἀνεπιστῆμον. In his τὰ ἐν τῇ ἑτέρᾳ συστοιχίᾳ sunt τὰ καταφάσει δηλούμενα, quibus opponitur altera συστοιχία quae complectitur τὰ φθειρόμενα s. τὰ ἀποφάσει δηλούμενα: altera συστοιχία generationem et compositionem, altera interitum et dissolutionem continet. Sic 1004 b 27 τῶν ἐναντίων ἡ ἑτέρα συστοιχία στέρησις, καὶ πάντα ἀνάγεται εἰς τὸ ὂν καὶ τὸ μὴ ὄν, ubi quae per particulam καί adiecta sunt ea explicant quae praecesserunt. Item res se habet 1072 a 31: namque distinxit in iis quae antecesserunt τὸ κινούμενον et τὸ κινοῦν, quibus addit vs. 26 τὸ ὀρεκτὸν καὶ τὸ νοητὸν κινεῖ οὐ κινούμενα. Deinde pergit: νοῦς δὲ ὑπὸ τοῦ νοητοῦ κινεῖται, νοητὴ δὲ ἡ ἑτέρα συστοιχία καθ' αὑτήν, h. e. τῇ ἑτέρᾳ συστοιχίᾳ (τὸ κινοῦν dicit: nam altera συστοιχία complectitur τὸ κινούμενον, quod illi opposuit), αὐτῇ καθ' αὑτὴν ὑπάρχει τὸ νοητὴν αὐτὴν εἶναι. Cf. Ritter Gesch. der Phil. III. p. 188. not. 2. et Biese II. p. 257. Quae quum ita sint, mirum esse non potest, quod, ubi significatio vocis συστοιχία minus prematur, etiam ea quae diversorum sensuum ἐνέργειαν ἀνάλογον efficiant, h. e. quibus diversi sensus afficiuntur ἀνάλογον, dicantur σύστοιχα: 448 a 16 λέγω δ' οἷον τὸ γλυκὺ καὶ τὸ λευκὸν καλῶ σύστοιχα, γένει δ' ἕτερα, cf. ib. vs. 14 συστοίχως λεγόμενα et 447 b 30, ubi causam indicat, cur haec appellentur σύστοιχα: dicit enim: ὡς ἡ γεῦσις τὸ γλυκύ, οὕτως ἡ ὄψις τὸ λευκόν· ὡς δ' αὕτη τὸ μέλαν (intell. κρίνει), οὕτως ἐκείνη τὸ πικρόν. In his iam non dicuntur σύστοιχα

quorum idem genus est, attamen ea in quibus utrisque mansit aliquid quod alteri cum altero commune sit, quamquam non nisi κατ' ἀναλογίαν, et hoc ipsum est id, propter quod appellantur σύστοιχα. — His expositis revertamur ad id, unde degressi sumus. Iam enim patet quae συστοιχίαι dici possint ἀλλήλαις ἐναλλάττειν, eae scilicet, quae ita comparatae sint, ut quod altera contineatur ab altera non prorsus alienum esse possit, sed aliquid certe inter se commune habeant.

79 b 12 ἐὰν δὲ μηδέτερον... Quum igitur, neque si terminus *A*, neque si terminus *B* solus in genere aliquo, quod de eo praedicetur, contineatur, neque si uterque in genere aliquo insit, *A* de *B* ἀτόμως negari possit, relinquitur, ut alter de altero ἀτόμως negetur, si neuter in genere aliquo insit: quare ἀμέσως non negatur alterum de altero, nisi ambo sint summa genera, ut neutrum alio genere contineatur. Nam si cogitur propositio negans *AB*, aut cogitur per secundum syllogismum figurae primae, in quo terminus minor (*B*) in genere aliquo inesse debet, aut (nam τὴν πρὸς τοῦτο πρότασιν vs. 17 propositionem minorem dicit) per duos primos figurae secundae syllogismos, ut aut *B* terminus minor (quod fit in primo), aut *A* maior (quod fit in secundo huius figurae syllogismo) in alio inesse debeat ut pars in toto.

79 b 20 ἀμφοτέρων δ'... Adhuc de secunda figura loquitur, in qua quum non fiat syllogismus e binis propositionibus negantibus, h. e. si terminorum *AB* ea sit ratio, ut idem de utroque negetur, apparet propositionem negantem *AB* cogi non posse, si neuter terminus genere aliquo contineatur: nam si neuter in genere aliquo inest, quum de neutro quidquam affirmetur, idem de utroque praedicari vel de altero affirmari, de altero negari numquam poterit, sed negari utique debebit de utroque: unde apparet verum esse quod dixit vs. 12 sqq. — Vs. 17 et 21 restituimus quod meliores codd. praebent. γενέσθαι vs. 17 et Boethius et Pacii mss. habent, vs. 21 autem edd. Ekko priores veram lectionem exhibuerunt.

Cap. 16. *Si propositio negans* AB *demonstrationem non admittit, syllogismi falsi, qui* A *de* B *praedicari cogit, aut utraque propositio falsa est* (40) *aut minor.* 80 a 6 *Si propositio affirmans* AB *non admittit demonstrationem, syllogismi falsi, per quem in prima figura* A *de* B *non praedicari cogitur, aut utraque*

propositio falsa est aut altera utra, 27 *in secunda figura vero aut utraque falsa ex parte* (33) *aut altera utra contraria vero.*

79b23 ἀγνοεῖ κατ' ἀπόφασιν qui rem aliquam prorsus ignorat, ἀγνοεῖ κατὰ διάθεσιν qui de ea fallitur. Idem discrimen est quod tetigit 77b25: alter enim dicitur ἀγνοεῖν τῷ ὅλως μὴ ἔχειν ἐπιστήμην, alter vero τῷ φαύλως ἔχειν s. τῷ φαύλην διάθεσιν ἔχειν.

79b25 αὕτη δ' ἐν μὲν... Orationem esse anacoluthon recte observavit Philoponus (schol. 222b13). Namque Aristoteles, postquam τὴν κατὰ διάθεσιν ἄγνοιαν per syllogismum fieri dixit, — bene enim perspectum habebat in doctrina Analytica, quippe quae esset de demonstratione, nonnisi de ea deceptione agendum esse, quae fieret per syllogismum — ipse se corrigens addit fieri quidem posse, ut ἡ κ. διάθ. ἄγνοια in iis quae demonstrationem non admittant etiam sine syllogismo fiat, sed hanc iam ab hoc loco alienam esse; in hac enim simpliciter (sine ratiocinatione) aliquid falsi pro vero sumi (ἁπλῇ ἡ ἀπάτη vs. 28). Iam vero quum per falsum syllogismum demonstravimus quod repugnat propositioni verae quae demonstrationem omnino non admittit, pluribus modis decepti esse possumus. Ac primum quidem decipimur, si propositio negans *AB* demonstrationem non admittit, nos vero propositionem affirmantem *AB* aliunde colligimus, quod fit, quum *A* de omni *C*, *C* de omni *B* praedicari ponimus: cuius quidem syllogismi utraque propositio falsa esse potest: nam si utraque falsa est, verae erunt propositiones „*A* de nullo *C*" et „*C* de nullo *B*", quae stare possunt cum eo quod ab initio sumsimus, terminum *A* ἀτόμως negari de *B*. Etenim ut ἀτόμως negetur *A* de *B*, neque *A* neque *B* in alio inesse poterunt ut partes in toto (v. supra vs. 12), quod minime contradicunt propositiones „*A* de nullo *C*, *C* de nullo *B*". Deinde (vs. 40) fieri etiam potest, ut propositio maior falsi syllogismi quem fecimus (*A* de omni *C*, *C* de omni *B*, ergo *A* de omni *B*) vera sit: nihil enim impedit quin neque *A* neque *B* alio genere contineantur, simul vero *A* de omni *C* recte praedicetur, dummodo *C* de *B* praedicari non verum sit: nam propositio minor vera esse non potest, quia, si neque *A* neque *B* in alio genere insunt (h. e. si propositio negans *AB* demonstrationem non admittit), propositio quae *C* de *B* prae-

dicari dicit non falsa esse non poterit: si enim vera esset, terminus *B* generi *C* subiectus esset.

80 a 3 *ὑπάρχει* recte Alex. de praedicato universo intellexit, sive affirmatur sive negatur: affirmatur enim *A* de *C*, negatur de *B* (79 b 29 sq.). Similem Aristotelis in negatione omittenda negligentiam notavimus ad 25 a 37 p. 378, 27 b 27, 63 b 33. Eundem sensum habet verbum *κατηγορῆται* quod sequitur. Dicit enim hoc. Si neque propositio affirmans *AC* neque propositio negans *AB* demonstrationem admittit, propositio *CB* negans esse debebit (*οὐδέτερον οὐδετέρῳ ἕσται*). Veruntamen non refert utrum illae propositiones demonstrari possint an non: nam etiam si possint, propositio *CB* negans non esse non poterit: unde apparet (hoc autem reticuit Aristoteles, quippe quod manifestum sit) propositionem *CB*, si *AC* vera sumta sit et affirmans, falsam utique sumi debere (affirmantem sc.), ut fiat deceptio, qua propositionem *AB* affirmantem esse per syllogismum demonstravisse putemus: nam si vera sumitur *CB* et negans, deceptio, qua propositionem *AB* affirmantem esse opinemur, accidere non potest propterea, quod ex affirmante *AC* et negante *CB* efficeretur conclusio negans *AB*. — Lectionem difficiliorem *πρῶτον* quam vet. intp. Goth. et nonnullae edd. Pacio priores servant ex optt. codd. restituimus, de quo cf. quae diximus ad 66 b 20. Versum 5 quem Boethius, vet. intp. et Philop. habuerunt, quamquam in optt. libris non legitur, eiicere non ausi sumus. Quod cur non fecerimus, ex iis patebit quae supra diximus.

80 a 6 In iis quae praecesserunt falsa conclusio erat affirmans. Iam ponamus propositionem affirmantem *AB* veram esse et demonstrationem non admittere. Si igitur in prima figura fit conclusio negans *AB*, coacta erit ex propositionibus „*A* de omni *C* negatur, *C* de omni *B* affirmatur", quae ambae falsae non esse non possunt: sunt enim falsae, si *A* non solum de *B* (quod ab initio sumsimus), sed etiam de *C* *ἀτόμως* affirmatur — nam *C* de omni *B* praedicari non poterit, si propositio quae *A* de omni *B* praedicari dicit, vera est, sed demonstrationem non admittit, ita ut *B* in nullo alio genere inesse possit nisi in genere *A* — h. e. si *B* et *C* in eodem genere *A* duae species sunt eiusdem ordinis (*ἀντιδιῃρημένα*). Potest etiam altera utra falsa esse. Namque primum vera sit propositio negans *AC*, ab initio autem sumsimus *A* de *B* *ἀτόμως*

praedicari, unde apparet propositionem minorem, *CB*, quae in secundo syllogismo figurae primae affirmans esse debet, ut colligatur quod velimus „*A* non praedicari de *B*", falsam non esse non posse: nam *C*, de quo omni negatur *A*, de *B* praedicari non potest (vs. 18). Etenim si *C* de *B* recte praedicaretur, quum *A* de *B* ἀτόμως praedicetur, propositio negans *AC* vera esse non posset. Accedit, quod, si et propositio negans *AC* et affirmans *CB* verae essent, etiam conclusio negans *AB* vera esse deberet (quod repugnaret ei quod ab initio sumsimus). Consequitur igitur propositionem affirmantem *CB* falsam esse, si vera sit negans *AC*. — Quod dedit Bkk. vs. 18 ὑπάρχει pro ὑπάρχειν mendum putarem, nisi idem etiam in ed. minore legeretur. In nostra lectione codd. intpp. et edd. priores consentiunt. — Deinde (vs. 21) si *A* ἀτόμως praedicatur de *B*, etiam decipimur, si conclusionem negantem facimus *AB* ex propositione falsa *AC* eaque negante et vera *CB* eaque affirmante, quod fieri posse apparet, si *B* insit in genere *A* (idque ἀτόμως, ut ab initio sumsimus) et *A* in genere *C*: nam propositio maior, qua *A* de omni *C* negatur, quum de aliquo non negari debeat, siquidem *A* insit in genere *C*, falsa erit. Male hunc locum intellexit Philoponus (schol. 223 b 10 sqq.).

80 a 27 Si *A* de omni *B* ἀτόμως praedicatur, in secunda figura, ut colligatur *A* de nullo *B* praedicari, non ambae propositiones ita sumi possunt, ut vere contrariae sint (ὅλαι ψευδεῖς, cf. quae diximus ad 54 b 20 et ad 54 a 1): nam si *A* de omni *B* et *C* de omni *A* praedicatur, consequitur *C* de omni *B*; sin autem *A* de omni *B* et *C* de omni *B*, erit *A* de aliquo *C*. Non poterit igitur, si *A* de omni *B* praedicetur, quod verum esse ab initio sumsimus, tertium aliquid (*C*) de altero omni affirmari et de altero omni negari, quod postulat secunda figura. Iam si nihilominus tamen sumantur propositiones *CA* et *CB* (vs. 32), quales postulat secunda figura, altera de omni affirmabit, altera de omni negabit. At falsas eas esse et vero contrarias posuimus. Si igitur convertuntur in eas quae ipsis contrariae sunt, verae exibunt; at ne hoc quidem esse potest, quia eadem conclusio falsa proveniet, quum ex universali propositione affirmante facta sit universalis negans et vice versa. Non poterunt igitur ambae vero contrariae esse, ut conclusio falsa exeat.

80 a 33 Ex parte falsae erunt, si *CA* sumatur universalis et affirmans, *CB* vero universalis et negans vel (*ἀνάπαλιν τεθέντος τοῦ στερ.* vs. 37) *CA* universalis et negans, *CB* vero universalis et affirmans, quamquam et *CA* et *CB* particulares et affirmantes esse deberent, quod non adversari *τῷ τὸ A τῷ B ἀτόμως ὑπάρχειν* ex iis patet quae supra diximus.

80 a 38 Altera sola vero contraria (*ψευδὴς* enim et hic et in seqq. idem est quod *ὅλη ψευδής*) sumi poterit. Nam si *C* de omni *A*, etiam de omni *B* praedicabitur, quum ab initio sumserimus *A* de omni *B* praedicari *ἀτόμως*. Iam quum *CB* sumitur vero contraria, exit conclusio falsa *AB* universe negans. Deinde (b 2) si *C* de nullo *B*, etiam de nullo *A* praedicabitur: nam si praedicaretur de *A*, etiam de *B* praedicaretur: negatur autem de *B*, quare negabitur etiam de *A*. (Haec argumentatio facile intelligitur, si pro termino *A* genus, pro termino *B* aliquam speciem substituimus: verum eius fundamentum in eo est quod habuimus 53 b 12.) Quare si sumitur propositio vera „*C* de nullo *B*" et falsa „*C* de omni *A*", propositio falsa erit vero contraria. — Vs. 40 *ὑπάρχει* et codd. optimi et edd. priores habent omnes praeter Basil.

80 b 6 Quae de altero syllogismo figurae secundae dicuntur tam similia sunt iis quae praecesserunt, ut facile ex iis intelligantur.

Cap. 17. *De propositionibus affirmantibus quae demonstrationem admittunt decipimur et vero termino medio utentes, si propositionem maiorem falsam sumimus,* 26 *et falso, si vel maiorem* 32 *vel utramque* 40 *vel minorem solam falsas sumimus.* 81 a 5 *In secunda figura, si altera utra propositio falsa sumitur.* 15 *Eadem ratione de propositionibus negantibus decipimur.*

80 b 17 Delendum putarem *ἢ μὴ ὑπάρχουσιν*, nisi omissio scribentium negligentiam prodere videretur propter *ὑπάρχουσιν* quod praecessit. Etiam versio Boethi. ista verba retinet. — Fallitur Philop. in eo quod dicit (schol. 224 a 14) *παραδέδωκε δὲ πρότερον* ... Ipse enim se redarguit per ea quae legimus schol. 224 b 25 sqq.

89 b 21 De *ἀντιφάσει* v. quae diximus ad 17 a 33. Hoc loco *ἀντίφασις* est *τὸ ἀληθὲς τὸ κατ' ἀντίφασιν τῷ ψευδεῖ ἀντικείμενον.*

80 b 25 *οὐ γὰρ ἀντιστρέφεται.* Propositionem *CB* non con-

vertere licebit in contrariam (de quo sensu verbi ἀντιστρ. diximus ad 25 a 6), quia, si propositio negans *CB* quae est minor, cum propositione *AC* sive affirmante sive negante coniungitur in prima figura, nihil omnino colligitur. Quare si per syllogismum primae figurae decipimur, falsa utique erit propositio maior, minor non erit.

80 b 26 Si terminus medius sumitur is, per quem recte demonstratur *AB*, qui syllogismo facto decipitur, propositionem maiorem falsam posuit; si alius terminus medius sumitur, deceptio pluribus modis fieri potest. Ac primum quidem, si maior falsa est, eodem modo decipimur atque iam expositum est. Deinde (vs. 32) etiam utramque propositionem falsam sumere licet, si terminus medius ponatur, qui a vera demonstratione alienus sit. Namque veri syllogismi conclusio affirmans *AB* coacta erat per terminum medium *C*. Iam si *A* recte praedicatur de omni *D* et *D* de nullo *B*, sumta falsa utraque propositione (*A* de nullo *D*, *D* de omni *B*) exit falsa conclusio *A* de nullo *B*. Nam altera propositione sola in contrariam conversa aut nihil omnino cogitur (intell. conversa maiore) aut (minore conversa) nihil falsi colligitur. Denique (vs. 40) si sumitur terminus medius *D*, qui a vera demonstratione alienus esse debeat, etiam propositio minor sola falsa esse potest, ut conclusio falsa exeat. Nam si et *A* recte negatur de omni *D* et *D* de omni *B*, quum sumimus *A* de nullo *D*, *D* de omni *B*, quod colligitur ex propositione maiore vera et minore falsa, falsum est. — Vs. 4 Brandis. (Variet. lect. Aristot.) scribi vult ψευδής, quod, quum emendatio et facilis esset et sensui conveniens, libenter recepissem, nisi obstaret codicum auctoritas.

81 a 5 Si *A* de omni *B* praedicari recte cogitur termino medio *C* interiecto, in secunda figura colligi non potest *A* de nullo *B* praedicari, quia, ut hoc cogeretur, aut *D* de omni *A* et de nullo *B* aut de nullo *A* et de omni *B* praedicari deberet, quod, quum *A* de omni *B* praedicetur, fieri nequit. Causam exposuit 80 a 27 sqq.

81 a 9 Sin autem altera utra propositio falsa sumitur, altera vera, *A* de nullo *B* praedicari in secunda figura cogi poterit. — Vs. 10 ex optt. codd. dedimus ὑπάρχοι, Bkk. cum edd. prr. ὑπάρχει.

81 a 15 Si *A* de nullo *B* praedicari recte demonstratur per ter-

minum medium *C*, propositionem minorem veram, maiorem falsam sumsit qui per eundem terminum medium *A* de omni *B* praedicari falso coegit. Eadem deceptio locum habet, si alio termino medio usus est. Causa est eadem quam exposuit 80b 17—32. Sin autem (vs. 24), ut faciamus falsam conclusionem „*A* de omni *B* praedicari", termino medio *D* utimur, qui a vera demonstratione alienus est, aut recte praedicatur *A* de *D* (vs. 25) aut non praedicatur (vs. 27). Iam si recte praedicatur *A* de *D*, ut prodeat falsa conclusio „*A* de omni *B*", falsa esse debebit propositio minor *DB* quae affirmat, quia etiam conclusio affirmat. Quae quidem deceptio locum habet, si *A* praedicatur de *D* et *B*, ita tamen, ut affirmetur de *D* et negetur de *B* (hanc enim vim esse τοῦ ὑπάρχειν (vs. 26), quam etiam habuimus 80a 3, bene animadvertit Philop. schol. 225a 8), *D* vero et *B* ita comparata sint, ut neutrum in neutro insit ut pars in toto. Sin autem (vs. 27) *A* recte negatur de *D*, propositio maior *AD*, ut falsa conclusio exeat eaque affirmans *AB*, non falsa sumi non poterit, minor *BD*, quae affirmans sumi debet, quia conclusio falsa fieri debet affirmans, et vera esse poterit et falsa. Nam cum vera conclusione negante *AB*, quam ab initio sumsimus, et negante propositione maiore *AD* stare poterit minor *DB* sive recte affirmans (cuius syllogismi exemplum habemus vs. 31) sive negans (vs. 32). — Vs. 29 dedimus quod ed. Sylb. et Casaub., Boethii versio et omnes codd. habent *ΔB* et ipsa res postulat: nam in propositione minore terminus medius *Δ* praedicatur de minore *B*: quare etiam invitis codd. plerisque eandem lectionem cum Boethio servavimus vs. 2, quamquam vs. 19 et Boethio et codd. invitis *AΓ* scribere non ausi sumus.

Cap. 18. *Propositiones universales, ex quibus comparatur scientia, inductione nituntur, quae fit ex iis quae sensibus percipiuntur.*

81a 38 Si sensus quidam deficeret, deficeret etiam inductio, quare etiam scientia quaedam deficeret: nam propositiones universales, quibus substructis scientia ut fundamento nititur, quamquam non demonstrantur, tamen firmantur, ut ita dicam, et stabiliuntur per inductionem. De inductione v. quae diximus ad 68b 15 et ad 71a 21.

81b 3 τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως λεγόμενα sunt eae notionis cuiusque

partes quae cogitatione separari et a reliquis seiunctae considerari possunt eo sensu quo habuimus verbum ἀφαιρεῖσθαι 74 a 37. De ἀφαιρέσει optime disseruit Trdlbg. de an. p. 478 sqq. Quae sint τὰ ἐν ἀφαιρέσει ὄντα, ut dicit e. g. 429 b 18, intelligimus ex contrario: opponuntur enim τὰ ἐκ προσθέσεως, de quibus v. Biese I. p. 274. not., 431. not. 3. De coel. 299 a 16 τὰ μὲν γὰρ ἐκ' ἐκείνων (τῶν μαθηματικῶν intell.) ἀδύνατα συμβαίνοντα καὶ τοῖς φυσικοῖς ἀκολουθήσει, τὰ δὲ τούτοις ἐκ' ἐκείνων οὐχ ἅπαντα διὰ τὸ τὰ μὲν ἐξ ἀφαιρέσεως λέγεσθαι τὰ μαθηματικά, τὰ δὲ φυσικὰ ἐκ προσθέσεως, h. e. διὰ τὸ τοῖς φυσικοῖς μὲν ὕλην προσεῖναι, τοῖς μαθηματικοῖς δὲ μή. Eundem sensum habet τὸ ἐκ προσθέσεως 982 a 27, quem locum adscripsimus ad 78 b 32, cf. 87 a 35. De rebus mathematicis copiosius dicit 1061 a 28 ὁ μαθηματικὸς περὶ τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως τὴν θεωρίαν ποιεῖται· περιελὼν γὰρ πάντα τὰ αἰσθητὰ θεωρεῖ, οἷον βάρος καὶ κουφότητα καὶ σκληρότητα καὶ τοὐναντίον, ἔτι δὲ καὶ θερμότητα καὶ ψυχρότητα καὶ τὰς ἄλλας τὰς αἰσθητὰς ἐναντιώσεις, μόνον δὲ καταλείπει τὸ ποσὸν καὶ συνεχές, τῶν μὲν ἐφ' ἓν τῶν δ' ἐπὶ δύο τῶν δ' ἐπὶ τρία, καὶ τὰ πάθη τὰ τούτων ᾗ ποσά ἐστι καὶ συνεχῆ, καὶ οὐ καθ' ἕτερόν τι θεωρεῖ, καὶ τῶν μὲν τὰς πρὸς ἄλληλα θέσεις σκοπεῖ καὶ τὰ ταύταις ὑπάρχοντα, τῶν δὲ τὰς συμμετρίας καὶ ἀσυμμετρίας, τῶν δὲ τοὺς λόγους, ἀλλ' ὅμως μίαν πάντων καὶ τὴν αὐτὴν τίθεμεν ἐπιστήμην τὴν γεωμετρικήν. Mathematica non χωριστὰ esse (de quo v. quae diximus ad 1 a 25) probat Met. *M.* c. 2 et 3, attamen cogitantur ὡς κεχωρισμένα, h. e. cogitatione separari debent et seiungi a materia: 431 b 12 τὰ δὲ ἐν ἀφαιρέσει λεγόμενα νοεῖ (ὁ νοῦς) ὥσπερ ἂν εἰ τὸ σιμόν, ᾗ μὲν σιμόν, οὐ κεχωρισμένως (causa in eo est quod habemus 1030 b 30 διὰ τὸ ἀδύνατον· εἶναι εἰπεῖν τὸ σιμὸν ἄνευ τοῦ πράγματος οὗ ἐστὶ πάθος καθ' αὑτό· ἔστι γὰρ τὸ σιμὸν κοιλότης ἐν ῥινί: unde apparet cur dicat 1031 a 4 τὸ δ' ἐκ προσθέσεως λέγω ἐν οἷς συμβαίνει δὶς τὸ αὐτὸ λέγειν, nam (1030 b 32) τὸ ῥῖνα σιμὴν εἰπεῖν ἢ οὐκ ἔστιν ἢ δὶς τὸ αὐτὸ ἔσται εἰρημένον, ῥὶς ῥὶς κοιλή), ᾗ δὲ κοῖλον, εἴ τις ἐνόει ἐνεργείᾳ, ἄνευ τῆς σαρκὸς ἂν ἐνόει ἐν ᾗ τὸ κοῖλον. οὕτω τὰ μαθηματικὰ οὐ κεχωρισμένα ὡς κεχωρισμένα νοεῖ, ὅταν νοῇ ἐκεῖνα. — Sententia nostri loci haec est. Universales propositiones omnes inductione comparantur, quum etiam in iis, quae a sensibus maxime aliena videntur et quae, ut

mathematica (τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως), cogitatione separantur a materia quacum coniuncta sunt, inductione probentur ea quae de genere (e. g. de linea vel de corpore mathematico), ad quod demonstratio pertineat, praedicentur καθ' αὑτά et cum eius natura coniuncta sint. Inductio autem iis nititur quae sensibus percipiuntur: nam res singulares sentiuntur, scientia vero rerum singularium non datur sine inductione, non datur inductio sine sensu.

Cap. 19. *Si propositiones ipsae* AB *et* BC, *ex quibus syllogismus factus est, demonstrari possunt, quaeritur num infinita esse possit terminorum series qui praedicentur de* C, *vel infinita terminorum series de quibus praedicetur* A, 82 a 2 *deinde num terminorum mediorum, qui interponendi sint inter* A *et* C, *numerus infinitus esse possit.* 9 *Eadem dubitatio locum habet in syllogismo negante,* 15 *locum non habet in iis propositionibus quarum termini converti possunt.*

81 b 18 τὸ κατὰ δόξαν et τὸ διαλεκτικῶς opponuntur τῇ ἀληθείᾳ, quod iam habuimus 46 a 9, de quo discrimine dicemus init. Topic.

81 b 21 Nostram lectionem et comprobant Boeth., vet. intp. Goth., Philop. (schol. 225 b 4—6) et edd. Bkko priores hoc solo discrimine, quod vet. intp. videtur legisse δοκεῖ δὲ μὴ εἶναι ἀναγκαῖον, δ..., reliqui vero δοκεῖ δὲ μὴ εἶναι, δ... Nos delendum putavimus εἶναι, quum facilius aliena manu addi quam eiici potuisse videatur: nam eiiciendi iusta causa cogitari vix potest. Lectio Bekkeri facilior, nostra difficilior est. Dicit enim hoc. Conclusio dialectica *AC* bene habet in syllogismo dialectico, si propositio *AB* terminum medium habere non videatur, quamquam revera habeat, ut, cui propositum sit non ut scientiae speciem sectetur, sed ut veram sibi comparet scientiam, ei non acquiescendum sit in propositione *AB*, sed ipsam demonstrare debeat.

81 b 25 κατὰ συμβεβηκός, de quo v. quae diximus ad 43 a 34.

81 b 27 ὁ μὲν γὰρ... h. e. ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος (διὰ τὸ χωριστόν τι εἶναι καὶ καθ' αὑτό) οὐχ ἕτερόν τι ὢν ἢ ἄνθρωπος λευκός ἐστιν, τὸ δὲ λευκὸν (cf. 73 b 6) διὰ τὸ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι (v. 1 a 24) ἕτερόν τι ὂν λευκόν ἐστιν, ὅτι συμβέβηκε τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι λευκῷ.

81 b 31 Exspectabas ut diceret καὶ οὐκ ἔστω... Indicativum

posuit, quia in mente adhuc habebat indicativum *ὑπάρχει* qui praecessit. Similem constructionis negligentiam, qua quae sequuntur conformata sunt ad ea quae proxime antecesserunt, habemus 216 b 25 *εἰ δὲ τοῦτο μὴ εἴη, ἢ ὅλως κίνησις οὐκ ἔσται ἢ κυμανεῖ τὸ ὅλον, ὥσπερ ἔφη Ξοῦθος, ἢ εἰς ἴσον μεταβάλλειν ὕδωρ καὶ ἀέρα.* 317 a 18 *ἀλλ' οὐχ ἡ ἁπλῆ καὶ τελεία γένεσις συγκρίσει καὶ διακρίσει ὥρισται, ὥς τινές φασιν, τὴν δ' ἐν τῷ συνεχεῖ μεταβολὴν ἀλλοίωσιν.* 667 b 30 *διὰ μὲν οὖν τὸ ἐν ἑνὶ εἶναι μορίῳ τὴν αἰσθητικὴν ἀρχὴν καὶ τὴν τῆς θερμότητος καὶ ἡ τοῦ αἵματος* (exspectabas *καὶ τὸ αἷμα*) *ἀπὸ μιᾶς ἐστὶν ἀρχῆς.*

81 b 32 *ἆρ' οὖν τοῦτο*, intell. *τὴν ἄνω ὁδόν* (cf. 82 a 23), h. e. *τὸ ἄλλο ἄλλου κατηγορεῖσθαι, ὥστε τὸ B τοῦ Γ, τὸ Z τοῦ B, τὸ E τοῦ Z καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον.* — Vs. 39 *ἀλλ' ἄλλο ἐκείνῳ.* Exspectabas *ἀλλ' ᾧ ἄλλο.* Eandem structurae negligentiam notavimus ad 25 b 35.

82 a 2 Tres sunt igitur quaestiones quas hic proponit, primum, num in propositionibus *AB BΓ* infinita sit series *τῶν ἑπομένων τῷ Γ*, ut, si a termino *Γ* incipias, pervenire non possis ad terminum *A*, deinde num infinita sit series eorum *οἷς ἕπεται τὸ A*, ut ei qui a termino *A* incipiat procedere non liceat usque ad terminum *Γ*, denique num spatium quod interiectum sit inter terminum *A* et *Γ* nonnisi infinito terminorum mediorum numero interposito expleri possit: debet enim expleri, ut proveniat conclusio. Apparet autem tertia quaestione contineri reliquas. Signis has quaestiones sic exprimere licet:

Γ... A (*ἄνω*), *A... Γ* (*κάτω*), *A...Γ.*

82 a 7 *εἰ αἱ ἀποδείξεις εἰς ἄπειρον ἔρχονται*: de qua re quid statuendum sit, vidimus cap. 3. — Vs. 8 *πρὸς ἄλληλα περαίνεσθαι* dicuntur quorum termini medii non infiniti sunt, ut sive uno sive pluribus terminis mediis interiectis maior cum minore continua ratiocinatione connectatur in conclusione. — Quae Albertus Magnus habet de vs. 10 corrupta esse apparet: dicit enim: „Unde quidam libri habent sic: Et si *A* non inest in *B*, nulli autem primo: aut erit aliquid infra, cui priori non inest, ut si est proprium *C*, quod in *B* est omni, et iterum hoc in alio etiam priori, ut si *C* est, quod est in omni *C*, et namque aut infinita sunt, quibus non inest prioribus aut statur?" Quibus addit: „Et haec littera melior est et est translatio Ioannis a Graeco facta, sicut translatio Boethii".

82 a 15 Si plures termini inter se convertuntur, eodem quisque iure praedicatur de reliquis, quo reliqui de ipso: quare in his neque alterum altero πρότερον est neque ὕστερον, sed et quatenus praedicantur et quatenus orationi subiiciuntur (ταύτῃ γε vs. 17, h. e. ἢ ἀντικατηγορεῖται) nullum eorum discrimen est, sive quae praedicantur infinita sunt sive et quae praedicantur et de quibus praedicantur, quamquam excipienda sunt quae recte (κατὰ φύσιν) et quae per abusum (παρὰ φύσιν) praedicantur: nam haec etiam si inter se convertantur, tamen non eodem iure praedicantur utraque, sed alterum πρότερον erit altero, alterum ὕστερον. — Vs. 16 dedimus quod et sensus aperte postulat et Boethii et intp. Goth. versio habet. Bkkus codicum auctoritate motus veram lectionem, quam ante eum omnes edd. exhibuerunt, non recepit.

Cap. 20. *Si est aliquid summum quod praedicatur et aliquid infimum, de quo, terminorum mediorum series infinita esse non potest.*

82 a 24 Si numerus terminorum mediorum, qui inter *A* et *Z* interiiciendi sunt, infinitus esset, neque ab *A* ad *Z* neque a *Z* ad *A* pro edere liceret, quod absurdum esset: sumsimus enim praedicari *A* de *Z*. Qua in re nihil refert, si quis terminos quarundam propositionum huius seriei ita cohaerere dicat, ut non detur novus terminus qui medius inter eos interponi possit, sicut *AB*, *BB′* et *B′B″* in serie *ABB′B″*... *Z*, quae ita comparata sit, ut *A* et *B″* non alios terminos medios habeant praeter *B* et *B′*, quamquam infinitus sit numerus eorum quibus coniungantur *B″* et *Z*. — Apparet inde quod dicat vs. 34 ἀφ' οὗ δὴ πρῶτον ἄπειρα, sicut in illa serie inde a termino *B″*, εἶτ' εὐθὺς (sive iam inde a termino *A*) εἴτε μὴ εὐθύς (sive inde a termino *B″*).

82 a 31 Restituimus quod sensus flagitat *ABZ*, quamquam codices omnes aut praebent *ABΓ* (quod probavit Brandis. Variet. lect. Arist.) aut *AB*, quae ab hoc loco aliena esse iam inde apparet, quod littera *Γ* neque in iis reperitur quae proxime sequuntur neque in iis quae praecesserunt. Codicum error a versionibus latinis ortus videtur: namque et Boethius et vet. intp. lat. habent *ABC*, quod hoc loco graece vertendum est *ABZ*, quia eaedem versiones vs. 25, 27—29 et 33 litteram *Z* littera *C* reddiderunt. Quod vero sensum hanc lectionem flagitare diximus, facile inde elucet, quod littera *B* non unum

terminum significat, sed (quod Aristoteles ipse dixit vs. 25) omnes quicunque medii interponendi sint inter *A* et *Z*, ut series quam supra habuimus *ABB'B''*... *Z* Aristoteli exprimenda sit *AB*... *Z*. Quae quum ita sint, hanc lectionem restituere non dubitavimus.

Cap. **21.** *Si conclusionis affirmantis non infinitus est terminorum mediorum numerus, neque negantis erit:* b 5 *neque enim in prima figura,* 13 *neque in secunda,* 22 *neque in tertia,* 29 *neque si omnes coniungantur, infinitus datur terminorum mediorum numerus.*

82 b 5 Si cogitur in prima figura *A* de nullo *B*, *B* de omni *C*, ergo *A* de nullo *C*, propositio minor, quia affirmans est, non infinitos terminos medios habebit: hoc est enim quod ab initio sumsimus. Relinquitur igitur ut maior „*A* de nullo *B*" per alios terminos medios cogatur in prima figura: quod ut fiat (cf. 82 a 10—13), *A* de nullo *D* et *D* de omni *B* praedicari debebit; deinde *A* de nullo *E* vel alio quocunque termino et *E* de omni *D*, ut terminorum series haec exeat: *A* de nullo ... *EDB*, in qua quum non infinitus sit numerus eorum quae de termino *B* praedicantur (... *ED*) — affirmantur enim —, etiam eorum de quibus non praedicatur *A* series finita erit (est enim eadem ... *ED*). Unde apparet ferri non posse quod Boeth., vet. intp. et omnes edd. tuentur: primum enim recte observat Philop. (schol. 227 a 5) *τὴν ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδόν* hoc loco de affirmantibus propositionibus dictum esse (nam in serie *A* de nullo ... *EDB ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδὸς* incipit a termino *B*), probat autem Aristoteles propositionum negantium non infinitos esse terminos medios, si affirmantium finiti sint, demonstrat igitur ὅτι, *ἐπεὶ ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω ἵσταται ὁδός, καὶ ἡ ἐπὶ τὸ κάτω* (quae ex propositionibus negantibus constat: incipit enim a termino *A*) *στήσεται*. Deinde nostram lectionem veram esse docent quae sequuntur *καὶ ἔσται τι πρῶτον ᾧ οὐχ ὑπάρχει* (*τὸ A* intell.): quibus verbis ea quae proxime praecesserunt (*ἡ ἐπὶ τὸ κάτω στήσεται*) explicari nemo erit qui neget. Nam si quis dicit esse aliquid de quo primo negetur *A*, *τὴν κάτω ὁδὸν* finitam esse contendit: nam *ἡ κάτω ὁδὸς* ab eo incipit quod praedicatur, transit ad ea de quibus praedicatur. Denique nostram lectionem etiam id comprobat quod dicit vs. 21 *τῷ ἀνωτέρω*.

82 b 13 In secunda figura syllogismus negans fit hoc modo: *B* de omni *A* et de nullo *C*, ergo *A* de nullo *C*. Alio termino medio interposito propositio minor *B* de nullo *C* aut in prima figura (*διὰ τοῦ ἄνω τρόπου* vs. 15) demonstrabitur, in qua terminos medios infinitos esse non posse iam exposuimus, aut in secunda aut in tertia. In secunda autem demonstrabitur, si propositio quaedam affirmans assumitur (*εἰ ἀνάγκη ὑπάρχειν τι τῷ B* vs. 18) hoc modo: *D* de omni *B* et de nullo *C*, ergo *B* de nullo *C*. Deinde (vs. 19) ut demonstretur propositio negans, qua modo usi sumus, *D* de nullo *C*, alius terminus assumi debebit qui affirmetur de *D*, negetur de *C*. Quare quum syllogismus negans propositione affirmante, cuius demonstratio non infinita est, semper indigeat, neque propositionis negantis demonstratio infinita esse potest.

82 b 21 *τῷ ἀνωτέρω*, h. e. *ἴσταται ἐν τῇ ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδῷ*. Dativus negligentius positus est et eadem fere ratione explicandus qua 177 b 3 *τῇ προσωδίᾳ λεχθέν*. 788 b 34 *εἰσὶ δ' ἐλάττους οὗτοι τῷ μεγέθει τῶν γομφίων*. 786 b 33 *τῷ μὲν γὰρ γένει ὀρθῶς ἔοικε λέγεσθαι τὸ βαρὺ ἐν μεγέθει τινὶ εἶναι τοῦ κινουμένου*. 686 b 27 *αἴτιον δ', ὥσπερ εἴρηται πρότερον, ὅτι ἡ τῆς ψυχῆς ἀρχὴ πολλῷ δὴ δυσκίνητός ἐστι καὶ σωματώδης*. 755 b 12 *οἴονται γὰρ διαφέρειν τῶν νομιζομένων ἀῤῥένων τοὺς θήλεις αὐτῶν ὥσπερ τῶν φυτῶν, ἐν ὅσοις τὰ μὲν καρποφορεῖ τὸ δ' ἄκαρπόν ἐστιν ... ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἰχθῦς πλὴν τῶν σελαχῶν· τούτοις γὰρ οὐκ ἀμφισβητοῦσιν*. 694 b 27 *οἱ μὲν παχύτερον ἔχοντες (αὐχένα) πέτονται ἐκτεταμένῳ τῷ αὐχένι, οἱ δὲ λεπτὸν καὶ μακρὸν συγκεκαμμένῳ*. 774 a 23 *διὰ δὲ τὸ μὴ τὸ σῶμα μέγεθος ἔχειν, ἀλλὰ πλείονι λόγῳ τὴν κάθαρσιν ὑπερβάλλειν τῆς εἰς τὸ κύημα τροφῆς, δύναταί τε συνίστασθαι ζῷα καὶ ὕστερον καὶ ταῦτ' ἐκτρέφειν*. 745 a 30 *πλείονι γὰρ λόγῳ καθαιροῦνται (οἱ ὀδόντες) τῆς αὐξήσεως*. 889 b 25 *οὐδὲ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἀεὶ μέλαιναι (αἱ οὐλαί), ἀλλ' ἀποκαθίστανται τῷ χρόνῳ*. Quare quamquam plerumque Aristoteles dicit *ἴσα τὸν ἀριθμόν* (e. g. 89 b 23), occurrit tamen etiam *ἴσα τῷ ἀριθμῷ* 680 b 4 al. 889 b 27 (coll. 33) *διὰ τί ὁ νάρθηξ τὰ κύκλῳ τῆς πληγῆς ποιεῖ ἐρυθρά, τὸ δὲ μέσον λευκόν;*

82 b 22 Iam in tertia figura negetur *C* de *B*, *A* vero praedicetur de omni *B*, unde cogitur *C* de aliquo *A* non praedicari, cuius syllogismi propositio maior „*C* non praedicatur de *B*"

aut in prima vel secunda (*διὰ τῶν ἄνω εἰρημένων* va. 24, *ἐκείνως* vs. 25) aut in tertia (*ὁμοίως*) demonstratur. Si in tertia, propositio affirmans *BE* coniungi debebit cum propositione negante de parte *CE*, quae si ipsa demonstratur, item propositio quaedam affirmans assumi debebit (*καὶ τοῦτο πάλιν ὁμοίως* vs. 26). Unde apparet propositionis negantis demonstrationem desinere, si deficiant propositiones affirmantes. Tertia figura autem ab ambabus primis eo differt, quod in his, si propositio negans novo termino medio interiecto demonstratur, series terminorum mediorum *ἐπὶ τὸ ἄνω* procedit, in tertia vero *ἐπὶ τὸ κάτω*, quia in hac, si novus terminus medius adiicitur, non praedicatur de alio, sed semper aliud de ipso, h. e. novus terminus *οὐκ ἄνω προβαίνει, ἀλλὰ κάτω*.

82 b 32 Quum et figurarum et terminorum, qui in quaque medii interponi possint, finitus sit numerus, finitus autem in finitum multiplicatus finitum numerum efficiat, propositionum quibus demonstratio utitur finitus semper erit numerus. Verbum *πεπερασμενάκις* non ferendum putavit Buhle (cf. tamen *ἰσάκις* quod usu receptum est, 193 a 28 *ἀπειράκις*), qui ex iis quae dicit Philop. (schol. 227 a 27) „*πεπερασμένως πολλάκις*" hoc verbum consutum esse coniecit. At lectionem nostram, quam omnes fere codd. tuentur, etiam Boethii et vet. intp. lat. auctoritas confirmat.

82 b 35 *λογικῶς μὲν θεωροῦσιν* ... v. Brandis Ueber die Reihenfolge der Bücher des Organon in Abhh. der Berl. Akad. hist.-phil. Cl. 1833. p. 258. not. H. Rassow Aristotelis de notionis definitione doctr. Berol. 1843. p. 19. not. Opponitur *τῷ λογικῶς τὸ ἀναλυτικῶς* 84 a 8 (cf. 88 a 19, 86 a 22 ibique Philopon.), accurata demonstratio, quae veris ipsius rei principiis nititur, ei quae probabili quadam ratiocinatione contenta est. Quare haud male Biese I. p. 261 *λογικῶς* vertit „aus allgemeinen Gründen", *ἀναλυτικῶς* „aus den wesentlichen Bestimmungen des Beweises". 1029 b 13 *καὶ πρῶτον εἴπωμεν ἕνια περὶ αὐτοῦ λογικῶς, ὅτι ἐστὶ τό τί ἦν εἶναι ἕκαστον ὃ λέγεται καθ' αὑτό.* 1041 a 28 *φανερὸν τοίνυν ὅτι ζητεῖ τὸ αἴτιον· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι, ὡς εἰπεῖν λογικῶς.* 1030 a 25 *ἐπὶ τοῦ μὴ ὄντος λογικῶς φασί τινες εἶναι τὸ μὴ ὂν οὐχ ἁπλῶς ἀλλὰ μὴ ὄν.* 1069 a 28 *τὰ γὰρ γένη καθόλου ἃ φασιν ἀρχὰς καὶ οὐσίας εἶναι μᾶλλον διὰ τὸ λογικῶς ζητεῖν*, cf. 264 a 8.

Unde fit ut λογικὸν idem fere sit quod διαλεκτικόν (cf. quae dicemus init. Topic., Biese I. p. 47), id quod non ad ipsam veritatem pertinet, sed ad disserendi artem, qua sententiam sive veram sive falsam defendimus: quare dicit 1087 b 20 διαφέρει δὲ τούτων οὐθὲν ὡς εἰπεῖν πρὸς ἔνια τῶν συμβαινόντων, ἀλλὰ πρὸς τὰς λογικὰς μόνον δυσχερείας, ἃς φυλάττονται διὰ τὸ καὶ αὐτοὶ λογικὰς φέρειν τὰς ἀποδείξεις. 129 a 30 λογικὸν δὲ τοῦτ' ἐστὶ πρόβλημα πρὸς ὃ λόγοι γένοιντ' ἂν καὶ συχνοὶ καὶ καλοί. 162 b 27 εἰ μὲν γὰρ ἐκ ψευδῶν ἐνδόξων δὲ (ὁ λόγος περαίνεται), λογικός. Apparet inde quo sensu 93 a 15 λογικὸς συλλογισμὸς opponatur verae demonstrationi (ἀποδείξει), quamquam 1355 a 13, ubi dicit δῆλον δ' ὅτι ὁ μάλιστα δυνάμενος τοῦτο θεωρεῖν ἐκ τίνων καὶ πῶς γίνεται συλλογισμός, οὗτος καὶ ἐνθυμηματικὸς ἂν εἴη μάλιστα, προσλαβὼν περὶ ποιά τ' ἐστὶ τὰ ἐνθυμήματα καὶ τίνας ἔχει διαφορὰς πρὸς τοὺς λογικοὺς συλλογισμούς, quum λογικὸς συλλογισμὸς et hic et in iis quae proxime sequuntur opponatur rhetorico syllogismo (ἐνθυμήματι), veram demonstrationem significare videatur. Saepius τὸ λογικῶς λέγειν idem fere est quod 252 a 5 expressit verbis ἔοικε τὸ οὕτω λέγειν πλάσματι μᾶλλον. 1082 b 3 λέγω δὲ πλασματῶδες τὸ πρὸς ὑπόθεσιν βεβιασμένον, h. e. τὸ λόγου χάριν (1011 b 2, 1280 b 8) s. λόγου ἕνεκα (1012 a 6) λεγόμενον. Quare ut opponitur τὸ πεπλασμένως τῷ πεφυκότως 1404 b 19 διὸ δεῖ λανθάνειν ποιοῦντας, καὶ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως ἀλλὰ πεφυκότως, ita etiam τὸ λογικῶς τῷ φυσικῶς 316 a 11 ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τούτων ὅσον διαφέρουσιν οἱ φυσικῶς καὶ λογικῶς σκοποῦντες, quorum alteri res contemplantur, ut verbo utar nobis familiari, in concreto, alteri in abstracto. Idem discrimen τοῦ λογικῶς et τοῦ φυσικῶς habemus 204 b 4 et 10: quare 202 a 22 λογικὴν ἀπορίαν vocat dubitationem, quae non e rerum singularium (physicarum) contemplatione, sed e ratiocinatione sola orta est. Eodem fere sensu sibi opponuntur τὸ φυσικῶς et τὸ καθόλου. De coel. 280 a 32 πρὸς οὓς φυσικῶς μὲν περὶ τοῦ οὐρανοῦ μόνον εἴρηται, καθόλου δὲ περὶ ἅπαντος σκεψαμένοις ἔσται καὶ περὶ τούτου δῆλον. Ib. 283 b 17 καὶ φυσικῶς δὲ καὶ μὴ καθόλου σκοποῦσιν ἀδύνατον ἢ ἀΐδιον ὂν πρότερον φθαρῆναι ὕστερον, ἢ πρότερον μὴ ὂν ὕστερον ἀΐδιον εἶναι. Cf. 747 b 28 ἴσως δὲ μᾶλλον ἂν δόξειεν ἀπόδειξις εἶναι πιθανὴ τῶν εἰρημένων λογική· λέγω δὲ λογικὴν διὰ τοῦτο, ὅτι ὅσῳ καθόλου μᾶλλον,

πορρωτέρω τῶν οἰκείων ἐστὶν ἀρχῶν. Iam patebit ex iis quae diximus, quomodo intelligendum sit quod legitur de coel. 275 b 12 *λογικώτερον δ' ἔστιν ἐπιχειρεῖν καὶ ὧδε.* Cf. 1080 a 10 *ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἰδεῶν καὶ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ διὰ λογικωτέρων καὶ ἀκριβεστέρων λόγων ἔστι πολλὰ συναγαγεῖν ὅμοια τοῖς τεθεωρημένοις.* Apparet ex iis quae adscripsimus quo sensu post Aristotelem doctrinae physicae opposita sit *λογική* et quo iure e. g. Cicero (de finib. I, 7) *λογικὴν* dicat eam „philosophiae partem, quae sit quaerendi ac disserendi".

Cap. 22. Si cognosci potest quid aliqua res sit, infinita esse non possunt quae de ea praedicantur. 83 a 1 *Praedicatur autem alterum de altero aut sensu proprio aut per abusum.* 24 *Quae vere praedicantur aut quid res sit de qua praedicantur definiunt aut συμβεβηκότα sunt,* 30 *quae non per se consistunt, sed per id quod iis subiectum est.* 36 *Neque eorum quae quid res sit definiant neque τῶν συμβεβηκότων series infinita esse potest, quum ipsa categoriarum natura praedicandi infinitatem respuat.* b 32 *Si infinitus est numerus eorum quae praedicantur, non datur demonstratio,* 84 a 7 *quod rectius probatur ex ipsa eorum natura quae praedicantur καθ' αὑτά, ex qua apparet neque quae praedicentur infinita esse neque de quibus praedicentur,* 29 *neque terminorum mediorum seriem dari infinitam.*

83 a 1 Quod in sequentibus fusius explicat, id iam habuimus 73 b 6 et 81 b 24 sqq. Cf. quae diximus ad 2 a 20. — De pronomine ὅπερ vs. 7, 13 sqq. v. quae dicta sunt ad 49 a 18, ubi iis quae collegimus addenda sunt quae habentur 1007 a 31 *τούτῳ γὰρ διώρισται οὐσία καὶ τὸ συμβεβηκός· τὸ γὰρ λευκὸν τῷ ἀνθρώπῳ συμβέβηκεν, ὅτι ἔστι μὲν λευκὸς ἀλλ' οὐχ ὅπερ λευκόν,* cf. quae dicit Alex. in schol. ad 116 a 23. Quare hic Aristoteles vs. 7 dicit *οὐθ' ὅπερ λευκόν τι ἐγένετο ξύλον,* h. e. *οὐκ ἔστι τὸ ξύλῳ εἶναι τὸ λευκῷ εἶναι· ὅταν γὰρ γένηται ξύλον, οὐχ οὕτως γίγνεται ὥστ' εἶναι τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τὸ λευκὸν εἶναι.*

83 a 9 *οὐχ ὅτι ἕτερον ...,* h. e. *οὐ τοῦτο λέγω, ὥσπερ πρότερον* (vs. 5), *ὅτι ἕτερόν τι, ᾧ συμβέβηκε ξύλῳ εἶναι, λευκόν ἐστιν.*

83 a 17 In aliis enuntiationibus id quod praedicatur etiam locum praedicati tenet, in aliis vero id de quo praedicatur: et in illis quidem vere praedicatur alterum de altero, in his non

nisi per abusum praedicatur. — Particula *ἀεί* vs. 19 coniungenda est cum adverbio *ἁπλῶς* quod sequitur.

83 a 24 *τὰ μὲν . . . ὅσα δέ* minus bene sibi respondent, sed talia frequentissima sunt apud Aristotelem. Sic 78 a 5 sibi respondent *ἐνίοτε μὲν — ὁτὲ δέ*. Idem habemus 360 b 2. 236 a 3 *ἐν τῷ μὲν — ἐν δὲ τῷ*. 353 b 27 *τὰ μὲν — ταῦτα δέ*. 386 a 26 *ταῦτα μὲν — τὰ δέ*. 682 b 31 *ταῦτα μὲν — ἐκεῖνα δέ*. 781 a 24 *ἐνίοις μὲν — τοῖς δέ*. Haud dissimile est quod habetur 756 a 9 *ὅσῳ ἂν ᾖ ἐγγυτέρῳ ἡ θήλεια τοῦ τίκτειν, τότε πλείων καὶ ὑγρότερος ὁ θορὸς ἐν τῷ ἄῤῥενι ἐγγίνεται*. Cf. 789 b 9 *οἷον — οὕτως*. Saepius etiam alterum membrum plane omittitur: 178 a 3 *οὐ γὰρ ταὐτὸ σημαίνει ὀξύτερον τὸ δὲ βαρύτερον ῥηθέν*. 320 a 2 *ὅταν δὲ μηδὲν ὑπομένῃ οὗ θάτερον πάθος ἢ συμβεβηκὸς ὅλως, γένεσις, τὸ δὲ φθορά*. 772 a 1 *γίνεται μείζων ὁ δ' ἐλάττων ἄνθρωπος καὶ τῶν ἄλλων ζῴων ὁτιοῦν*. Ex Platonis scriptis similia coliegit Stallb. ad Protag. 330 A, ad Critiam 119 C.

83 a 34 Sin autem sunt ideae, ad demonstrationem conficiendam minime sunt idoneae, quia demonstratio esse nequit nisi sit *ἓν κατὰ πολλῶν* (cf. 77 a 6—8), illae vero, quum per se solae consistant (*χωριστά εἰσιν*), non possunt praedicari de aliis.

83 a 36 At, ait, fortasse erit qui terminos ex quibus propositiones constent, sive sensu proprio sive per abusum praedicetur alter de altero, inter se converti posse contendat, unde eorum seriem infinitam esse eliciat (cf. 82 a 15 sqq.): quod cur concedi non possit in sequentibus ostenditur. Tota argumentatio autem satis negligenter scripta est, quod in causa fuisse videtur, quod graeci interpretes loci sententiam non satis perspexerint. — Quum id quod praedicatur exprimere debeat quale sit id de quo praedicetur, termini propositionis inter se converti nequeunt: nam si v. c. *A* est qualitas *τοῦ B*, *B* non potest esse qualitas *τοῦ A*, quia, si esset, *B* qualitatis qualitatem exprimeret, quod ineptum esset. — Vs. 39 alio argumento allato neque infinitam dari terminorum seriem qui de aliis praedicentur neque eos converti posse probat. Ostendit enim eorum seriem infinitam esse non posse, neque si sensu proprio (*ὡς οὐσία* vs. 39) praedicentur, neque si alio modo quocunque. — Bene vidit Philoponus orationem esse *ἀνακόλουθον*: nam quum dixerit *ἢ γάρ τοι ὡς οὐσία κατηγορηθήσεται*, pergere debebat b 10 *ἢ ὡς ποιὸν ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν*.

83 b 3 Exemplum dat *τῆς ἄνω ὁδοῦ*, vs. 4 *τῆς κάτω*.

83 b 9 *ὡς μὲν δὴ* ... Concludit priorem orationis partem dicens „quare si genus est alterum alterius, termini ex quibus propositio constat non poterunt converti: nam si converterentur, genus in se ipso ut in genere inesse deberet".

83 b 10 *οὐδὲ μὴν* ..., intell. *ἀντικατηγορηθήσεται*.

83 b 12 *ἀλλὰ δὴ ὅτι* ... Complectitur quod in ambobus orationis membris ostensum est: consequitur ex iis quae diximus non infinitam esse seriem eorum quae praedicentur, nam quae praedicantur aut substantiam exprimunt aut ad aliam categoriam quamcunque referenda sunt: finita sunt autem et quae singulis categoriis subiecta sunt (*ταῦτα* vs. 15) et categoriarum ipsarum numerus finitus est: *τὰ δὲ πεπερασμένα πεπερασμενάκις ἀνάγκη πεπεράνθαι πάντα* (82 b 32).

83 b 18 *αὐτὰ δὲ αὑτῶν*, h. e. ita vero, ut termini converti possint, alterum de altero praedicari negamus, nisi alter alterius naturam exprimat, h. e. nisi definitionem det alter alterius: in definitione enim quod praedicatur aequale esse debet ei de quo praedicatur.

83 b 24 Aliam lectionem Philoponus commemorat (schol. 229 b 13), quae explicationis gratia videtur adscripta esse. Recepimus *ἄλλοις* pro *ἄλλου*: illud enim et Boethius et omnes codd. habent. Mente intelligendum est *ὑπάρχει*, quod facile elicitur e verbo *κατηγορεῖσθαι*, quod habuimus vs. 21. *ἄλλου* correctum videtur propter id quod sequitur *καθ' ἑτέρου*, sed *ἄλλοις* praeferendum videtur etiam propterea, quod pergit *καὶ ἄλλ' ἄττα*, h. e. *καὶ τούτων ἄττα*. — Vs. 25 *ὑπάρχειν*, intell. *εἰς ἄπειρον*. — Vs. 26 *ὅσα*, h. e. *τοσαῦτά ἐστιν ὅσα*. — Vs. 27. Lectionem *ἑκάστου* quum etiam Boethius habuerit, retinuimus. *ταῦτα*, intell. *τὰ ἐν τῇ οὐσίᾳ ἑκάστου*, h. e. *ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδός*.

83 b 32 *οὗτος*, quem habuimus vs. 29, *εἰ ἔστι τι οὗ πρῶτόν τι κατηγορεῖται καὶ τούτου ἄλλο*. — Vs. 33 *εἰ ὧν πρότερα ἄττα* ..., h. e. *εἰ ταῦτα, ὧν πρότερα ἄττα κατηγορεῖται, διὰ τούτων τῶν πρότερον κατηγορουμένων αὐτὰ ἀποδείκνυται*: e. g. si in syllogismo „*AB*, *BD*, ergo *AD*", *C* propius praedicatur de *D* et arctius cum ipsa eius natura coniunctum sit quam *B*, ut *AD* demonstrari et possit et debeat per syllogismum „*BC*, *CD*, ergo *BD*". Apparet inde demonstrationem compositam, qua ipsae propositiones ex quibus cogatur

novis syllogismis interiectis probentur, hic opponi demonstrationi simplici quae uno syllogismo perficiatur.

83 b 34 *οὔτε βέλτιον ἔχειν τοῦ εἰδέναι* significat quamcunque animi *ἕξιν* qua quis rem melius intelligere putet quam qui eam sciat per demonstrationem, ut si quis veritatem non per accuratam ratiocinationem se consecuturum putet, sed ipsis sensibus eam percipere vel etiam mentis oculis intueri (intellectuelle Anschauung) opinetur. Cf. quae diximus ad 72 a 34.

83 b 38 Iam si vera scientia demonstratione comparari potest, quae necessario vera sit, ut non pendeat ex aliis conditionibus quibuscunque, quae et esse possint et non esse, terminorum mediorum, quibus demonstratio utitur, numerus non erit infinitus: nam si esset, et omnia demonstrari possent et, quia infinitam demonstrationem perficere non liceret, quaedam demonstrari non possent, ut demonstratio non efficeret veram scientiam, sed hypotheticam, h. e. non cogeretur quod demonstratur ex propositionibus certis, sed ex propositionibus quae, quamquam ipsae demonstrari deberent, tamen pro certis sumtae essent. — Quid sit *τὸ ἐξ ὑποθέσεως* exposuimus ad 30 b 33, 32 b 8, 40 b 25. *ὑπόθεσις* hoc sensu est id, quod, quamquam per se non certum sit, tamen sumitur. Sic dixit 76 b 37 *τοῦτο (τὸ ξυνίεσθαι τοὺς ὅρους) δ' οὐχ ὑπόθεσις, εἰ μὴ καὶ τὸ ἀκούειν ὑπόθεσίν τις εἶναι φήσει.* Hoc loco vs. 38 *ὑπόθεσις* idem fere est quod significatur verbis *ἐκ τινῶν*, quae praecesserunt. Aliter idem exprimit 782 a 22 *τίνων δ' ὑπαρχόντων καὶ διὰ τίνας ἀνάγκας συμβαίνει τούτων ἕκαστον, δηλῶσαι τῆς μεθόδου τῆς νῦν ἐστίν.* 111 b 17 *σκοπεῖν δὲ ἐπὶ τοῦ προκειμένου, τίνος ὄντος τὸ προκείμενόν ἐστιν, ἢ τί ἐστιν ἐξ ἀνάγκης εἰ τὸ προκείμενόν ἐστι.* 455 b 26 *λέγω δ' ἐξ ὑποθέσεως τὴν ἀνάγκην* (necessitatem aliunde suspensam), *ὅτι εἰ ζῷον ἔσται ἔχον τὴν αὑτοῦ φύσιν, ἐξ ἀνάγκης τιν' ὑπάρχειν αὐτῷ δεῖ, καὶ τούτων ὑπαρχόντων ἕτερα ὑπάρχειν.* Trdlbg. Log. Untersuchungen II. p. 34 sq. De eadem necessitate loquitur 778 b 16 *ὀφθαλμὸν μὲν γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἕξει (τοιόνδε γὰρ ζῷον ὑπόκειται ὄν), τοιόνδε δὲ ὀφθαλμὸν ἐξ ἀνάγκης μέν, οὐ τοιαύτης δ' ἀνάγκης, ἀλλ' ἄλλον τρόπον, ὅτι τοιονδὶ ἢ τοιονδὶ ποιεῖν πέφυκε καὶ πάσχειν.* Quae Met. Δ. c. 5 de diversis necessarii notionibus disputat vocem magis quam rem illustrant iis exceptis quae in fine leguntur 1015 b 10 *τῶν μὲν δὴ ἕτερον αἴτιον τοῦ ἀναγκαῖα εἶναι, τῶν*

δὲ οὐθέν, ἀλλὰ διὰ ταῦτα ἕτερά ἐστιν ἐξ ἀνάγκης. ὥστε τὸ πρῶτον καὶ κυρίως ἀναγκαῖον τὸ ἁπλοῦν ἐστίν· τοῦτο γὰρ οὐκ ἐνδέχεται πλεοναχῶς ἔχειν, ὥστ' οὐδὲ ἄλλως καὶ ἄλλως· ἤδη γὰρ πλεοναχῶς ἂν ἔχοι. εἰ ἄρα ἐστὶν ἄττα ἀΐδια καὶ ἀκίνητα, οὐθὲν ἐκείνοις ἐστὶ βίαιον οὐδὲ παρὰ φύσιν. Apparet inde quomodo sibi opponantur τὸ ἐξ ὑποθέσεως ἀναγκαῖον et τὸ ἁπλῶς ἀναγκαῖον: illud enim aliunde pendet, hoc aeternum est et per se solum consistit. Quare ubi de scientia agit addit 1139 b 23 ἀΐδιον ἄρα (τὸ ἐπιστητόν)· τὰ γὰρ ἐξ ἀνάγκης ὄντα ἁπλῶς πάντα ἀΐδια, τὰ δ' ἀΐδια ἀγένητα καὶ ἄφθαρτα. 337 b 35 τὸ γὰρ ἐξ ἀνάγκης καὶ ἀεὶ ἅμα· ὃ γὰρ εἶναι ἀνάγκη οὐχ οἷόν τε μὴ εἶναι· ὥστ' εἰ ἔστιν ἐξ ἀνάγκης, ἀΐδιόν ἐστι, καὶ εἰ ἀΐδιον, ἐξ ἀνάγκης. Idem discrimen exponit 639 b 21 τὸ δ' ἐξ ἀνάγκης οὐ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς κατὰ φύσιν ὁμοίως, εἰς ὃ πειρῶνται πάντες σχεδὸν τοὺς λόγους ἀνάγειν, οὐ διελόμενοι ποσαχῶς λέγεται τὸ ἀναγκαῖον (eosdem reprehendit 789 b 12 ὅμοιον δ' ἔοικε τὸ λέγειν τὰ αἴτια ἐξ ἀνάγκης κἂν εἴ τις διὰ τὸ μαχαίριον οἴοιτο τὸ ὕδωρ ἐξεληλυθέναι μόνον τοῖς ὑδρωπιῶσιν, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ ὑγιαίνειν, οὗ ἕνεκα τὸ μαχαίριον ἔτεμεν). ὑπάρχει δὲ τὸ μὲν ἁπλῶς τοῖς ἀϊδίοις, τὸ δ' ἐξ ὑποθέσεως καὶ τοῖς ἐν γενέσει πᾶσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς τεχναστοῖς, οἷον οἰκίᾳ καὶ τῶν ἄλλων ὁτῳοῦν τῶν τοιούτων. ἀνάγκη δὲ τοιάνδε τὴν ὕλην ὑπάρξαι, εἰ ἔσται οἰκία ἢ ἄλλο τι τέλος· καὶ γενέσθαι τε καὶ κινηθῆναι δεῖ τόδε πρῶτον, εἶτα τόδε, καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἐφεξῆς μέχρι τοῦ τέλους καὶ οὗ ἕνεκα γίνεται ἕκαστον καὶ ἔστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τοῖς φύσει γιγνομένοις. ἀλλ' ὁ τρόπος τῆς ἀποδείξεως καὶ τῆς ἀνάγκης ἕτερος ἐπί τε τῆς φυσικῆς καὶ τῶν θεωρητικῶν ἐπιστημῶν. (In seqq. 640 a 8 ad nostrum locum respicere videtur.) Necessitas igitur (ἡ ἐξ ὑποθέσεως) proposito fini inservit, quamquam alio sensu huic ipsi opponitur 642 a 1 εἰσὶν ἄρα δύ' αἰτίαι αὗται, τό θ' οὗ ἕνεκα καὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης· πολλὰ γὰρ γίνεται ὅτι ἀνάγκη. ἴσως δ' ἂν τις ἀπορήσειε ποίαν λέγουσιν ἀνάγκην οἱ λέγοντες ἐξ ἀνάγκης... ἔστι δ' ἓν γε τοῖς ἔχουσι γένεσιν ἡ τρίτη (reliquae duae quae sint iam vidimus)· λέγομεν γὰρ τὴν τροφὴν ἀναγκαίόν τι κατ' οὐδέτερον τούτων τῶν τρόπων, ἀλλ' ὅτι οὐχ οἷόν τ' ἄνευ ταύτης εἶναι. τοῦτο δ' ἐστὶν ὥσπερ ἐξ ὑποθέσεως. 717 a 15 εἰ δὴ πᾶν ἡ φύσις ἢ διὰ τὸ ἀναγκαῖον ποιεῖ ἢ διὰ

τὸ βέλτιον... 776 b 33 *ἔστι δ' ἑκάστοις τοιοῦτος ὁ τῶν μαστῶν τόπος δι' ἀμφοτέρας τὰς αἰτίας ἕνεκά τε τοῦ βελτίστου γεγονὼς τοιοῦτος καὶ ἐξ ἀνάγκης.* Cf. 672 b 34. De tactu locutus 435 b 20 pergit *τὰς δ' ἄλλας αἰσθήσεις ἔχει τὸ ζῷον, ὥσπερ εἴρηται, οὐ τοῦ εἶναι ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ εὖ.* 420 b 19 *ἡ μὲν γεῦσις ἀναγκαῖον (διὸ καὶ πλείοσιν ὑπάρχει), ἡ δ' ἑρμηνεία ἕνεκα τοῦ εὖ.* Ritter Gesch. der Phil. III. p. 169. 200 a 13 *ἐξ ὑποθέσεως δὴ τὸ ἀναγκαῖον, ἀλλ' οὐχ ὡς τέλος· ἐν γὰρ τῇ ὕλῃ τὸ ἀναγκαῖον, τὸ δ' οὗ ἕνεκα ἐν τῷ λόγῳ.* Mirum est quod habetur 767 b 14 *τὸ δὲ τέρας οὐκ ἀναγκαῖον πρὸς τὴν ἕνεκά του καὶ τὴν τοῦ τέλους αἰτίαν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς ἀναγκαῖον.*

84 a 13 *καὶ οἷς αὐτὰ*... Et rem et constructionem explicuimus ad 73 a 34, hoc solo discrimine, quod nostro loco accuratius dicendum fuisset *καὶ οἷς ὑπάρχουσιν αὐτοῖς αὐτὰ ἐν τῷ τί ἐστιν ἐνυπάρχει.*

84 a 18 *οὔθ' ὡς τὸ*... Alterum *οὔτε* in oratione anacolutho omissum est (idem habemus e. g. 1313 b 35), quamquam alterum orationis membrum, quod hic deest, adiicitur vs. 25.

84 a 19 *ᾧ (ἐν τῷ λόγῳ τῷ τί ἐστι δηλοῦντι) ἐνυπῆρχεν ὑπάρχοντι*, h. e. quod, quamquam praedicatur de impari, tamen sine ipsa imparis notione definiri non potest. Aliam lectionem habuisse videtur Magentenus; v. schol. nostra ad h. l. I. p. 51.

84 a 21 *τοιαῦτα*, h. e. *τὰ ἐπὶ τὸ κάτω*: nam numerus, quum et par sit et impar, latius patet quam notio imparis, quae sine numeri notione definiri non potest, notio imparis latius quam id quod sine imparis notione definiri non potest.

84 a 22 *οὐδ' ἐπὶ τὸ ἄνω ἔσται ἄπειρα*: cuius rei causam ipsis Aristotelis verbis (202 a 19) exprimere licet: *τὸ αὐτὸ διάστημα ἓν πρὸς δύο καὶ δύο πρὸς ἕν, καὶ τὸ ἄναντες καὶ τὸ κάταντες· ταῦτα γὰρ ἓν μέν ἐστιν, ὁ μέντοι λόγος οὐχ εἷς.*

84 a 32 Verbis *κατ' ἀρχάς* aut respicit ad 84 a 1 aut ad 72 b 6. Magentenus habuit *καὶ τὰς ἀρχάς*, in aliis libris reperit *καὶ κατ' ἀρχάς*. Nostram lectionem Boethius et vet. intp. confirmant.

84 a 36 *τῷ γὰρ ἐντὸς ἐμβάλλεσθαι*... Ut demonstretur propositio *AB*, debebit praedicari *A* de *C* et *C* de *B*, non *A* de *B* et *B* de *C*.

Cap. **23.** *Si* A *praedicatur et de* C *et de* D, *non consequitur commune aliquid esse, propter quod* A *et de* C *et de* D *praedicetur.* 19 *Si datur aliquid medium, propter quod* A *de* B *vel praedicatur vel negatur, demonstrationem admittit propositio* AB. *Sunt propositiones et affirmantes et negantes, quarum termini non coniunguntur per alium.* 31 *Quem locum occupare debeat terminus qui connectat reliques in propositione affirmante et* (85 a 3) *in propositione negante, exponitur.*

84 b 3 Si *A* praedicatur de omni *C* et de omni *D*, *C* vero negatur sive de omni sive de aliquo *D*, causa ob quam *A* et de *C* et de *D* praedicatur non utique eadem esse debebit. Nam si eadem utique esset, haec ipsa causa exprimi posset termino medio (*B*), per quem et *A* cum *C* et *A* cum *D* ad propositionem affirmantem coniungendum esse demonstraretur, ut exstarent duo syllogismi „*AB*, *BC*, ergo *AC*", et „*AB*, *BD*, ergo *AD*": alius igitur daretur terminus (*B*), qui et de *C* et de *D* praedicaretur, cuius rei — hoc est enim quod ab initio sumsimus — communis inveniri posset causa, quae etiam alio termino medio exprimeretur et sic porro: terminorum mediorum igitur numerus infinitus esse deberet, quod absurdum esse demonstravimus. Brevius idem demonstrari poterat sic: *κατὰ κοινόν τι ὑπάρχειν οὐκ ἀνάγκη ἀεὶ τὸ αὐτὸ πλείοσιν· ὃ μὲν γὰρ κατὰ τὶ ὑπάρχει οὐ πρώτως ὑπάρχει, ἀλλ' ἀποδεικτόν ἐστιν, ἐπεὶ δ' οὐχ ἓν ἑνὶ ἀεὶ ἀνάγκη κατὰ τὶ ὑπάρχειν ἀλλὰ καθ' αὑτὸ καὶ πρώτως, οὐδὲ ταὐτὸ πλείοσιν.* — Cur vs. 11 Bkk. scribendum putaverit *καὶ τῷ Δ* melioribus codd. invitis, quum 82 a 29 dederit *τοῦ Α καὶ Ζ*, non video. Articulum omittendum esse facile mihi persuasi ex iis quae collegi ad 3 a 21 et ad 26 b 32.

84 b 14 Magentenus habuit *μέσα διαστήματα*, quod etiam in nonnullis nostrorum codicum reperitur, ut sensus sit *ἐκείπερ, εἰ ἀνάγκη κατὰ κοινόν τι ἀεὶ ὑπάρχειν τὸ αὐτὸ πλείοσιν, ἀεὶ ἂν ἦν μέσον τινὰ ὅρον ἐμβάλλειν, ὅπερ ἀδύνατον.* Quo quidem sensu tempus futurum saepius ponitur ab Aristotele, sed quum deesset *ἀεί*, praetulimus lectionem *ἄμεσα*, quam etiam Boethius et vet. intp. habuerunt, de qua dubitari non posset, si pro *ἔσται* scriptum exstaret *ἐστίν*.

84 b 15 *ἐκ τῶν αὐτῶν ἀτόμων*, h. e. *ἐκ τῆς αὐτῆς συστοιχίας*

s. ἐκ τῶν ἀτόμων, ἃ κατὰ τὸ γένος ταὐτά ἐστιν. — Vs. 17 οὐ γὰρ ἦν... v. c. 7.

84 b 21 στοιχεῖα, de quibus v. quae diximus ad 14 a 39. De coel. 302 a 15 ἔστω δὴ στοιχεῖον τῶν σωμάτων, εἰς ὃ τἆλλα σώματα διαιρεῖται, ἐνυπάρχον δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ· τοῦτο γὰρ ποτέρως, ἔτι ἀμφισβητήσιμον. αὐτὸ δ' ἐστὶν ἀδιαίρετον εἰς ἕτερα τῷ εἴδει· τοιοῦτον γάρ τι τὸ στοιχεῖον ἅπαντες καὶ ἐν ἅπασι βούλονται λέγειν. 1014 a 26 στοιχεῖον λέγεται ἐξ οὗ σύγκειται πρώτου ἐνυπάρχοντος, ἀδιαιρέτου τῷ εἴδει εἰς ἕτερον εἶδος... ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν σωμάτων στοιχεῖα λέγουσιν οἱ λέγοντες, εἰς ἃ διαιρεῖται τὰ σώματα ἔσχατα, ἐκεῖνα δὲ μηκέτ' εἰς ἄλλα εἴδει διαφέροντα. Quare dicit 410 a 21 ἀδύνατον ἐκ τῶν τοῦ ποσοῦ στοιχείων οὐσίαν εἶναι καὶ μὴ ποσόν: opponitur enim στοιχεῖον ἀρχῇ, sicut ὕλη (τὸ ὑποκείμενον) εἴδει 1041 b 31 στοιχεῖον δ' ἐστὶν εἰς ὃ διαιρεῖται ἐνυπάρχον ὡς ὕλην, οἷον τῆς συλλαβῆς τὸ α καὶ τὸ β. 378 b 10 τέτταρα διώρισται αἴτια τῶν στοιχείων, τούτων δὲ κατὰ τὰς συζυγίας καὶ τὰ στοιχεῖα τέτταρα συμβέβηκεν εἶναι, ὧν τὰ μὲν δύο ποιητικά, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν, τὰ δὲ δύο παθητικά, τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρόν. In Topicis στοιχεῖα vocat quae alio nomine τόπους appellat, universa quaedam argumenta, ex quibus cum veritatis quadam specie aliquid vel probetur vel refellatur, v. 120 b 13, 121 b 11, 128 a 22, 143 a 13, 151 b 18, 172 b 21 et 31, 174 a 21. Elementa artis disserendi in his vocantur, quae, si nobis in promtu sint, ansam nobis praebeant ad causam nostram rite defendendam, sive quae nobis viam monstrent qua procedendum sit in disputatione. Eundem fere sensum etiam habet 1309 b 16 καὶ τὸ πολλάκις εἰρημένον μέγιστον στοιχεῖον, τὸ τηρεῖν ὅπως κρεῖττον ἔσται τὸ βουλόμενον τὴν πολιτείαν πλῆθος τοῦ μὴ βουλομένου.

84 b 23 ἀλλ' ἡ ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ὁδὸς αὕτη ἐστίν, intell. ἣ προβεβηκότες εὑρήκαμεν ἤδη τὰς προτάσεις ὧν μηκέτι ἔστι μέσον, h. e. ἐπ' αὐτὰς τὰς ἀρχὰς προβεβήκαμεν. Quare bene Biese I. p. 265 „sobald eine neue Vermittelung nicht weiter möglich ist, so ist der Weg zu den Principien gewonnen". — Vs. 25 ᾧ ὑπάρχει, intell. τὸ *A*, οἷον τῷ *Γ*, καὶ εἰ τοῦτο ὑπάρχει τῷ *B*. — Vs. 26 codices secuti dedimus ἀρχή, quod Brandisius (Variet. lect. Aristot.) mutari vult in ἀρχαί: quam quidem lectionem Boethius et Philoponus videntur habuisse. Eandem etiam edd. Bas. et Pac. praebent. Nobis quidem

servata lectione quam codices ad unum omnes exhibent, locus sic videtur intelligendus esse: *εἰ δὲ μὴ ἔστι τι μέσον τοῦ A καὶ τοῦ B, οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, ἀλλ' ἀρχὴ ἤδη αὕτη ἡ πρότασίς ἐστιν* (*ἡ AB* intell.) s. *ἀλλ' εὑρήκαμεν ἤδη αὐτὴν τὴν τῆς ἀποδείξεως ἀρχήν* (cf. quae modo diximus ad v. 23). Si legitur *ἀλλ' ἀρχαί*, particula *ἀλλά* sensum turbare videtur: nam orationis membra quae opponuntur non recte sibi respondent „non datur demonstratio, sed tot sunt principia quot termini". — Praeterea notandum est, quod *στοιχεῖα* hic terminos appeliat, dum vs. 22 ipsas propositiones intelligat.

84 b 33 *καὶ οὕτως*... Iam habemus syllogismum „*AC*, *CB*, ergo *CB*", cuius propositio minor est *ἄμεσος* (vs. 32): quare ut demonstratio perficiatur per novum terminum medium (*D*), probari debebit maior hoc modo: *AD*, *DC*, ergo *AC* et sic porro: numquam igitur novus terminus medius qui assumitur extra terminum *A* poni poterit (cf. 84 a 36), ut intervallum quod relictum sit inter terminos *A* et *B* constipatis terminis mediis sensim expleatur, donec perveniamus ad id (e. g. *F*), de quo primo praedicetur *A*, quorum terminorum (*AF*) coniunctio, quum tam arcta sit, ut novo termino medio interposito alter ab altero separari nequeat, ab Aristotele vocatur *τὸ ἀδιαίρετον* (vs. 35), quam quidem vocem non satis intelligens Biese de terminis *A* et *B* interpretatus est: dicit enim I. p. 265 „bis endlich kein neues Mittelglied mehr zwischen ihnen (den äufsersten Begriffsmomenten) möglich ist und beide somit eine untheilbare Einheit bilden". V. Trdlbg. de an. p. 174.

85 a 1 *ἐν δ' ἀποδείξει καὶ ἐπιστήμῃ*, h. e. *ἐν δὲ τῇ ἀποδεικτικῇ ἐπιστήμῃ ὁ νοῦς*. Cf. 100 b 12 et quae ibi diximus. — Vs. 3 *ἔνθα μέν*, h. e. in prima figura. Pro *ὃ δεῖ μὴ ὑπάρχειν*, quibus verbis significatur id quod in conclusione praedicatur, accuratius dixisset *ὃ δεῖ μὴ ὑπάρχειν*: nam conclusio syllogismi est negans. — Vs. 7 *οὕτως*, h. e. *ὥστε λαμβάνεσθαι μέσον ὅρον οὐκ ἔξω πίπτοντα τοῦ μείζονος ἄκρου πρὸς τὸ δεῖξαι τὴν στερητικὴν πρότασιν*.

85 a 7 *ἐὰν δὲ δέῃ*... Ut in secunda figura per novum terminum medium probetur propositio negans — e. g. si demonstravimus *C* de omni *D* et de nullo vel non de omni *E*, ergo *D* de nullo vel non omni *E*, ut probetur propositio negans huius syllogismi — sic ratiocinabimur: *B* de omni *C* et de nullo

vel non de omni *E*, ergo *C* de nullo vel non de omni *E*: quam demonstrationem si ita producimus, ut ad probandam propositionem negantem novum syllogismum exstruamus, termino *E* in hoc syllogismo non uti non poterimus (*τοῦ E οὐδέποτ' ἔξω πεσεῖται* vs. 9). Terminus *E* autem erat is de quo negabatur *D* in syllogismo primo (*ᾧ οὐ δεῖ ὑπάρχειν*).

85 a 10 Denique in tertia figura si cogitur *A* de non omni et *B* de omni *C*, ergo *A* de non omni *B*, ut per novum syllogismum demonstretur propositio negans, hic syllogismus faciendus erit: *A* de non omni *D* et *C* de omni *D*, ergo *A* de non omni *C*: qua in demonstratione si pergitur, terminus *A* (qui in prima conclusione praedicatur, *ὃ δεῖ στερῆσαι*) semper manebit et praedicabitur in omnibus syllogismis, quum vero *B* (subiectum primae conclusionis, *ἀφ' οὗ δεῖ στερῆσαι*) de *C* et *C* de *D* praedicetur, praedicabitur etiam de omnibus mediis terminis qui assumantur: quare quanticumque assumuntur, terminis *A* et *B* ut certis finibus circumscripti erunt omnes.

Cap. 24. *De quibus rebus in sequentibus agatur.* 20 *Demonstratio particularis* (*quae pertinet ad τὰ ἄτομα*) *universali praestare videtur, tum quia ad singula quae cognoscere vult propius accedit,* 31 *tum quia ab errore, quo notiones universales per se solas consistere opinamur, animum abducit.* 64 *Utrumque refutatur.* 23 *Praestat universalis, primum quia veras rerum causas sola cognoscit,* 27 *tum quia non per aliud, sed per se vera est,* 86 a 3 *tum quia a singularum rerum infinitate quam maxime est aliena,* 13 *deinde quia propius abest a principiis ex quibus demonstrari debet,* 22 *denique quia particularem complectitur.*

85 a 21 *εἰ γὰρ...* Oratio *ἀνακόλουθος* est: namque prius orationis membrum, quum longius factum esset, ut in memoriam nobis revocaretur, de integro exorsus esset verbis *εἰ δή...* (vs. 28 sq.). Idem etiam in sequentibus accidit: nam quod inceptum est vs. 31, id repetitur b 1.

85 a 26 *ἡ δὲ καθόλου ἐπιδείκνυσι θάτερον θατέρῳ ὑπάρχειν δι' ἄλλο οὐ δι' αὐτό, οἷον ὅτι τὸ ἰσοσκελὲς δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει τὰς γωνίας, οὐχ ὅτι ἰσοσκελὲς ἀλλ' ὅτι τρίγωνον.*

85 a 37 Iustos demonstrandi fines non servant, sed ultra eos progredi videntur qui universali demonstratione utuntur (*προϊ-*

όντες δεικνύουσιν) item atque ii qui ratiocinantur *ἐκ τοῦ ἀνάλογον*: nam si quid probaverunt de linea, numero et corpore, idem valere dicunt de omnibus quae his sint similia, quamquam praeter lineam, numerum et corpus, quae in demonstratione nominaverunt, revera nihil exsistat, in quod haec demonstratio conveniat: latius iusto igitur demonstrationem extendunt. Sic etiam qui universali argumentatione utuntur sic ratiocinantur ac si res universales a singulis diversae et separatae exsistant.

85 b 4 Cum hoc loco universo cf. C. Heyder, Krit. Darst. der Arist. u. Hegelschen Dialektik I. p. 188 sqq. c. nott. At nonne primum quidem altera ratio, qua scientiam particularem universali potiorem esse probavimus (a 20—31), non minus convenit ei quod universale est quam ei quod de parte est, ut eodem argumento scientiam particularem potiorem esse demonstrare liceat? (De particula *ἤ* v. quae diximus ad 66 a 1: quare non opus est emendatione quam probavit Brandisius (Variet. lect. Aristot.), qui pro *ἤ πρῶτον* scribi vult *καὶ πρῶτον*). Namque quum scientia cognoscere debeat *τὰ καθ' αὑτὰ ὑπάρχοντα*, si triangulum duos rectos angulos habet non quatenus aequilaterum est, sed quatenus triangulum, is qui triangulum duos rectos habere ex ipsius trianguli natura demonstravit, hoc melius scit et rectius quam qui ex eo quod aequilaterum est. Nam si quis (vs. 8) de triangulo aliquid demonstravit quod cum natura trianguli non coniunctum est, non demonstravit; si vero coniunctum est cum natura trianguli, optime semper scit qui e vero rei principio demonstravit, h. e. ex ipsa natura trianguli. Quare etiam si (vs. 10) notio trianguli latius patet quam notio aequilateri, eadem utique universali trianguli notione utentes, ut nihil ambigui in ea insit, triangulum non quatenus aequilaterum sit, sed aequilaterum quatenus sit triangulum, duos rectos habere recte demonstrabimus. — Vs. 14 delevimus *τὸ* quod neque codd. neque edd. agnoscunt.

85 b 15 Deinde notiones universales, si unitatem quandam exprimunt et si alius earum est usus quam ut orationem ambiguam faciant, quum singula quae illis subiecta sint pereant, illae vero non corrumpantur, etiam rectius ipsae exsistere dicentur quam *τὰ ἄτομα*.

85 b 18 Denique erroris, quo notiones universales per se solas consistere opinamur, causa non in demonstratione est, sed in eo qui illam male intellexit (*ἀκούων*, de quo verbo Biese conferre iubet Wyttenb. animadvss. in Moral. Tom. I. p. 303 sq.): nam demonstratio ipsa minime postulat, ut notiones universales pro rebus capiantur quae per se consistant et *χωριστὰ* sint.

85 b 25 *τοῦτο αὐτὸ αὑτῷ αἴτιον*, intell. *τοῦ ὑπάρχειν αὐτῷ τὰ καθ' αὑτὸ ὑπάρχοντα.*

85 b 29 *ὅταν μὴ ᾖ τοῦτο γινόμενον ἢ ὂν ὅτι τι ἄλλο γένηται, ἀλλ' ὅτι αὐτό* (h. e. *ὅταν μὴ ᾖ δι' ἄλλο μηδ' ἄλλου ἕνεκα, ἀλλὰ δι' αὑτό*).

85 b 32 *καὶ οὕτως ἰόντες, ὅταν τι λάβωμεν ὃ μηκέτι δι' ἄλλο ἐστὶν μηδ' ἄλλου ἕνεκα, διὰ τοῦτο...*

85 b 36 *οὕτως*, h. e. *εἰ ἴσμεν τὸ μηκέτι δι' ἄλλο γινόμενον.* — Vs. 37 particula *ἄρα* melius abesset: quam quidem negligentiam Aristotelis stilo valde familiarem esse docuimus ad 17 b 1 et ad 52 b 19.

85 b 39 *ἔτι λείπεται διὰ τί τὸ ἰσοσκελὲς τέτταρσιν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει τὰς ἔξω γωνίας, τοῦτο δ' ἐστὶν ὅτι τρίγωνον.*

86 a 4 Scientia particularis singulas res, quae sensibus subiectae sunt, cognoscere studet: hae vero quum infinitae sint, scientiam non admittunt, sed sciri non possunt, nisi quatenus certis quibusdam finibus, quos notiones universales constituunt, circumscribuntur et comprehenduntur. — Vs. 5 ad *ἔστι δ'* intell. *τὰ κατὰ μέρος* s. *τὰ ἄτομα.*

86 a 9 *ἅμα γὰρ μᾶλλον τὰ πρός τι.* Quum *ἀπόδειξις* et *ἀποδεικτὸν* sint *τῶν πρός τι* et gradum admittant (cf. 6 b 20), simul et augentur et minuuntur: quare quod dicit hoc est: *τῶν πρός τι εἰ θάτερον μᾶλλον λέγεται καὶ θάτερον ἅμα λέγεται μᾶλλον, ὥστ' εἰ μᾶλλον ἀποδεικτά ἐστι τὰ καθόλου, καὶ μᾶλλον ἀπόδειξις ἔσται ἡ τῶν καθόλου ἀπόδειξις.*

86 a 10 Pro *ἔτι* dedimus *ἔτι εἰ* quod et Boethii versio et optt. codd. habent. Deletum videtur *εἰ*, ne oratio esset *ἀνακόλουθος*. Sed quum eadem anacoluthia occurrat 85 a 21 et 31, b 23 et 35 (cf. quae diximus ad vs. 37), 86 a 38, b 30 al., illud servandum duximus. — Haud parvam Aristotelis in scribendo negligentiam prodit, quod argumentum quod hic affert tam simile est eius quod exponit vs. 24 sqq., ut separari ab eo non debuerit.

86 a 14 Quum demonstratio incipere debeat a propositione quae ipsa demonstrari nequeat, id quod a vero demonstrationis principio propius abest meliorem efficit demonstrationem quam quod longius abest: quare, quum principium ipsum maxime universale esse debeat, demonstratio quae fit ex propositionibus universalibus praestabit ei quae fit ex particularibus.

86 a 24 *προτέραν πρότασιν* intelligit maiorem propositionem syllogismi affirmantis, *ὑστέραν* eam quaecunque illa continetur, h. e. et conclusionem et propositionem minorem. *Α τρίγωνον, Β ἰσοσκελές, Γ τὸ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχειν τὰς γωνίας.*

86 a 29 Propositionem universalem mente intuemur (v. quae dicemus ad 100 b 12), particularis vero a sensuum perceptione originem habet (*τελευτᾷ*).

Cap. 25. *Demonstratio quae propositionem affirmantem cogit praestat ei quae negantem colligit, tum quia in illa pluribus opus est quam in hac*, b 10 *tum quia propositio negans, ut demonstretur, affirmante indiget, affirmans negante non indiget*, 30 *deinde quia propositio affirmans, qua alteranititur, potior est et prior negante, quae principium est alterius*, 37 *denique quia affirmatio ad principii naturam propius accedit quam negatio.*

86 a 33 Demonstratio brevior per se spectata praeferenda est ei quae fit per ambages, si utraque conficitur ex propositionibus aeque manifestis. Nam si *AE* et tribus mediis terminis (*BΓΔ*) et duobus interpositis (*ZH*) demonstrari potest, propositio *AΔ* (b 2) in priore demonstratione aeque manifesta est atque conclusio alterius demonstrationis: nam utraque colligitur duobus terminis mediis interiectis. Quoniam autem *AE* cogi potest ex propositionibus *AΔ* et *ΔE*, id vero ex quo probetur (*AΔ*) etiam magis constare debeat quam quod probetur (*AE*), consequitur conclusionem *AE* per tres terminos medios demonstratam minus certam esse quam propositio *AΔ*: unde apparet conclusionem *AE* per duos medios terminos demonstratam certiorem esse, quam si per tres demonstretur. Colligit inde Aristoteles (b 7) demonstrationem quae propositionem affirmantem cogat, quum et conclusio negans et affirmans (*ἀμφότεραι*) e binis propositionibus cogi debeat, potiorem esse ea quae negantem faciat conclusionem, quia haec nihil ponat nisi quod affirmet,

illa vero et affirmantem et negantem propositionem habere debeat. Quam quidem argumentationem stare non posse facile apparet: nam quum in iis quae antecesserunt non nisi de numero propositionum locutus sit, de diversa earum qualitate cur idem valeat, certe non per se intelligitur.

86 a 34 Quid differant *αἴτημα*, *ὑπόθεσις*, *πρότασις* ex iis apparebit quae diximus ad 64 b 28, 40 b 25, 24 a 16.

86 a 37 Ratio, inquit, eius quod modo diximus, si rem universam spectamus, sic se habet. Omnibus codd. invitis dedimus *ὧδε*, quod Boeth. et vet. intp. habuerunt. Eandem lectionem, quae etiam Brandisio probatur (v. Variet. lect. Aristot.), iam exhibuerunt edd. Basil., Paris., Sylb., Casaub. Quem sensum praebeat lectio Bkki, equidem non video, lectio vulgaris vero *ὅδε* alienae correctionis speciem habet.

86 b 2 Restituimus *δὴ* pro *δὲ* ex codd. *np*, quibuscum consentiunt Boeth. et vet. intp. Hoc enim sensus totius loci flagitat, quem modo exposuimus.

86 b 6 *τῶν ἄλλων τῶν αὐτῶν ὑπαρχόντων*, h. e. *τῶν μέσων ὁμοίως γνωρίμων ὄντων ἐν ἀμφοτέραις*. — Ad vs. 7 *διά τε ὅρων*... cf. quae diximus ad 44 b 6 et I. p. 372 extr.

86 b 12 *τὴν μὲν δεῖ στερητικὴν εἶναι, τὴν δὲ καταφατικήν*.

86 b 13 Si demonstratio amplificatur eo, quod propositiones ex quibus facta est ipsae aliunde probantur, propositiones syllogismi affirmantis, dum ipsae affirmantes esse debeant, non demonstrantur nisi ex affirmantibus, quamquam aliter res se habet in syllogismo negante. Nam e. g. si propositiones *A* de nullo *B* et *B* de omni *C*, ex quibus cogitur *A* de nullo *C*, probantur terminis mediis interiectis *D* et *E* — *A* de nullo *D*, *D* de omni *B*, ergo *A* de nullo *B*; *B* de omni *E*, *E* de omni *C*, ergo *B* de omni *C* — propositiones affirmantes (vs. 13—15), ut omnes illius syllogismi propositiones novis syllogismis confectis probentur, plures accedunt (*DB*, *BE*, *EC*), negans semper una (*AD*). Eadem ratio obtinebit (vs. 23), si in quacunque alia figura syllogismus negans fiat. Item enim in his, quum alteram propositionem habere debeant affirmantem, alteram negantem, propositio affirmans demonstrabitur (vs. 24) per syllogismum, cuius medius terminus cum ambobus reliquis coniunctus propositiones affirmantes faciat, propositio negans vero per syllogismum, cuius altera propositio sola negans sit, ut, si propositiones sylle-

gismi negantis cuiuscunque demonstrentur, una propositio negans et tres affirmantes assumendae sint. Quare propositio negans ut demonstretur, indiget affirmante (quod parum accurate Aristoteles dixit verbis *δείκνυται δ' ἡ μὲν στερητικὴ διὰ τῆς κατηγορικῆς* vs. 28. Accuratius idem expressit vs. 38), affirmans negante non indiget.

86 b 22 *ἡ τὸ ΑΔ*. Ne quis delendum putet articulum *τό*, videat quae collegimus ad 54 a 8 coll. 87 a 24. Uncinis haec verba circumdedimus, quippe quae absint a versione Boethii, vet. intp. lat. et edd. nonnullis.

86 b 30 *ἀρχὴν συλλογισμοῦ* hic appellat propositionem *προτέραν* (a 24), *ἣν ἔχοντες ἴσμεν πως καὶ τὴν ὑστέραν καὶ ἔχομεν δυνάμει*: illa enim et conclusionem et minorem complectitur, conclusio vero eandem semper qualitatem habere debet quam ipsa.

Cap. **26.** *Exemplo proposito discrimen declaratur quod intersit inter demonstrationem quae recta procedat et eam quae ad absurdum deducat.* 17 *Ex ipsa utriusque demonstrationis natura rectam potiorem esse ostenditur.*

87 a 7 *εἰ δέοι*... Iam si servatis iisdem terminis propositio maior syllogismi quem modo habuimus per deductionem ad absurdum probanda sit, sumamus *A* de *B* et *B* de *C* praedicari, cogitur *A* de *C*, quod si absurdum esse aliunde cognovimus, altera huius syllogismi propositio falsa est: quare quum vera sit *BC*, relinquitur ut falsa sumta sit *AB*, ut appareat *A* non praedicari de *B*. (De deductione ad absurdum quae dicitur v. quae habuimus 41 a 31 coll. 45 a extr., 61 a 19 sqq.) Difficultates quas in hac argumentatione invenerunt veteres intpp. (v. schol. 234 b 12—24) Philop. ita solvit, ut dicat Aristotelem hoc modo ratiocinari. Si non datur conclusio syllogismi praecedentis *A* de nullo *C*, vera erit propositio *A* de aliquo *C*, quae si coniungitur cum altera propositione *B* de omni *C*, cogitur in tertia figura *A* de aliquo *B*, quod quum repugnet iis quae ab initio sumsimus, vera esse non poterit propositio *A* de nullo *B*. At hunc sensum nullo modo extorqueri posse ex iis quae dicit Aristoteles facile intelligitur: imo Aristotelis verba tam clara sunt, ut nullam aliam interpretationem admittant quam eam quam modo dedimus. Difficultates autem, quas interpretes in his invenire sibi videbantur, facile tolluntur eo, quod ille hoc loco

non id agit, ut quae recte et quae non recte demonstrentur deductione facta ad absurdum exponat, sed ut discrimen declaret quod sit inter demonstrationem quae recta procedat et deductionem ad absurdum: quod ut appareat, non curat ut quod cogatur verum sit, sed ut via et ratio qua utraque procedat ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν fiat conspicua. Difficultatum igitur, in quibus haeserunt interpretes, ipsi fuerunt auctores, non Aristoteles.

87 a 12 Termini igitur, quibus utraque ratiocinatio utitur, iidem sunt, differunt in propositione negante quae probatur: nam deductio demonstrat propositionem *AB*, recta demonstratio propositionem *AC*. Quare quum id quod minus manifestum sit et difficilius intelligatur probari semper debeat ex eo quod magis perspicuum sit et manifestum, deductio facienda est, si conclusio syllogismi *AC* facilius intelligitur quam *AB*, rectus vero syllogismus, si propositio *AB* magis manifesta est et aperta quam *AC*. Unde apparet demonstrationem rectam potiorem esse: nam quia *AC* colligitur ex *AB* et *BC*, propositio *AB* (τὸ ἐξ οὗ τὸ συμπέρασμα vs. 20) magis manifesta esse debet quam conclusio *AC*.

87 a 19 Demonstrationis rectae, ait, conclusio erat *AC*, *AB* vero propositio qua coniuncta cum propositione *BC* provenire debebat conclusio. Iam vero quum per deductionem ad absurdum propositionem *AB* negantem esse debere non continuo cogatur, deductio, quippe quae per ambages cogat, postponenda erit demonstrationi rectae (cf. 81 a 37 — b 9) — hanc enim sententiam etsi non expressam Aristotelem in mente habuisse patet ex iis quae sequuntur — namque si quid redarguitur, non fit continua conclusio quae falsum esse doceat quod redarguatur (οὐ τοῦτο συμπέρασμά ἐστιν vs. 21, h. e. οὐ τοῦτ' αὐτὸ ὃ δεῖ ἀναιρεῖσθαι μὴ εἶναι συμπεραίνεται, quod bene expressit Biese I. p. 270 extr. „wenn etwas zu widerlegen ist, so folgt das Gegentheil nicht sogleich in Form eines Schlusses"), sed cogitur absurdum esse aliquid eorum quae pro veris sumta sint et ex quibus collectum sit id quod redarguatur (ἐκεῖνα δὲ ἐξ ὧν, h. e. ἐκείνων δέ τι, ἐξ ὧν συνεπεράνθη ὃ δεῖ ἀναιρεῖσθαι, συμπέρασμα γίνεται).

87 a 22 Locum ita distinxit Bkkus, ut intelligi nequeat: nam comma aut ponendum erat post συλλογισμός aut plane omittendum. Sententia plana est. Ea ex quibus syllogismus con-

ficitur hanc rationem habere debent, ut alterum altero contineatur, sicut pars toto, quod non ita habet in deductione ad absurdum: haec enim propositionem AB affirmantem sumit, propositionem AC vero affirmantem esse posse negat (vs. 9).

Cap. 27. Alia doctrina alia subtilior est et accuratior.

De diversa doctrinarum subtilitate diximus ad 78 b 32, quibuscum cf. Plat. Phileb. 55 E.

87 a 32 ἐπιστήμη μία οὖσα καὶ ἡ αὐτὴ τοῦ ὅτι καὶ διότι ἀκριβεστέρα ἐστὶ τῆς τοῦ διότι μόνον, ἀλλὰ μὴ χωρὶς ὄντος τοῦ ὅτι (h. e. ἀλλ' οὐχ ἡ τοῦ ὅτι μόνον οὖσα ἐπιστήμη) ἀκριβεστέρα ἐστὶ τῆς τοῦ διότι.

87 a 34 τῆς ἐκ προσθέσεως, cf. quae diximus ad 81 b 3.

87 a 36 οὐσία ἄθετος, cf. quae diximus ad 5 a 15. Procl. in Eucl. Elem. lib. II. ἄθετος ἡ μονὰς ὡς ἄϋλος καὶ παντὸς ἔξω διαστήματος καὶ τοῦ που.

Cap. 28. Quid scientiam faciat unam, quid diversas, exponitur.

Quaecunque demonstrantur ex principiis quae ad unum genus pertinent unam disciplinam constituunt, diversae sunt quarum principia neque ex communi quodam fonte fluunt neque ita comparata sunt, ut altera ex alteris derivari possint: namque principia (b 2), quae ipsa non demonstrantur, eodem genere contineri debent atque ea quae ex iis demonstrantur, quoniam omnia (b 4) quae ex iis demonstrantur eidem generi subiecta esse debent.

Cap. 29. Idem pluribus modis demonstrari potest, ut termini medii et ex eodem genere desumti esse possint et e diversis.

87 b 7 Si B inest in genere Z, Z in genere Δ et Δ in Γ, denique Γ in A, propositio AB demonstrari poterit et per terminum Γ solum vel etiam per terminum Δ vel Z solum, et per Γ et Δ coniunctos et sic porro.

87 b 15 ἀνάγκη γὰρ . . . Si praedicatur A de Δ et Δ de B, deinde si A de H et H de B, consequitur ex propositionibus ΔB et HB Δ praedicari de aliquo H, quare Δ de aliqua parte eius termini (B) praedicabitur de quo praedicatur H.

Sic certe argumentatus videtur Aristoteles, quamquam vix intelligo quomodo acciderit, ut hoc falsum esse non viderit.

87 b 16 *ἐπισκέψασθαι δὲ* ... cf. quae diximus ad 48 a 21.

Cap. **30.** *Eorum quae in casu posita sunt non datur scientia.*

Cum iis quae hoc loco dicit cf. quae habuimus 32 b 17—22 et quae ibi diximus.

87 b 19 De *τύχῃ* v. 195 b 31 *λέγεται δὲ καὶ ἡ τύχη καὶ τὸ αὐτόματον τῶν αἰτίων, καὶ πολλὰ καὶ εἶναι καὶ γίνεσθαι διὰ τύχην καὶ διὰ τὸ αὐτόματον.* 196 b 21 *ἔστι δ' ἕνεκά του ὅσα τε ἀπὸ διανοίας ἂν πραχθείη καὶ ὅσα ἀπὸ φύσεως. τὰ δὴ τοιαῦτα ὅταν κατὰ συμβεβηκὸς γένηται, ἀπὸ τύχης φαμὲν εἶναι* ... *τὸ μὲν οὖν καθ' αὑτὸ αἴτιον ὡρισμένον, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἀόριστον* (1025 a 24 *οὐδὲ δὴ αἴτιον ὡρισμένον οὐθὲν τοῦ συμβεβηκότος ἀλλὰ τὸ τυχόν· τοῦτο δ' ἀόριστον*). 197 a 13 *ἔστιν αἴτιον ὡς συμβεβηκὸς ἡ τύχη, ὡς δ' ἁπλῶς οὐδενός, οἷον οἰκίας οἰκοδόμος μὲν αἴτιος, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ αὐλήτης.* 1065 a 25 *τὸ δ' οὐκ ἀναγκαῖον ἀλλ' ἀόριστον, λέγω δὲ τὸ κατὰ συμβεβηκός· τοῦ τοιούτου δ' ἄπειρα καὶ ἄπειρα τὰ αἴτια. τὸ δὲ ἕνεκά του ἐν τοῖς φύσει γιγνομένοις ἢ ἀπὸ διανοίας ἐστίν. τύχη δ' ἐστὶν ὅταν τι τούτων γένηται κατὰ συμβεβηκός. ὥσπερ γὰρ καὶ ὂν ἐστι τὸ μὲν καθ' αὑτὸ τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκός, οὕτω καὶ αἴτιον. ἡ τύχη δ' αἴτιον κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν ἕνεκά του γιγνομένοις. διὸ περὶ ταὐτὸ τύχη καὶ διάνοια· προαίρεσις γὰρ οὐ χωρὶς διανοίας. τὰ δ' αἴτια ἀόριστα ἀφ' ὧν ἂν γένοιτο τὰ ἀπὸ τύχης· διὸ ἄδηλος ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ καὶ αἴτιον κατὰ συμβεβηκός, ἁπλῶς δ' οὐθενός.* 197 a 18 *καὶ τὸ φάναι εἶναί τι παράλογον τὴν τύχην ὀρθῶς· ὁ γὰρ λόγος ἢ τῶν ἀεὶ ὄντων ἢ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἡ δὲ τύχη ἐν τοῖς γιγνομένοις παρὰ ταῦτα.* Ib. 36 *διαφέρει δ' ὅτι τὸ αὐτόματον ἐπὶ πλεῖόν ἐστι· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τύχης πᾶν ἀπὸ ταὐτομάτου, τοῦτο δ' οὐ πᾶν ἀπὸ τύχης.* Ib. b 20 *φανερὸν ὅτι ἐν τοῖς ἁπλῶς ἕνεκά του γινομένοις, ὅταν μὴ τοῦ συμβάντος ἕνεκα γένηται οὗ ἔξω τὸ αἴτιον, τότε ἀπὸ ταὐτομάτου λέγομεν· ἀπὸ τύχης δὲ τούτων ὅσα ἀπὸ ταὐτομάτου γίνεται τῶν προαιρετῶν τοῖς ἔχουσι προαίρεσιν.* Ib. 31 *ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἄρα κατέπεσεν ὁ λίθος, ὅτι πέσοι ἂν ὑπό τινος καὶ τοῦ πατάξαι ἕνεκα.* Cf. 333 b 7. 1323 b 28 *τῶν μὲν γὰρ ἐκτὸς ἀγα-*

θῶν τῆς ψυχῆς αἴτιον ταὐτόματον καὶ ἡ τύχη, δίκαιος δ' οὐδεὶς οὐδὲ σώφρων ἀπὸ τύχης οὐδὲ διὰ τὴν τύχην ἐστίν. 701 b 2 et 10 *αὐτόματα* ea sunt quae etiam nos eodem nomine significamus.

Cap. 31. *Sensuum perceptio non efficit scientiam*, 88 b 9 *quamquam sunt quae nesciuntur, quia non percipiuntur sensibus.*

Cf. cum hoc cap. quae disputat K. Heyder Krit. Darstellung und Vergleichung der Aristotelischen u. Hegelschen Dialektik p. 164 sqq. et p. 173 not.

87 b 28 *εἰ γὰρ καὶ ...* Etiam si concedatur sensu percipi non solum *τὸ ἄτομον*, sed qualitatem quandam rerum quodammodo universalem („etwas comparativ, relativ Allgemeines," cf. 100 a 17), tamen sensuum perceptio certis semper et temporis et loci finibus circumscripta est, quibus notiones universales non coarctantur, ut quod universale sit sensibus percipi nequeat. Quare quum scientia sit cognitio universalis quae demonstratione facta e veris rerum causis comparetur, etiam si triangulum duos rectos habere vel lunam deficere oculis cerneremus, tamen harum rerum causas, quas novisse debet qui scientiam habet, non cerneremus oculis, sed ut intelligeremus, ratiocinatione utendum esset quae notionibus universalibus niteretur.

88 a 1 *νῦν* quod post *ὅτι* adiecit Bkk. et in Boethii versione deest et in plerisq. edd. prr. Illatum autem videtur in contextum ex Philoponi explicatione (schol. 236 b 37). Accedit quod etiam propterea omittendum videtur, quod h. l. non sibi opponuntur *τὸ ὅτι νῦν* et *τὸ διότι ὅλως*, sed simpliciter *τὸ ὅτι τῷ διότι*. Dicit enim hoc. *ἠσθανόμεθα γὰρ ἂν τὸ ὅτι, οὐχ ὅλως τὸ διότι*, quod apparet ex iis quae antecesserunt.

88 a 2 *οὐ μὴν ἀλλ' ...* Quomodo comparetur cognitio universalis ex singulis quae sensibus subiecta sint, videbimus Anal. post. II. c. 19.

88 a 6 Quare in iis quorum causa aliunde suspensa est (*ὅσων ἕτερον τὸ αἴτιον*) cognitio quam maxime universalis potior est omni alia, quae vel ex sensuum affectione gignatur vel etiam ex cogitatione sola originem habeat: eorum vero (vs. 8) quae non aliunde probantur, quippe quibus nitatur omnis ra-

tiocinatio, alia ratio est: haec enim mente ipsa intuemur et quasi amplectimur (100b 12).

88a 10 Reduximus ex codd. *nf* quod ante Bkkum legebatur *ἀποδεικτῶν*: sensus enim hoc flagitat. Boeth. et vet. intp. vertunt „demonstratorum". Cf. quae diximus ad 48a 37. — *εἰ μή τις...*, h. e., ut dicit 1096a 2, *εἰ μὴ θέσιν διαφυλάττων.*

88a 11 Bene animadvertit Philop. (schol. 237a 9 sqq.) addi haec ab Aristotele propter ea quae dixit c. 18, ne quis putet ea quae modo disputaverit repugnare iis quae supra dixerit.

88a 13 *ἀλλ' ὡς ἔχοντες...*, quod explicatur vs. 16: non ita quidem, ait, ut ipsa sensuum perceptio scientiam efficiat, sed ita, ut quod in singulis accidere videamus idem etiam in omnibus accidere coniicientes universe intelligamus.

88a 16 Bkkus scripsit *τῷ* ex coniectura, quam ne unus quidem liber confirmat, nos *τό*: nam praepositio *διά* explicationis gratia addita videtur in quibusdam libris: cuius omissionis exempla collegimus ad 3b 13.

Cap. 32. *Non eadem sunt omnium disciplinarum principia.*

88a 19 *λογικῶς*, cui opponitur vs. 30 *ἐκ δὲ τῶν κειμένων*, h. e. ex iis quae de ipsis artis demonstrandi principiis adhuc exposuit Aristoteles. Non possunt omnium syllogismorum eadem esse principia, quum alii falsi sint, alii veri. Nam si quis dicat veri et falsi idem principium esse posse, quia fieri possit, ut ex falsis propositionibus vera proveniat conclusio, redarguitur eo, quod hoc non nisi semel fit. Etenim sint falsae propositiones *A* de omni *B*, *B* de omni *C*, ex quibus vera exeat conclusio *A* de omni *C*. Iam si demonstrationem ita producimus, ut propositiones falsas ex quibus coactum est *AC*, ipsas per novos syllogismos demonstrare velimus, hoc fieri non poterit nisi ex propositionibus falsis, quia falsum est id quod probari debet. Patet igitur veri et falsi non eadem esse principia: nam etiam si semel factum sit, ut ex propositionibus non veris vera proveniat conclusio, tamen, simulatque demonstratio producitur *εἰς τὸ ἄνω*, ut probentur propositiones ipsae, unde conclusum sit, falsae ratiocinationis falsum utique esse principium apparet, verae ratiocinationis verum (vs. 26), principia vero falsa et vera reapse diversa sunt. — Vs. 20 Brandisius (Variet. lect. Aristot.) legi mavult

κἂν γὰρ εἴη, quod Boeth. videtur habuisse, qui vertit „et si enim sit verum".

88 a 27 Deinde ne ea quidem quae falsa sunt ex iisdem semper principiis cogi possunt: sunt enim ipsius falsitatis differentiae: nam alia falsa sunt, quia ponunt contraria, ut si quis dicat iustitiam esse iniustitiam vel id quod aequale sit esse maius vel minus; alia, quia connectunt quae coniungi nequeunt, ut si quis dicat hominem esse equum.

88 a 31 At neque eorum quae vera sunt eadem principia esse possunt: nam si essent, ex his continua demonstratione derivari possent omnia, ut nulla daretur scientiae pars, quae non cum quacunque alia parte connexa colligataque esset: quod si ita esset, etiam singularum disciplinarum principia non genere diversa, sed ita comparata esse deberent, ut alterum ex altero flueret (ἐφαρμόττουσαι), quod intelligeretur per continuam ratiocinationem, in qua notiones universales (principia) alterius doctrinae cum notionibus alterius ita copulari deberent, ut altera inter altera aut interponerentur sicut terminus medius inter maiorem et minorem, aut de alteris praedicarentur ut genus de specie (ἄνωθεν vs. 35) aut iis subiecta essent (κάτωθεν) aut simul et medium et extremum locum utrumcunque (primum et tertium) in iis occuparent, ut partim antecederent partim consequerentur.

88 a 36 Neque esse possunt quaedam propositiones universales ex quibus omnia demonstrentur: nam unaquaeque disciplina certam quandam habet regionem, quae genere ad quod pertinet definitur. Unicuique generi autem quaedam sunt propria: ad haec igitur si accommodantur propositiones istae universales, cum his coniunctae singulas doctrinas demonstratione facta gignunt et procreant.

88 b 3 Deinde numerus propositionum ex quibus colligitur certe haud multo minor esse poterit quam numerus conclusionum, imo maior esse debet — nam nova conclusio non provenit, nisi novus terminus sive medius interiiciatur sive extrinsecus adiiciatur vel ἀπὸ τοῦ ἄνω vel ἀπὸ τοῦ κάτω — si autem ex iisdem principiis omnes disciplinae derivari possent, conclusionum numerum infinitum esse (nam quae demonstrari possunt in quaque doctrina nullis finibus circumscripta sunt), terminorum vero finitum concedendum erit: nam qui omnia ex iisdem principiis demònstrari contendit, haec ipsa principia cognita habere debebit, ut ea numerare possit.

88 b 7 Alia principia necessaria sunt, alia non necessaria: quare si ex utrisque demonstratur, non eadem sunt omnium disciplinarum principia, sed diversa *τῷ εἶδει*. — *αἱ ἀρχαὶ* (non *τῶν ἀρχῶν*) *αἱ μὲν... αἱ δέ*, cf. 690 b 24 *οἱ γὰρ ἰχθύες, καθάπερ εἴρηται πρότερον, οἱ μὲν οὐ δοκοῦσιν ἔχειν... οἱ δ' ἀδιάφθορον ἔχουσιν* (*γλώττην* intell.). 489 a 15 *ὅσα μὲν οὖν ἀναγκαιότατα μόρια τοῖς ζῴοις τὰ μὲν πᾶσιν ἔχειν συμβέβηκε τὰ δὲ τοῖς πλείστοις, ταῦτ' ἐστίν.*

88 b 11 Si quis alia principia geometriae, alia arithmeticorum, alia medicinae esse dicat, diversa esse singularum disciplinarum principia contendit: nam qui eadem omnium esse principia statuit, hoc certe non ita intelliget, ut omnia principia eadem sint quae sint, neque ita, ut quodcunque placeat (vs. 15) demonstrari possit ex principiis quibuscunque: apparet enim hoc fieri non posse et in iis disciplinis quae, sicut mathematica, certam quandam viam et rationem sequuntur et quarum aditus patet omnibus (*φανεροῖς* vs. 17), et in syllogismorum analysi: nam si syllogismi ad propositiones reducuntur ex quibus confecti sunt, ad novam conclusionem faciendam etiam nova propositione opus esse patet. Si quis autem eas propositiones principia demonstrationis esse dicat, quae ipsae demonstrari nequeant et ex quibus primis omnes syllogismi conficiantur, in unoquoque genere una erit propositio, unde doctrina quae ad hoc genus pertineat manet, ut eadem disciplinarum omnium principia esse non possint.

88 b 22 *εἰ δὲ μήτε λέγοι τις οὕτως τὰς αὐτὰς εἶναι ἁπάντων ἀρχὰς ὡς δέον δείκνυσθαι ἐξ ἁπασῶν ὁτιοῦν.* Iam si ponamus neque ex quocunque principio demonstrari posse propositionem quamcunque, neque tamen ita diversa esse principia, ut alia alius doctrinae sint, reliquum est, ut videamus num fieri possit, ut, quamquam neque plane eadem sint neque plane diversa, tamen cognationem quandam inter se habeant, ita ut alia ex aliis demonstrentur. Sed ne hoc quidem (vs. 26) fieri potest: nam si quae demonstranda sunt genere differunt, principia ipsa genere differre supra demonstravimus. Etenim (vs. 27) quamquam sunt principia omnibus disciplinis communia (nam propositionibus quibusdam universalibus omnes utuntur sine discrimine), tamen etiam sunt alia quae singulis propria sunt. — Vs. 23 Brandisius (Variet. lect. Aristot.) legi mavult *λείπεται ὅτι συγγ.*, at nostra lectio optime

habet: nam sententia haec est: λείπεται ὅτι σκοπῶμεν εἰ ἐνδέχεται συγγενεῖς εἶναι πάσας.

Cap. **33.** *Quid intersit inter scientiam et opinionem, exponitur.* 89 a 11 *Res, in quibus scientia et opinio versantur, quodammodo eaedem sunt, quamquam, quum cognoscendi ratio diversa sit, etiam res ipsae quae cognoscuntur differunt.* 38 *Opinari simul et scire idem nemo potest.*

88 b 35 οὐδὲ νοῦς, intell. ἐστὶ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν: nam hic scientiam habet eorum quae demonstrationem non admittunt, primas propositiones easque necessarias, ex quibus demonstrantur omnia, sola cogitatione comprehendit et per se intelligit.

89 a 1 Postquam exposuit qua in re differant scientia et opinio (male Biese I. p. 278 sqq. δόξαν vertit „Vorstellung" Hegelii locutionem imitatus), addit qua in re conveniant: namque utraque in iis versatur et ad ea pertinet, quae vel vera vel falsa sunt. Consequitur opinionem versari in iis quae neque demonstrari possint neque necessario talia eveniant qualia eveniant: quod etiam communi consuetudine sermonis comprobatur.

89 a 11 Si igitur scientia est eorum quae necessario eveniunt, opinio eorum quae non necessario, aut non videtur eiusdem rei opinio dari et scientia aut opinionis et scientiae nullum erit discrimen (parum accurate Biese I. p. 279 huius loci sententiam reddidit): ratiocinatur enim et qui scit et qui opinatur, uterque igitur, si demonstrationem persequatur ἐπὶ τὸ ἄνω, donec ad eas propositiones ascendat quae demonstrationem non admittant, eodem modo ratiocinabitur, quamvis alterum opinari, alterum scire dicamus: quare scientia non differre videtur ab opinione. Quam quidem difficultatem Aristoteles solvit hoc modo. Profecto, ait, qui necessaria quibus ratiocinatio quam fecit nititur principia pro aeque certis habet atque definitiones a quibus omnis vera demonstratio incipit, is non opinabitur, sed sciet: sin autem pro veris quidem habeat neque tamen necessaria putet et cum ipsius rei natura coniuncta, opinionem, non scientiam habebit: quae quidem opinio si propositionibus nitatur quae demonstrationem non admittant, et verum esse quod contendat et cur verum sit intelligere opinabitur (namque veram rei causam perspectam habere putabit), sin autem primas propositiones, ex qui-

bus probari possit quod contendat, ignoret, fundamentum quidem et primam causam qua argumentatio sua nitatur nescire, rem vero ipsam quam contendat veram esse opinabitur.

89 a 12 Dedimus ἔσται ex codd., cum quibus Boethii versio conspirat. Eadem vs. 13 habet „consequitur", quod mendum videtur esse pro „consequetur": quare nos exhibuimus ἀκολουθήσει, non ἀκολουθοῦσι, quod codd. praebent, praesertim quum etiam Philop. illam lectionem habuisse videatur (schol. 239 a 22). — Vs. 17 verborum collocatio locum difficilem reddidit: nam nemo certe haereret, si verbum ἔχειν vs. 18 haberetur ante ὑπολήψεται vs. 17. — Vs. 23 interrogationis signum delevimus, quamquam in simili loco adiecimus 85 b 5, quod hoc loco propterea factum est, quia Aristotelem ipsum inceptae interrogationis oblitum esse e fine orationis apparet vs. 22 sq.

89 a 23 Ut opinio eiusdem rei quodam modo et vera et falsa esse potest, quia ad eandem rem refertur utraque (utraque idem habet ὑποκείμενον), sic etiam opinio et scientia eiusdem rei sunt, quia ad eandem rem referuntur. Si quis vero opinionem veram et falsam eiusdem rei esse ita dicat, ut eandem opinionem modo veram modo falsam esse contendat, quod Protagorae placuit, inter alia quae inde consequuntur absurda etiam dicendum erit eum qui quid falso opinetur ne opinari quidem: nam qui falsam opinionem habet aut opinatur id quod vero contrarium est aut ne opinatur quidem.

89 a 27 ἄτοπα συμβαίνει... Oratio parum cohaeret: pergit enim ac si praecessisset τῷ λέγοντι τοῦ αὐτοῦ εἶναι δόξαν ἀληθῆ καὶ ψευδῆ.

89 a 31 οὕτω τοῦ αὐτοῦ, intell. δόξαν ἀληθῆ καὶ ψευδῆ εἶναι ἐνδέχεται. Res ipsa (das Object der Meinung), de qua aliquid opinamur, eadem manet, sive veram sive falsam opinionem habemus, id vero quod res est quatenus cogitatione comprehenditur (τὸ τί ἦν εἶναι κατὰ τὸν λόγον) et ratio cognoscendi differt.

89 a 35 εἰ ἡ μὲν καθ' αὑτὸ γνωρίζει τὸν ἄνθρωπον καὶ ἦ ἄνθρωπος, ἡ δὲ κατὰ συμβεβηκός· τὸ αὐτὸ γὰρ ὑποκείμενόν ἐστιν ἑκατέρᾳ, ὁ δὲ τρόπος τῆς γνώσεως διαφέρει.

89 b 2 Quod alius opinatur idem alius scire potest, idem homo simul non potest: nam si simul sciret et opinaretur, simul intelligeret hominem non esse non posse animal et hominem

posse non esse animal: nam si qui opinatur id quod verum esse putat etiam non esse posse sibi persuadet, is qui hominem animal esse opinatur non necessario hoc ita esse putat. *τοῦτο γὰρ ἔστω τὸ ἐνδέχεσθαι ἄλλως ἔχειν*, h. e. nam verbum *ἐνδέχεσθαι* hic ita accipimus, ut qui opinetur etiam contrarium eius quod pro vero habet esse posse sibi persuadeat.— Imperativum *ἔστω* et optt. codd. praebent et Boethius legisse videtur: vertit enim „hoc enim sicut contingere", in quibus pro „sicut" scribendum esse „sit" per se intelligitur. Accedit quod talis imperativi usus frequentissimus est apud Aristotelem, v. quae diximus ad 73 b 25. — Vs. 3 suspicionem movet vox *οὐδ'*, quam Boethius vertit „nihil". Melius esset, si haberetur *οὐχ*.

Cap. 34. *Quid sit sagacitas, explicatur.*

89 b 13 *ἢ διαλεγόμενον ἰδὼν πλουσίῳ ἔγνω διὰ τί διαλέγεται, διότι δανείζεται.*

89 b 14 *πάντα γὰρ...* Nam qui sagax est omnes causas quae in medio esse possint videt, simulatque novit eos terminos qui per illas coniungendi sunt.

Lib. II. cap. 1. *Quod quaeritur quadruplex est: num res sit, quid sit, quale sit, per quia vel propter quid sit.*

Totius libri argumentum bene enarravit C. Kühn de notionis definitione qualem Aristot. constituerit. Hal. 1844.

89 b 23 V. Trdlbg. El. log. p. 74 sq. Quum quaeritur *εἰ ἔστιν*, quaestio est de ipsius rei exsistentia (hoc est enim quod vs. 33 significat verbo *ἁπλῶς*), quum quaeritur *τὸ ὅτι*, quaestio est de qualitate, quae rei adhaereat et cum ea quo modo cunque coniuncta sit, quamquam non ipsius rei naturam exprimat: nam quae ad ipsam rei naturam pertinent, ea continentur *τῷ τί ἐστιν*: quare saepissime Aristoteles distingnit *τὸ τί ἐστιν* et *τὸ ὁποῖόν τί ἐστιν* (h. e. *τὸ ὅτι*: cf. enim schol. 240 b 31, 11 a 19, 12 a 15, 16 b 37 al.). 1274 b 32 *τῷ περὶ πολιτείας ἐπισκοποῦντι, καὶ τίς ἑκάστη καὶ ποία τις, σχεδὸν πρώτη σκέψις περὶ πόλεως ἰδεῖν...* 1098 a 32 *ὁ γὰρ τέκτων καὶ γεωμέτρης διαφερόντως ἐπιζητοῦσι τὴν ὀρθήν· ὁ μὲν γὰρ ἐφ' ὅσον χρησίμη πρὸς τὸ ἔργον, ὁ δὲ τί ἐστιν ἢ ποῖόν τι*, al. De quaestione *τοῦ διότι* v. 1041 a 10 *ζητεῖται δὲ τὸ διὰ τί ἀεὶ οὕτως, διὰ τί ἄλλο ἄλλῳ τινὶ ὑπάρχει.* Quare pergit

vs. 14 τὸ μὲν οὖν διὰ τί αὐτό ἐστιν αὐτό, οὐθέν ἐστι ζητεῖν. δεῖ γὰρ τὸ ὅτι καὶ τὸ εἶναι ὑπάρχειν δῆλα ὄντα, λέγω δ' οἷον ὅτι ἡ σελήνη ἐκλείπει. Quibuscum consentiunt quae cap. 2 leguntur. De eo quod dicit vs. 34 v. 698 a 10 ὅτι τὸ πρῶτον κινοῦν ἀναγκαῖον ἀκίνητον εἶναι, διώρισται πρότερον, ὅτιπερ καὶ περὶ κινήσεως ἀϊδίου, πότερον ἔστιν ἢ οὐκ ἔστι, καὶ εἰ ἔστι, τίς ἐστιν.

89 b 25 εἰς ἀριθμὸν θέντες, quum singulas propositae quaestionis partes, quippe quae se invicem excludant, enumeramus: debent enim numerari, quia, si quid praetermissum est, proposita quaestio non pertractatur.

Cap. 2. Quadruplex illa quaestio ad duplicem redigitur: nam aut num sit terminus medius aut, si est, quis sit quaeritur. In omni quaestione igitur terminus medius investigatur, qui causam exprimat, ob quam maior de minore praedicari debeat.

89 b 37 Si quaeratur τὸ ὅτι, quaeri dicit τὸ ἐπὶ μέρους, quia non de re universa, h. e. non de exsistentia rei quaestio sit, sed de aliqua parte eorum quae cum ea coniuncta sint (εἰ ἔστι τι ἢ μὴ ἔστι τι 90 a 3): si vero quaeritur τὸ εἰ ἔστιν, res universa (ἁπλῶς) in dubium vocatur. Convenit autem altera quaestio cum altera in eo, quod in ambabus quaeritur, num sit terminus medius, differunt in eo, quod altera (quae est τοῦ εἰ ἔστιν) quaerit num sit terminus medius, qui causam exprimat, ob quam res ipsa (τὸ ὑποκείμενον vs. 12) exsistat (αἴτιον τοῦ εἶναι ἁπλῶς τὴν οὐσίαν vs. 10), altera vero quaerit, num sit terminus medius, qui exprimat causam, ob quam aliud quid (τὸ τί vs. 13) de re ipsa praedicetur (τὸ αἴτιον τοῦ εἶναι μὴ ἁπλῶς ἀλλά τι vs. 10), sive καθ' αὑτὸ praedicetur sive κατὰ συμβεβηκός (vs. 11). Iam vero si compertum habemus, num res ipsa exsistat vel num quid de ea praedicetur, quaestionem instituimus τοῦ διὰ τί ἐστι vel τοῦ τί ἐστιν. Namque dum antea quaerebatur num sit terminus medius, nunc quis sit (τί οὖν τοῦτ' ἔστι vs. 9) investigatur: qua in re utraque quaestio (ἡ τοῦ τί ἐστιν et ἡ τοῦ διὰ τί ἐστιν) convenit, quum omnis quaestio iam in eo versetur, ut rei subiectae naturam s. causam per quam res ipsa exsistat vel ob quam aliud quid de ea praedicetur, exploremus, quam quidem causam terminus medius exprimere debet. Utram-

que quaestionem revera eandem esse exemplis allatis probat vs. 15 sqq. Apparet in his quaestionem omnium gravissimam esse τοῦ διότι, quamquam aliter res se habet in ea philosophiae parte quae ad vitam et mores pertinet: quare ut doceat non subtili argumentatione, sed factis opus esse ad virtutem colendam, quod saepius inculcat, 1095 b 6 *ἀρχὴ γὰρ*, inquit, *τὸ ὅτι· καὶ εἰ τοῦτο φαίνοιτο ἀρκούντως, οὐδὲν προσδεήσει τοῦ διότι.* Praeterea cf. cum iis quae diximus 1041 a 24 *οἷον διὰ τί βροντᾷ; διότι ψόφος γίγνεται ἐν τοῖς νέφεσιν· ἄλλο γὰρ οὕτως κατ' ἄλλου ἐστὶ τὸ ζητούμενον. καὶ διὰ τί ταδί, οἷον πλίνθοι καὶ λίθοι, οἰκία ἐστίν; φανερὸν τοίνυν ὅτι ζητεῖ τὸ αἴτιον· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι, ὡς εἰπεῖν λογικῶς. ὃ ἐπ' ἐνίων μέν ἐστι τίνος ἕνεκα, οἷον ἴσως ἐπ' οἰκίας ἢ κλίνης, ἐπ' ἐνίων δὲ τί ἐκίνησε πρῶτον· αἴτιον γὰρ καὶ τοῦτο. ἀλλὰ τὸ μὲν τοιοῦτον αἴτιον ἐπὶ τοῦ γίνεσθαι ζητεῖται καὶ φθείρεσθαι, θάτερον δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ εἶναι.*

90 a 14 Verba *εἰ ἐν μέσῳ ἢ μή* satis negligenter addidit in fine, quum quod dicere voluisse videtur hoc sit: *τὸ δὲ τί ζητεῖν λέγω, ὅταν ζητῶμεν εἴ τινα καθ' ὑποκειμένου λεγόμενα, οἷον ἔκλειψις ἰσότης ἀνισότης, ἐν μέσῳ τινί ἐστιν ἢ μή*, h. e. *ὅταν ζητῶμεν, εἴ τινα καθ' ὑποκειμένου λεγόμενα ἐνυπάρχει ἐν μέσῳ τινί, δι' ὃ κατηγορεῖται καθ' ὧν κατηγορεῖται· τὸ γὰρ μέσον τὸ αἴτιόν ἐστι τοῦ κατηγορεῖσθαι θάτερον θατέρου, ὥστ' ἐν τούτῳ πρότερον δεῖ ἐνυπάρχειν τὸ κατηγορούμενον.*

90 a 21 Exemplo probat quod vs. 8 seq. universe dixit.

90 a 24 Si et res ipsa et causa unde orta est sub sensus cadit, medium terminum, per quem probemus verum esse id quod sensibus percipimus, non quaerimus: unde apparet terminum medium quaeri, si nos lateat quae sit rei causa.

Cap. 8. Non quaecunque demonstrantur etiam per definitionem sciri possunt, b 18 *neque quaecunque definiuntur, per demonstrationem.* 28 *Imo nihil quod definiri potest demonstrationem admittit.*

90 a 31 *ἀναγωγῆς*, h. e. *ἀναλύσεως*, quo sensu saepissime legimus verbum *ἀνάγειν* in Anal. pr., ut significet investigare propositiones ex quibus aliquid coactum sit.

90 a 38 *διαπορήσαντες πρῶτον.* Solet Aristoteles, antequam quid ipse sentiat accuratius exponat, quaestionem incipere a difficultatibus, quibus via, qua procedendum sit, obstruatur, vel

etiam ab eo quod alii de eadem re statuerint et quod primo aspectu maxime placere videatur. Cf. 1145 b 2 δεῖ δ', ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, τιθέντας τὰ φαινόμενα καὶ πρῶτον διαπορήσαντας οὕτω δεικνύναι μάλιστα μὲν πάντα τὰ ἔνδοξα περὶ ταῦτα τὰ πάθη, εἰ δὲ μή, τὰ πλεῖστα καὶ κυριώτατα· ἐὰν γὰρ λύηταί τε τὰ δυσχερῆ καὶ καταλείπηται τὰ ἔνδοξα, δεδειγμένον ἂν εἴη ἱκανῶς. Ritter l. l. III. p. 100 sq. Zell ad Eth. Nic. VI, 12, 3. 349 a 14 περὶ δ' ἀνέμων καὶ πάντων πνευμάτων, ἔτι δὲ ποταμῶν καὶ θαλάττης λέγωμεν, πρῶτον καὶ περὶ τούτων προαπορήσαντες πρὸς ἡμᾶς αὐτούς. 464 b 21 ἀρχὴ δὲ τῆς σκέψεως ἀναγκαία πρῶτον ἐκ τοῦ διαπορῆσαι περὶ αὐτῶν. 995 a 27 ἔστι δὲ τοῖς εὐπορῆσαι βουλομένοις προὔργου τὸ διαπορῆσαι καλῶς· ἡ γὰρ ὕστερον εὐπορία λύσις τῶν πρότερον ἀπορουμένων ἐστί, λύειν δ' οὐκ ἔστιν ἀγνοοῦντας τὸν δεσμόν... διὸ δεῖ τὰς δυσχερείας τεθεωρηκέναι πάσας πρότερον, τούτων τε χάριν καὶ διὰ τὸ τοὺς ζητοῦντας ἄνευ τοῦ διαπορῆσαι πρῶτον ὁμοίους εἶναι τοῖς ποῖ δεῖ βαδίζειν ἀγνοοῦσι, καὶ πρὸς τούτοις οὐδ' εἴ ποτε τὸ ζητούμενον εὕρηκεν ἢ μὴ γινώσκειν· τὸ γὰρ τέλος τούτῳ μὲν οὐ δῆλον, τῷ δὲ προπεπορηκότι δῆλον. Quare verbum διαπορεῖν explorandi notionem habet 1086 a 34 ταῦτα δ' ὅτι οὐκ ἐνδέχεται διηπόρηται πρότερον. 899 b 9 τὸ γὰρ θᾶττον ὀξύ, ὥσπερ καὶ διηπόρηται. 699 a 26 ὅτι μὲν οὖν ἔχει τι καὶ πρὸς τὴν ὅλην φύσιν οὕτως ὥσπερ ἡ γῆ πρὸς τὰ ζῷα καὶ τὰ κινούμενα δι' αὐτῶν, ἐκ τῶν τοιούτων ἄν τις διαπορήσειεν. Eodem sensu quo ἀπορία usurpatur etiam δυσκολία ab Aristotele, v. e. g. 1074 b 17. Negligentiam quandam habet quod dicit 770 a 30 περὶ δὲ τῆς πολυτοκίας καὶ τοῦ πλεονασμοῦ καὶ τῆς ὀλιγοτοκίας καὶ μονοτοκίας καὶ τῆς ἐνδείας τῶν μερῶν ἀπορήσειεν ἄν τις: nam quid dubitetur exponitur 771 a 14 ἡ δὲ σκέψις ἐστὶν ἡ περὶ τούτων, πότερον τὴν αὐτὴν αἰτίαν δεῖ νομίζειν τῆς μονοτοκίας καὶ τῆς ἐνδείας τῶν μερῶν καὶ τοῦ πλεονασμοῦ καὶ τῆς πολυτοκίας ἢ μὴ τὴν αὐτήν.

90 b 3 Non quaecunque demonstrantur etiam definiri possunt: definitur enim quid aliqua res sit, quod universali semper affirmatione exprimi debet, dum per syllogismos secundae et tertiae figurae propositio universe affirmans cogi nequit. Deinde (vs. 7) ne id quidem quod in prima figura colligitur definitionem admittit, quia quae demonstrari possunt non sciuntur nisi per demonstrationem, ut, si definitionem ad-

mitterent, scirentur et quatenus definita et quatenus demonstrata essent. (Eodem modo argumentatur Aristoteles 993 a 7, nisi quod pro ἀποδείξει ponit αἰσθησιν: ἔτι δὲ ὧν ἐστιν αἴσθησις, ταῦτα πῶς ἄν τις μὴ ἔχων τὴν αἴσθησιν γνοίη;) Denique (vs. 14) etiam inductione facta probatur nihil eorum quae demonstrentur per definitionem cognosci: numquam enim adhuc per definitionem cognovimus quidquam eorum quae de alia re praedicantur, sive cum eius natura coniuncta necessario de ea praedicantur sive non necessario (nam τὰ συμβεβηκότα vs. 15 sunt τὰ ἐνδεχόμενα καὶ ἄλλως ἔχειν καὶ μὴ ἀναγκαῖα, quum opponantur τοῖς καθ' αὑτὸ ὑπάρχουσιν, quod non monerem, nisi expresse hoc contradiceret H. Rassow Aristot. de notionis def. doctr. p. 9. not. 3, cuius sententiam merito improbavit C. Heyder Krit. Darst. u. Vgl. der Aristot. u. Hegelschen Dial. I. p. 277. not.), et vice versa (vs. 16) si definitione facta ipsius rei naturam cognoscimus, ea quae demonstrationem admittant non per se consistere, sed de aliis praedicari apparet. — Vs. 10 recepimus quod pleraeque habent edd. Bkko prr.: hoc enim et aperte postulat sensus et ea confirmant quae habentur vs. 21. Eandem lectionem etiam Brandisius praeferendam esse iudicavit (v. Variet. lect. Aristot.). Boethius vertit „demonstrabile", vet. intp. „demonstrantem", ut illum certe nostram lectionem habuisse probabile sit. Verae lectionis vestigia habet cod. *A*, a codd. *BD* vero, quorum auctoritatem hic deseruimus, etiam vs. 16 recedendum putavimus, praesertim quum lectio οὐσίας τις γνωρισμός etiam propterea praeferenda videatur, quod in capp. seqq. agatur de definitione, ut qualem rei cognitionem definitione facta nobis comparemus, hoc loco Aristoteles in dubio adhuc relinquere voluisse videatur.

90 b 18 Non quaecunque definiuntur etiam demonstrari possunt: ac primum quidem eadem ratio in his valet atque in iis quae praecesserunt, hanc dico, quod una eademque res nonnisi una via et ratione vere cognoscitur, aut demonstratione aut definitione, ut sciat aut qui demonstret aut qui definiat. Deinde (vs. 24), quum demonstratio a definitionibus quibusdam incipiat, quae demonstrationem non admittant, aut ipsorum principiorum demonstratio in infinitum produci potest, aut definitiones quibus demonstratio nititur, ipsae demonstrari non possunt.

90 b 28 Neque definiri quidquam potest quod demonstratur ne-

que demonstrari quidquam quod definitur: nam quod definitio constituit (τὸ τί ἐστι), id non evincit et probat demonstratio, sed sumit. Deinde (vs. 33) demonstratio aliquid de aliqua re praedicandum esse docet, in definitione vero, quippe quae universam rem ita complectatur, ut quid sit exprimere velit, non praedicatur alterum de altero, ut totum de parte: nam in definitione ὁ ἄνθρωπός ἐστι ζῷον δίπουν neque differentia quae dicitur specifica (τὸ δίπουν) praedicatur de genere neque genus de differentia, sed in unam notionem quasi coaluit utrumque (cf. quae diximus ad 1 b 17). Item in altero exemplo τὸ ἐπίπεδον differentia est generis σχήματος. Denique (vs. 38) quaestio quid aliqua res sit et quaestio quid de ea praedicandum sit ita diversae sunt, ut altera ad alteram reduci et per eam probari nequeat. Ea autem, quae non ita comparata sunt, ut alterius demonstratio altera contineatur sicut pars toto (ut, si triangulum duos rectos habere probatum sit, simul probatum est triangulum aequilaterum totidem rectos habere), sed reapse diversa sunt, etiam diversam demonstrationem requirunt: quare τὸ ὅτι et τὸ τί ἐστι, si demonstratur utrumque, diversa ratione demonstrabuntur. Apparet inde quam caute adiecerit 90 b 2 κατὰ τὸ αὐτό.

91 a 3 Rassow Aristot. de not. def. doctr. p. 10. not. 2 scribi vult τοῦ ὅλου, quia vs. 5 legatur τὸ δ' ὅλον: quod Aristotelis stilum eum non satis nosse ostendit.

91 a 11 τὰ ὑποκείμενα h. e. finis ad quem tendit utraque vel id quod utraque conficere vult: qui quidem huius vocis usus haud frequens est apud Aristotelem, quamquam facile excusatur eo, quod id cuius causa quaestio instituitur dici potest τὸ ὑποκείμενον, quoniam quod efficere volumus id ad probandum proponitur et quasi subiicitur demonstrationi.

Cap. 4. Ut syllogismo facto cogatur quid aliqua res sit, terminus medius definitionem rei, quae quid sit conficitur, exprimere debet. 33 Quare qui definitionem syllogismo facto probant, principii petitionem admittunt.

91 a 15 Definitio, quum et quod rei proprium sit et cum eius natura coniunctum exprimere debeat, cum re ipsa converti potest. Quare ut termino medio *B* interiecto cogatur *A* praedicari de *C*, ita, ut illud significet quod termino *C* proprium sit, et *A* exprimere debebit quod termino *B* et *B* quod ter-

mino *C* proprium sit. Item, ut colligatur *A* cum ipsa natura termini *C* necessario coniunctum esse, etiam propositiones ex quibus colligitur (*AB* et *BC*) ita comparatae esse debent, ut quod praedicetur necessario coniunctum sit cum natura eius de quo praedicetur. Quod si non ita habet in utraque propositione (vs. 21), neque conclusio exibit qualem volumus, si quidem *A* praedicatur de *B* ἐν τῷ τί ἐστιν, quamquam non praedicatur ἐν τῷ τί ἐστι de quibuscunque quo modo cunque praedicatur *B* (vs. 23): namque si *B* de *C* praedicatur κατὰ συμβεβηκός, *A* de *C* non poterit praedicari ἐν τῷ τί ἐστιν. Sed (vs. 24) ut conclusio habeat τὸ τί ἐστιν, in utraque propositione eadem praedicandi ratio obtinere debet atque in conclusione. Apparet igitur terminum medium, per quem cogatur τὸ τί ἐστι, ipsum prius sumi debere ita, ut exprimat τὸ τί ἐστιν. At si demonstratur τὸ τί ἐστιν, propositiones ipsae, ex quibus conclusum est, demonstrari debent (vs. 30): quae quum non possint demonstrari nisi ex aliis propositionibus quae alterum de altero ἐν τῷ τί ἐστι praedicari sumant, pro concesso sumi patet quod demonstrari debebat.

91 a 24 Boethium et codd. potiores secuti reduximus quod edd. prr. habent. Idem legisse interpretem anon. prava explicatio prodit (schol. 242 b 28). Inde a vs. 27 oratio parum cohaeret: nam prius orationis membrum εἰ ἔστι δεῖξαί τι omissa apodosi repetitur vs. 28 εἰ τοίνυν... Quid Aristoteles sibi velit facile intelligitur, si tenemus (coll. 83 a 14) pro κατηγορεῖσθαι plenius dicendum fuisse κατηγορεῖσθαι ἐν τῷ τί ἐστιν, quod apparet ex sequentibus.

91 a 30 τοῦτο intelligit id quod modo dixit ἄλλον λόγον μέσον, novum medium terminum, per quem demonstretur propositio *AB*.

91 a 33 Maxime elucet quod diximus in syllogismo simplici qui e duabus propositionibus consistit quae ipsae demonstrari non possunt; e. g. si quis per syllogismum conficere velit animae definitionem (cf. Trdlbg. de an. p. 273), ut probet animam esse id quod vitae suae causam in se ipso habeat, praeter propositionem, quae id quod ipsum vitae suae causa sit numerum esse dicit se ipsum moventem, etiam sumere debebit animae eandem esse naturam quam numeri se ipsum moventis: nam si non sumeret termini *A* eandem esse na-

88 b 7 Alia principia necessaria sunt, alia non necessaria: quare si ex utrisque demonstratur, non eadem sunt omnium disciplinarum principia, sed diversa *τῷ εἴδει*. — *αἱ ἀρχαὶ* (non *τῶν ἀρχῶν*) *αἱ μὲν... αἱ δέ*, cf. 690 b 24 *οἱ γὰρ ἰχθύες, καθάπερ εἴρηται πρότερον, οἱ μὲν οὐ δοκοῦσιν ἔχειν... οἱ δ' ἀδιάφθορον ἔχουσιν* (*γλώττην* intell.). 489 a 15 *ὅσα μὲν οὖν ἀναγκαιότατα μόρια τοῖς ζῴοις τὰ μὲν πᾶσιν ἔχειν συμβέβηκε τὰ δὲ τοῖς πλείστοις, ταῦτ' ἐστίν.*

88 b 11 Si quis alia principia geometriae, alia arithmeticorum, alia medicinae esse dicat, diversa esse singularum disciplinarum principia contendit: nam qui eadem omnium esse principia statuit, hoc certe non ita intelliget, ut omnia principia eadem sint quae sint, neque ita, ut quodcunque placeat (vs. 15) demonstrari possit ex principiis quibuscunque: apparet enim hoc fieri non posse et in iis disciplinis quae, sicut mathematica, certam quandam viam et rationem sequuntur et quarum aditus patet omnibus (*φανεροῖς* vs. 17), et in syllogismorum analysi: nam si syllogismi ad propositiones reducuntur ex quibus confecti sunt, ad novam conclusionem faciendam etiam nova propositione opus esse patet. Si quis autem eas propositiones principia demonstrationis esse dicat, quae ipsae demonstrari nequeant et ex quibus primis omnes syllogismi conficiantur, in unoquoque genere una erit propositio, unde doctrina quae ad hoc genus pertineat manet, ut eadem disciplinarum omnium principia esse non possint.

88 b 22 *εἰ δὲ μήτε λέγοι τις οὕτως τὰς αὐτὰς εἶναι ἁπάντων ἀρχὰς ὡς δέον δείκνυσθαι ἐξ ἁπασῶν ὁτιοῦν.* Iam si ponamus neque ex quocunque principio demonstrari posse propositionem quamcunque, neque tamen ita diversa esse principia, ut alia alius doctrinae sint, reliquum est, ut videamus num fieri possit, ut, quamquam neque plane eadem sint neque plane diversa, tamen cognationem quandam inter se habeant, ita ut alia ex aliis demonstrentur. Sed ne hoc quidem (vs. 26) fieri potest: nam si quae demonstranda sunt genere differunt, principia ipsa genere differre supra demonstravimus. Etenim (vs. 27) quamquam sunt principia omnibus disciplinis communia (nam propositionibus quibusdam universalibus omnes utuntur sine discrimine), tamen etiam sunt alia quae singulis propria sunt. — Vs. 23 Brandisius (Variet. lect. Aristot.) legi mavult *λείπεται ὅτι συγγ.*, at nostra lectio optime

habet: nam sententia haec est: λείπεται ὅτι σκοπῶμεν εἰ ἐνδέχεται συγγενεῖς εἶναι πάσας.

Cap. **33.** *Quid intersit inter scientiam et opinionem, exponitur.* 89 a 11 *Res, in quibus scientia et opinio versantur, quodammodo eaedem sunt, quamquam, quum cognoscendi ratio diversa sit, etiam res ipsae quae cognoscuntur differunt.* 38 *Opinari simul et scire idem nemo potest.*

88 b 35 οὐδὲ νοῦς, intell. ἐστὶ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν: nam hic scientiam habet eorum quae demonstrationem non admittunt, primas propositiones easque necessarias, ex quibus demonstrantur omnia, sola cogitatione comprehendit et per se intelligit.

89 a 1 Postquam exposuit qua in re differant scientia et opinio (male Biese I. p. 278 sqq. δόξαν vertit „Vorstellung" Hegelii locutionem imitatus), addit qua in re conveniant: namque utraque in iis versatur et ad ea pertinet, quae vel vera vel falsa sunt. Consequitur opinionem versari in iis quae neque demonstrari possint neque necessario talia eveniant qualia eveniant: quod etiam communi consuetudine sermonis comprobatur.

89 a 11 Si igitur scientia est eorum quae necessario eveniunt, opinio eorum quae non necessario, aut non videtur eiusdem rei opinio dari et scientia aut opinionis et scientiae nullum erit discrimen (parum accurate Biese I. p. 279 huius loci sententiam reddidit): ratiocinatur enim et qui scit et qui opinatur, uterque igitur, si demonstrationem persequatur ἐπὶ τὸ ἄνω, donec ad eas propositiones ascendat quae demonstrationem non admittant, eodem modo ratiocinabitur, quamvis alterum opinari, alterum scire dicamus: quare scientia non differre videtur ab opinione. Quam quidem difficultatem Aristoteles solvit hoc modo. Profecto, ait, qui necessaria quibus ratiocinatio quam fecit nititur principia pro aeque certis habet atque definitiones a quibus omnis vera demonstratio incipit, is non opinabitur, sed sciet: sin autem pro veris quidem habeat neque tamen necessaria putet et cum ipsius rei natura coniuncta, opinionem, non scientiam habebit: quae quidem opinio si propositionibus nitatur quae demonstrationem non admittant, et verum esse quod contendat et cur verum sit intelligere opinabitur (namque veram rei causam perspectam habere putabit), sin autem primas propositiones, ex qui-

bus probari possit quod contendat, ignoret, fundamentum quidem et primam causam qua argumentatio sua nitatur nescire, rem vero ipsam quam contendat veram esse opinabitur.

89a12 Dedimus ἔσται ex codd., cum quibus Boethii versio conspirat. Eadem vs. 13 habet „consequitur", quod mendum videtur esse pro „consequetur": quare nos exhibuimus ἀκολουθήσει, non ἀκολουθοῦσι, quod codd. praebent, praesertim quum etiam Philop. illam lectionem habuisse videatur (schol. 239a22). — Vs. 17 verborum collocatio locum difficilem reddidit: nam nemo certe haereret, si verbum ἔχειν vs. 18 haberetur ante ὑπολήψεται vs. 17. — Vs. 23 interrogationis signum delevimus, quamquam in simili loco adiecimus 85b5, quod hoc loco propterea factum est, quia Aristotelem ipsum inceptae interrogationis oblitum esse e fine orationis apparet vs. 22 sq.

89a23 Ut opinio eiusdem rei quodam modo et vera et falsa esse potest, quia ad eandem rem refertur utraque (utraque idem habet ὑποκείμενον), sic etiam opinio et scientia eiusdem rei sunt, quia ad eandem rem referuntur. Si quis vero opinionem veram et falsam eiusdem rei esse ita dicat, ut eandem opinionem modo veram modo falsam esse contendat, quod Protagorae placuit, inter alia quae inde consequuntur absurda etiam dicendum erit eum qui quid falso opinetur ne opinari quidem: nam qui falsam opinionem habet aut opinatur id quod vero contrarium est aut ne opinatur quidem.

89a27 ἄτοπα συμβαίνει... Oratio parum cohaeret: pergit enim ac si praecessisset τῷ λέγοντι τοῦ αὐτοῦ εἶναι δόξαν ἀληθῆ καὶ ψευδῆ.

89a31 οὕτω τοῦ αὐτοῦ, intell. δόξαν ἀληθῆ καὶ ψευδῆ εἶναι ἐνδέχεται. Res ipsa (das Object der Meinung), de qua aliquid opinamur, eadem manet, sive veram sive falsam opinionem habemus, id vero quod res est quatenus cogitatione comprehenditur (τὸ τί ἦν εἶναι κατὰ τὸν λόγον) et ratio cognoscendi differt.

89a35 εἰ ἡ μὲν καθ' αὑτὸ γνωρίζει τὸν ἄνθρωπον καὶ ᾗ ἄνθρωπος, ἡ δὲ κατὰ συμβεβηκός· τὸ αὐτὸ γὰρ ὑποκείμενόν ἐστιν ἑκατέρᾳ, ὁ δὲ τρόπος τῆς γνώσεως διαφέρει.

89b2 Quod alius opinatur idem alius scire potest, idem homo simul non potest: nam si simul sciret et opinaretur, simul intelligeret hominem non esse non posse animal et hominem

posse non esse animal: nam si qui opinatur id quod verum esse putat etiam non esse posse sibi persuadet, is qui hominem animal esse opinatur non necessario hoc ita esse putat. τοῦτο γὰρ ἔστω τὸ ἐνδέχεσθαι ἄλλως ἔχειν, h. e. nam verbum ἐνδέχεσθαι hic ita accipimus, ut qui opinetur etiam contrarium eius quod pro vero habet esse posse sibi persuadeat.— Imperativum ἔστω et optt. codd. praebent et Boethius legisse videtur: vertit enim „hoc enim sicut contingere", in quibus pro „sicut" scribendum esse „sit" per se intelligitur. Accedit quod talis imperativi usus frequentissimus est apud Aristotelem, v. quae diximus ad 73 b 25. — Vs. 3 suspicionem movet vox οὐδ', quam Boethius vertit „nihil". Melius esset, si haberetur οὐχ.

Cap. 34. Quid sit sagacitas, explicatur.

89 b 13 ἢ διαλεγόμενον ἰδὼν πλουσίῳ ἔγνω διὰ τί διαλέγεται, διότι δανείζεται.

89 b 14 πάντα γὰρ... Nam qui sagax est omnes causas quae in medio esse possint videt, simulatque novit eos terminos qui per illas coniungendi sunt.

Lib. II. cap. 1. Quod quaeritur quadruplex est: num res sit, quid sit, quale sit, per quia vel propter quid sit.

Totius libri argumentum bene enarravit C. Kühn de notionis definitione qualem Aristot. constituerit. Hal. 1844.

89 b 23 V. Trdlbg. El. log. p. 74 sq. Quum quaeritur εἰ ἔστιν, quaestio est de ipsius rei exsistentia (hoc est enim quod vs. 33 significat verbo ἁπλῶς), quum quaeritur τὸ ὅτι, quaestio est de qualitate, quae rei adhaereat et cum ea quo modo cunque coniuncta sit, quamquam non ipsius rei naturam exprimat: nam quae ad ipsam rei naturam pertinent, ea continentur τῷ τί ἐστιν: quare saepissime Aristoteles distinguit τὸ τί ἐστιν et τὸ ὁποῖόν τί ἐστιν (h. e. τὸ ὅτι: cf. enim schol. 240 b 31, 11 a 19, 12 a 15, 16 b 37 al.). 1274 b 32 τῷ περὶ πολιτείας ἐπισκοποῦντι, καὶ τίς ἑκάστη καὶ ποία τις, σχεδὸν πρώτη σκέψις περὶ πόλεως ἰδεῖν... 1098 a 32 ὁ γὰρ τέκτων καὶ γεωμέτρης διαφερόντως ἐπιζητοῦσι τὴν ὀρθήν· ὁ μὲν γὰρ ἐφ' ὅσον χρησίμη πρὸς τὸ ἔργον, ὁ δὲ τί ἐστιν ἢ ποιόν τι, al. De quaestione τοῦ διότι v. 1041 a 10 ζητεῖται δὲ τὸ διὰ τί ἀεὶ οὕτως, διὰ τί ἄλλο ἄλλῳ τινὶ ὑπάρχει. Quare pergit

vs. 14 *τὸ μὲν οὖν διὰ τί αὐτό ἐστιν αὐτό, οὐθέν ἐστι ζητεῖν. δεῖ γὰρ τὸ ὅτι καὶ τὸ εἶναι ὑπάρχειν δῆλα ὄντα, λέγω δ' οἷον ὅτι ἡ σελήνη ἐκλείπει.* Quibuscum consentiunt quae cap. 2 leguntur. De eo quod dicit vs. 34 v. 698 a 10 *ὅτι τὸ πρῶτον κινοῦν ἀναγκαῖον ἀκίνητον εἶναι, διώρισται πρότερον, ὅτιπερ καὶ περὶ κινήσεως ἀϊδίου, πότερον ἔστιν ἢ οὐκ ἔστι, καὶ εἰ ἔστι, τίς ἐστιν.*

89 b 25 *εἰς ἀριθμὸν θέντες*, quum singulas propositae quaestionis partes, quippe quae se invicem excludant, enumeramus: debent enim numerari, quia, si quid praetermissum est, proposita quaestio non pertractatur.

Cap. 2. Quadruplex illa quaestio ad duplicem redigitur: nam aut num sit terminus medius aut, si est, quis sit quaeritur. In omni quaestione igitur terminus medius investigatur, qui causam exprimat, ob quam maior de minore praedicari debeat.

89 b 37 Si quaeratur *τὸ ὅτι*, quaeri dicit *τὸ ἐπὶ μέρους*, quia non de re universa, h. e. non de exsistentia rei quaestio sit, sed de aliqua parte eorum quae cum ea coniuncta sint (*εἰ ἔστι τι ἢ μὴ ἔστι τι* 90 a 3): si vero quaeritur *τὸ εἰ ἔστιν*, res universa (*ἁπλῶς*) in dubium vocatur. Convenit autem altera quaestio cum altera in eo, quod in ambabus quaeritur, num sit terminus medius, differunt in eo, quod altera (quae est *τοῦ εἰ ἔστιν*) quaerit num sit terminus medius, qui causam exprimat, ob quam res ipsa (*τὸ ὑποκείμενον* vs. 12) exsistat (*αἴτιον τοῦ εἶναι ἁπλῶς τὴν οὐσίαν* vs. 10), altera vero quaerit, num sit terminus medius, qui exprimat causam, ob quam aliud quid (*τὸ τί* vs. 13) de re ipsa praedicetur (*τὸ αἴτιον τοῦ εἶναι μὴ ἁπλῶς ἀλλά τι* vs. 10), sive *καθ' αὑτὸ* praedicetur sive *κατὰ συμβεβηκός* (vs. 11). Iam vero si compertum habemus, num res ipsa exsistat vel num quid de ea praedicetur, quaestionem instituimus *τοῦ διὰ τί ἐστι* vel *τοῦ τί ἐστιν*. Namque dum antea quaerebatur num sit terminus medius, nunc quis sit (*τί οὖν τοῦτ' ἔστι* vs. 9) investigatur: qua in re utraque quaestio (*ἡ τοῦ τί ἐστιν* et *ἡ τοῦ διὰ τί ἐστιν*) convenit, quum omnis quaestio iam in eo versetur, ut rei subiectae naturam s. causam per quam res ipsa exsistat vel ob quam aliud quid de ea praedicetur, exploremus, quam quidem causam terminus medius exprimere debet. Utram-

que quaestionem revera eandem esse exemplis allatis probat vs. 15 sqq. Apparet in his quaestionem omnium gravissimam esse τοῦ διότι, quamquam aliter res se habet in ea philosophiae parte quae ad vitam et mores pertinet: quare ut doceat non subtili argumentatione, sed factis opus esse ad virtutem colendam, quod saepius inculcat, 1095 b 6 *ἀρχὴ γὰρ*, inquit, *τὸ ὅτι· καὶ εἰ τοῦτο φαίνοιτο ἀρκούντως, οὐδὲν προσδεήσει τοῦ διότι.* Praeterea cf. cum iis quae diximus 1041 a 24 *οἷον διὰ τί βροντᾷ; διότι ψόφος γίγνεται ἐν τοῖς νέφεσιν· ἄλλο γὰρ οὕτως κατ' ἄλλου ἐστὶ τὸ ζητούμενον. καὶ διὰ τί ταδί, οἷον πλίνθοι καὶ λίθοι, οἰκία ἐστίν; φανερὸν τοίνυν ὅτι ζητεῖ τὸ αἴτιον· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι, ὡς εἰπεῖν λογικῶς. ὃ ἐπ' ἐνίων μέν ἐστι τίνος ἕνεκα, οἷον ἴσως ἐπ' οἰκίας ἢ κλίνης, ἐπ' ἐνίων δὲ τί ἐκίνησε πρῶτον· αἴτιον γὰρ καὶ τοῦτο. ἀλλὰ τὸ μὲν τοιοῦτον αἴτιον ἐπὶ τοῦ γίνεσθαι ζητεῖται καὶ φθείρεσθαι, θάτερον δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ εἶναι.*

90 a 14 Verba *εἰ ἐν μέσῳ ἢ μή* satis negligenter addidit in fine, quum quod dicere voluisse videtur hoc sit: *τὸ δὲ τὶ ζητεῖν λέγω, ὅταν ζητῶμεν εἴ τινα καθ' ὑποκειμένου λεγόμενα, οἷον ἔκλειψις ἰσότης ἀνισότης, ἐν μέσῳ τινί ἐστιν ἢ μή*, h. e. *ὅταν ζητῶμεν, εἴ τινα καθ' ὑποκειμένου λεγόμενα ἐνυπάρχει ἐν μέσῳ τινί, δι' ὃ κατηγορεῖται καθ' ὧν κατηγορεῖται· τὸ γὰρ μέσον τὸ αἴτιόν ἐστι τοῦ κατηγορεῖσθαι θάτερον θατέρου, ὥστ' ἐν τούτῳ πρότερον δεῖ ἐνυπάρχειν τὸ κατηγορούμενον.*

90 a 21 Exemplo probat quod vs. 8 seq. universe dixit.

90 a 24 Si et res ipsa et causa unde orta est sub sensus cadit, medium terminum, per quem probemus verum esse id quod sensibus percipimus, non quaerimus: unde apparet terminum medium quaeri, si nos lateat quae sit rei causa.

Cap. 8. Non quaecunque demonstrantur etiam per definitionem sciri possunt, b 18 *neque quaecunque definiuntur, per demonstrationem.* 28 *Imo nihil quod definiri potest demonstrationem admittit.*

90 a 37 *ἀναγωγῆς*, h. e. *ἀναλύσεως*, quo sensu saepissime legimus verbum *ἀνάγειν* in Anal. pr., ut significet investigare propositiones ex quibus aliquid coactum sit.

90 a 38 *διαπορήσαντες πρῶτον.* Solet Aristoteles, antequam quid ipse sentiat accuratius exponat, quaestionem incipere a difficultatibus, quibus via, qua procedendum sit, obstruatur, vel

τούτου πραγματεύονται, ἀλλ' οὐχὶ περὶ ὄντος ἁπλῶς, οὐδὲ ἢ ὂν οὐδὲ τοῦ τί ἐστιν οὐθένα λόγον ποιοῦνται· ἀλλ' ἐκ τούτου αἱ μὲν αἰσθήσει ποιήσασαι αὐτὸ δῆλον, αἱ δ' ὑπόθεσιν λαβοῦσαι τὸ τί ἐστιν, οὕτω τὰ καθ' αὑτὰ ὑπάρχοντα τῷ γένει περὶ ὃ εἰσιν ἀποδεικνύουσιν ἢ ἀναγκαιότερον ἢ μαλακώτερον. διόπερ φανερὸν ὅτι οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις οὐσίας οὐδὲ τοῦ τί ἐστιν ἐκ τῆς τοιαύτης ἐπαγωγῆς, ἀλλά τις ἄλλος τρόπος τῆς δηλώσεως.

92a38 *ὅτι πᾶν...* Qui inductione facta propositionem universalem colligit, is nihil occurrere probat in rebus singularibus quod propositioni universali adversetur: unde fit, ut per inductionem non quid res sit, probari possit, sed quid de ea praedicetur.

92b4 Quod non est, id quid sit scire nemo potest (nam si sciret quid esset, nihil esse sciret): quare si quis scit quid aliqua res sit, eandem esse simul sciat necesse est (cf. 1025b16 *ὁμοίως δὲ οὐδ' εἰ ἔστιν ἢ μή ἐστι τὸ γένος περὶ ὃ πραγματεύονται — αἱ ἐπιστῆμαι* intell. — *οὐθὲν λέγουσι, διὰ τὸ τῆς αὐτῆς εἶναι διανοίας τό τε τί ἐστι δῆλον ποιεῖν καὶ εἰ ἔστιν*). Quid vero? Num, si quis quid res sit demonstret, simul rem esse demonstratum erit? et quonam modo fieri potest, ut una et eadem ratione vel etiam eadem ratiocinatione (*τῷ αὐτῷ λόγῳ* vs. 9) demonstretur utrumque? Apparet hoc fieri nullo modo posse: nam si unum est et quod definitio et quod demonstratio patefacit, quaestiones vero „quid res sit?" et „num sit?" diversae sunt, neque una definitione proposita neque una demonstratione facta responderi potest ad utramque. — Patet ex iis quae diximus quo iure interpunctione vs. 9 mutata particulam *καὶ* ex edd. prr., Boethio et vet. intp., qui vertit „et quare et qualiter eadem ratione demonstrabit", reduxerimus.

92b12 Deinde quum demonstratione opus sit, ut aliquid esse probemus — excepta sola substantia, quam esse probari non potest: quare *τὸ εἶναι*, quum nullius rei substantiam exprimat, demonstrari utique poterit, si quidem, ubi non de substantia praedicatur, sed alii cuicunque notioni adiungitur, non exsistendi, sed copulae quae dicitur notionem habet — singulae disciplinae quid nomen (e. g. trianguli) significet ponunt, rem vero quae nominis significationi conveniat esse demonstrant. Quare quid est quod definienti ad demonstran-

dum relinquitur? At demonstrabit quid res sit. Ad quae Aristoteles: intelligens igitur definitione facta quid res sit, num sit ignorabit (nam ut patefiat num sit, demonstratione opus esse modo probavimus), quod absurdum esse supra demonstratum est.

92 b 20 *εἰ γὰρ...* Nam etiam si cogitatione fingimus lineam quae a centro ex aequo spatio distet, tamen ex hac definitione ipsa minime apparet, cur talis linea circulus sit, ut eodem iure alius rei cuiuscunque hanc definitionem esse diceremus: neque enim nihil absurdi notionem definitam includere neque rem definiendam revera definitam esse definitio probat. — Vs. 21 restituimus quod Boethius et vet. intp. habuerunt et Philoponum (v. schol. 244 b 15) legisse verisimile est. — Vs. 22 *εἴη γὰρ...*, intell. *εἴη γὰρ ἂν καὶ φάναι τὸν ἀποδεδομένον τοῦ κύκλου ὁρισμὸν εἶναι ὁρειχάλκου ὁρισμόν.*

92 b 33 Delevimus vocem *ἐπιστήμη*, quae etiam in paraphr. Riccard. omittitur: explicationis gratia aliena manu videtur addita esse. Talia haud raro ab Aristotele omitti docuimus ad 65 b 1. Rectius, ni fallor, ex sequente verbo *ἀποδείξειεν* mente repetitur *ἀπόδειξις*. Sententia haec est. Quum nulla demonstratione probari possit, quae nominum quibus utamur sit significatio, neque per definitionem hoc demonstrari poterit.

Cap. 8. *Demonstratur definitio alia eiusdem rei definitione sumta.* 14 *Causam per quam aliquid sit et qua eius natura definiatur aut postquam illud esse compertum habemus, investigamus aut simul intelligimus utrumque, quod si fit, aut fit per terminum medium, ex quo simul rem esse et quae sit eius natura cognoscamus, ita ut propositiones ex quibus demonstretur aliunde probari nequeant, aut per terminum medium ex quo nihil nisi rem esse intelligamus, ita ut propositiones ipsae aliunde probari et possint et debeant.*

93 a 4 Nostram lectionem Boethius, vet. intp. lat., Philoponus (v. schol. 244 b 36 et 39), paraphr. Riccard. (v. supra I. p. 58), codices meliores et edd. ante Pac. pleraeque tuentur: quae quomodo explicanda sit facile intelligitur ex huius libri cap. 1 et 2, ubi opponitur *τὸ εἰ ἔστι τῷ τί ἐστιν*. Nam si ad quaestionem *τοῦ εἰ ἔστιν* affirmatione responsum est *ὅτι ἔστιν*,

quaeritur τὸ τί ἐστι, sive quod idem esse docuit (90a14 sq.) τὸ διὰ τί ἐστιν, h. e. τὸ αἴτιον τοῦ εἶναι ἁπλῶς τὴν οὐσίαν (ut dixit 90a10). Omnis autem difficultas in eo est, quod Aristoteles non dixit τὸ αἴτιον τοῦ ὅτι ἔστι. Apparet autem cur non sic dixerit: ambiguum est enim τὸ ὅτι ἔστι, quum et alterum de altero praedicari (τὸ ἐπὶ μέρους, v. quae diximus ad 89b37) et rem ipsam exsistere significet: nam si affirmatur quaestio τοῦ εἰ ἔστι, non responderi non poterit ὅτι ἔστιν, quo quidem sensu si accipiatur τὸ ὅτι ἔστιν, a quaestione τοῦ εἰ ἔστι non nisi eo differt, quod alterum affirmat quod per alterum (εἰ ἔστι) dubitanter pronuntiatur et in incerto relinquitur. Hoc loco igitur Aristoteles dixit εἰ ἔστιν pro affirmatione quae respondetur ad quaestionem τοῦ εἰ ἔστιν, quam quidem affirmationem verbis ὅτι ἔστι exprimere noluit, ne quis haec (ὅτι ἔστι) eo sensu hic dicta putet quem habuimus cap. 1 et 2.

93a5 Quum scimus quid aliqua res sit, causam per quam est cognoscimus, quod fieri non posset, nisi revera esset aliqua illius rei causa (notandum est quod λόγος hic non tam significat rationem propter quam aliquid fiat quam conditionem sine qua fieri omnino non possit). Quae quidem causa, si non in re ipsa posita est, sed aliunde petitur, demonstrationem definitionis in prima figura ita efficiet, ut definitio cogatur alia definitione interposita, quae termini medii locum occupet et causam exprimat, ob quam definitio quae demonstretur vera sit. Quare quum definitio demonstrari non possit, nisi alia definitione assumta, quodammodo definitio demonstrari potest, quodammodo non potest: nam altera sumitur, cogitur altera. — Vs. 6 dedimus εἰ, quod satis defensum putamus iis quae diximus ad 65a19. Lectionem ᾗ, si prima fuisset et vera, in εἰ mutatam esse certe non est verisimile.

93a14 οὐκ ἂν εἴη ἀπόδειξις, quum non fiat sine principii petitione; v. 91a31 et 36. — Vs. 15 λογικὸς συλλογισμός, h. e. διαλεκτικός, qui opponitur τῷ ἀποδεικτικῷ, v. quae diximus ad 82b35. Plura quam quae Aristoteles et dixit et in mente habuit e voce λογικὸς extorsit Biese I. p. 293: „Dieſs gehört der Thätigkeit des Denkens an, welche das Allgemeine als wesentliche Bestimmung daraus ableitet", neque rectius quod hoc loco illa voce significetur interpretatus est Rassow p. 20 not.

93 a 16 *εἰπόντες πάλιν ἐξ ἀρχῆς.* Hanc et alias similes locutiones Aristoteli usitatissimas esse ostendit Ritter Gesch. der Phil. III. p. 293. Cf. 316 b 18 *ἀλλὰ ταῦτα πειρατέον λύειν· διὸ πάλιν ἐξ ἀρχῆς τὴν ἀπορίαν λεκτέον.* 1355 b 24 *πάλιν οὖν οἷον ἐξ ὑπαρχῆς ὁρισάμενοι αὐτὴν τίς ἐστι, λέγωμεν τὰ λοιπά.* 1041 a 7 *τί δὲ χρὴ λέγειν καὶ ὁποῖόν τι τὴν οὐσίαν, πάλιν ἄλλην οἷον ἀρχὴν ποιησάμενοι λέγωμεν.* 1300 a 10 *ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω νῦν, περὶ δὲ τὰς τῶν ἀρχῶν καταστάσεις πειρατέον ἐξ ἀρχῆς διελθεῖν.* 655 b 28 *νῦν δὲ λέγωμεν οὖν ἀπ' ἀρχῆς πάλιν ἀρξάμενοι πρῶτον ἀπὸ τῶν πρώτων.* Cui quidem dicendi formulae, per quam ad quaestionem ab initio institutam revertitur, similes sunt aliae, per quas propositam quaestionem ipsam incipere solet: 1396 b 23 *πρῶτον δ' εἴπωμεν περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν πρῶτον.* 646 a 3 *τὰς δ' αἰτίας πειραθῶμεν εἰπεῖν περί τε τῶν κοινῶν καὶ τῶν ἰδίων ἀρξάμενοι, καθάπερ διωρίσαμεν, πρῶτον ἀπὸ τῶν πρώτων.* 1447 a 12 *ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα τῆς αὐτῆς ἐστὶ μεθόδου, λέγωμεν, ἀρξάμενοι κατὰ φύσιν πρῶτον ἀπὸ τῶν πρώτων.* Idem fere habemus 164 a 22. 436 a 6 *περὶ δὲ τῶν λοιπῶν λέγωμεν, καὶ πρῶτον περὶ τῶν πρώτων.* 339 a 10 *ὧδ' οὖν ἀρξάμενοι λέγωμεν περὶ αὐτῶν πρῶτον.* 539 a 2 *περὶ τῶν γενέσεων αὐτῶν λοιπὸν διελθεῖν, καὶ πρῶτον περὶ τῶν πρώτων.* 737 b 25 *νῦν δ' ἀπὸ τῶν πρώτων ἀρκτέον πρῶτον.*

93 a 17 Sicut causam rei quaerimus, si eam esse cognovimus — interdum autem simul rem esse et per quam causam sit intelligimus, neque tamen causam novisse possumus, priusquam, num res sit necne, perspectum habeamus — ita etiam rei naturam explorare non licet, antequam sciamus num ipsa sit an non sit. Iam (vs. 21) num aliqua res sit cognoscere putamus et quum novimus aliquid eorum quae non necessario cum ea coniuncta sunt et quum novimus aliquid eorum quae in ipsa rei natura posita sunt (cf. 402 b 17, quem locum adscripsimus ad 71 b 10 sub fin.). Ac illa quidem, quippe ex quibus ne colligi quidem recte possit num res ipsa sit necne, nullo modo referri possunt ad ipsam rei naturam: nam quum quid res sit explorare nequeat qui num sit ignoret, ad ipsam rei naturam quam definitio exprimere debet investigandam ista certe nihil omnino faciunt. Ex iis vero (vs. 27) quae necessario cum re coniuncta sunt facilius est de rei natura

coniecturam capere, ita quidem ut quo melius illa cognoscamus, eo melius etiam ipsam rei naturam perspectam habeamus.

93 a 27 Dedimus *μηδέν*, quod etiam Boethius habet, quamquam auctor paraphr. Riccard. et Prodr. legisse videntur *μηδέ* (v. supra I. p. 58). Cf. 1041 a 24 *εἰ γὰρ μὴ οὕτως, οὐθὲν ζητεῖ.* 1025 b 30 *ἄνευ γε τούτου τὸ ζητεῖν μηθέν ἐστι ποιεῖν*, coll. quae diximus ad 16 a 26 et ad 16 b 4.

93 a 32 *τοῦτο*, intell. *τὸ ζητεῖν τὸ B, τὸ μέσον*. Qui medium terminum investigat, in causam inquirit, ex qua demonstrari possit terminum *A* de termino *Γ* praedicari (*εἰ ἔστι λόγος αὐτοῦ*, h. e. *τοῦ ἐκλείπειν τὴν σελήνην*), vel quaerit causam (vs. 34), ob quam alterum de altero aut praedicandum sit aut negandum (*ποτέρας τῆς ἀντιφάσεώς ἐστιν ὁ λόγος*, h. e. *πότερόν ἐστι λόγος τῆς καταφάσεως ἢ τῆς ἀποφάσεως, πότερον τὴν θέσιν αἱρεῖ ὁ λόγος ἢ τὴν ἀντίθεσιν*).

93 a 36 Dedimus *δι' ἀμέσων*, quod bene notatum est in marg. ed. Isingr., quamquam vulgarem lectionem Boethius, vet. intp. lat. et plerique codd. exhibent. Nostram, quam Prodr. et paraphr. Riccard. praebent, sensus requirit: nam quod Aristoteles dicit est hoc. Et rem esse et causam per quam sit intelligimus, si propositiones, ex quibus demonstravimus, ipsae aliunde probari non possunt; si possunt, rem esse cognoscimus, causam vero ignoramus. Quare quum nostram lectionem omnia quae Aristoteles antea disputavit de cognitione *τοῦ διότι* et de discrimine, quod intersit inter scientiam *τοῦ ὅτι* et *τοῦ διότι*, et ipsa exempla quae sequuntur comprobent, non video quo iure C. Kühn, qui (l. l. p. 23 not.) unus lectionem *δι' ἀμέσων* restitui vult, reprehendatur a Bonitzio (Jen. Littztg. 1845. 215). Namque in exemplo quod adiicitur vs. 37 maiorem terminum (*A*) de medio (*B*) praedicari vere demonstratur per novum terminum medium, qui veram defectionis causam patefaciat, *τὴν ἀντίφραξιν τῆς γῆς*, vel, si alia causa sit, *τὴν στροφὴν τῆς σελήνης ἢ τὴν ἀπόσβεσιν*: significatur enim novus terminus medius b 6 verbis *τοῦτο δ' ἐστὶν...*

93 a 37 Quum nihil appareat (*ὄντος φανεροῦ*: nam *φανερὸν* est id quod oculis cernitur, v. quae dedimus ad 76 b 17), quod inter nos et lunam interiectum sit, fieri non potest, ut luna, dum plena sit, obscuretur (*σκιὰν μὴ δύνασθαι ποιεῖν*, intell. *τὴν σελήνην*). — Dedimus *πανσελήνου*, quam quidem for-

mam etiam Bkkus recepit 372 a 27, 599 b 16, 777 b 21, 912 a 5; *πανσπερμία* 404 a 4, 769 a 29 et b 2: quare etiam 680 a 32 scribendum erit *πανσελήνοις*. — Similem genitivi usum (nam *πανσελήνου* idem est quod *πανσελήνου ὄντος*) habes 347 b 26 *γίνεται δ' ἄμφω αἰθρίας τε καὶ νηνεμίας*. Ib. b 1 *αἴτιον δ' ὁμοίως ὥσπερ ὅτι εὐδίας μὲν γίνεται, χειμῶνος δ' οὔ*. 889 b 18 *οὐδὲ γὰρ ἀφαιροῦσιν* (*τὰ δέρματα*) *ἡμερῶν τινῶν*. Adiicimus alios quosdam locos quibus genitivo liberius utitur, quamquam horum non eadem ratio est. 352 a 9 *ὅπερ συμβέβηκε τῆς Ἑλλάδος καὶ περὶ τὴν Ἀργείων καὶ Μυκηναίων χώραν*. 893 b 3 *ξηραινόμεναι δὲ* (*αἱ τρίχες*) *ξηρότεραι γίνονται· τὸ γὰρ ὑγρὸν μαλακόν. αἱ δὲ τῶν ἀνθρώπων ἐλάττω μέν, μᾶλλον δὲ τῆς ἀρχῆς* (quod quomodo et intelligendum et excusandum sit docet quod praecessit a 39 *μακρὰν τῆς ἀρχῆς*). 695 b 2 *τὸ δὲ τῶν ἰχθύων γένος ἔτι μᾶλλον κεκολόβωται τῶν ἐκτὸς μορίων*. — 1124 b 11 *καὶ ἀντευεργετικὸς πλειόνων* (*ὁ μεγαλόψυχός ἐστιν*). — 740 a 26 *διὸ χρῆται τῇ ὑστέρᾳ καὶ τῇ ἐχούσῃ, ὥσπερ γῇ φυτόν, τοῦ λαμβάνειν τροφήν*.

93 b 13 Sin autem etiam alius terminus medius inveniri potest, per quem cogatur propositio *AB*, is quoque una ex reliquis definitionibus notionis *A* non esse non poterit.

93 b 15 Apparet, ait, ex iis quae disputavimus, non demonstrari quidem definitionem, sed tamen syllogismo facto patefieri, unde clarum est ipsam rei naturam, quae definitione exprimi debet, si causam quandam habeat externam, ut aliunde probanda sit, neque cognosci sine demonstratione neque per ipsam demonstrationem. — Particulae *μὲν* vs. 15 respondere videtur *δὲ* vs. 21, particulae *μὲν* vero vs. 16 respondet *μέντοι* vs. 17. — Vs. 20 *ἐν τοῖς διαπορήμασιν*, v. cap. 3.

Cap. 9. Sunt quaedam scientiae principia, quae neque esse neque cur talia sint qualia sunt demonstrari potest.

93 b 23 *ἄλλον τρόπον*, sive inductione sive syllogismo facto, qui posita alia definitione aliam cogat, sive quacunque alia ratione effici possit, ut principia manifesta fiant. Cf. 1098 b 1, quem locum dedimus ad 72 b 18: unde apparet non probandam esse explicationem quam dedit Rassow p. 25.

93 b 25 *τῶν δ' ἐχόντων*... Quum vs. 2 praecesserit *τῶν τί ἐστι τὰ μὲν ἄμεσα*..., pergere debebat *τὰ δ' ἔχοντα μέσον*. Particula *καὶ* vs. 26 explicandi vim habet. Eundem eius sensum

habuimus 75 b 23, 65 b 10, quibus add. 255 b 33 *καὶ τά τε βίᾳ καὶ παρὰ φύσιν (κινούμενα κινεῖται) πάντα ὑπό τινος καὶ ὑπ' ἄλλου.* 161 b 28 *ταῦτα δ' εἴη χείρω τῶν ἐρωτηθέντων καὶ ἧττον ἔνδοξα τοῦ συμπεράσματος.* 1004 b 27, quem locum adscripsimus ad 79 b 6.

Cap. 10. *Definitio aut nomen rei explicat,* 37 *aut causam per quam res est, patefacit, quae quidem definitio num demonstretur an non demonstrata sumatur, non refert.* 94 a 14 *Breviter recensentur quae adhuc exposita sint.*

93 b 31 *οἷον τὸ...*, h. e. *οἷον τὸ τί σημαίνει ὁ λόγος τοῦ τριγώνου καθ' αὑτό.* — Vs. 33 *χαλεπὸν δ' οὕτως...*, h. e. *ἀδύνατον δ' ἐστὶ ἐκ τοῦ λόγου τοῦ τί σημαίνει λέγοντος λαβεῖν...* Difficile enim hic dicit quod fieri omnino nequit. Cf. quae dedimus ad 8 a 29. — Vs. 34 verba *εἴρηται πρότερον* respiciunt ad 92 b 28—30. — Vs. 35 *λόγος δ' εἷς*, de quo v. quae diximus ad 17 a 15.

94 a 1 Definitio rei, qua eius causa explicatur, quasi demonstrat quid res sit et non nisi *θέσει* a demonstratione differt: nam qui demonstrat cogit *τὸ A (τὸ βροντᾶν) ὑπάρχειν τῷ Γ (τῷ νέφει) διὰ τὸ B (τὴν ἀπόσβεσιν πυρός)*, dicit igitur *εἶναι τὸ A διὰ τὸ B.* Qui definit idem dicit, licet alio modo: quaerit enim *τί ἐστι βροντή;* respondet *πυρὸς ἀπόσβεσις ἐν νέφει.* Quare qui definit, is conclusionem, quam cogit qui definitionem demonstrat, non demonstratam pronuntiat. Aliud exemplum e libris *περὶ ψυχῆς* desumtum illustravit C. Kühn p. 21. Aristotelis verba haec sunt: 413 a 13 *οὐ γὰρ μόνον τὸ ὅτι δεῖ τὸν ὁριστικὸν λόγον δηλοῦν, ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ὅρων λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν ἐνυπάρχειν καὶ ἐμφαίνεσθαι. νῦν δ' ὥσπερ συμπεράσμαθ' οἱ λόγοι τῶν ὅρων εἰσίν· οἷον τί ἐστι τετραγωνισμός; τὸ ἴσον ἑτερομήκει ὀρθογώνιον εἶναι ἰσόπλευρον. ὁ δὲ τοιοῦτος ὅρος λόγος τοῦ συμπεράσματος. ὁ δὲ λέγων ὅτι ἐστὶν ὁ τετραγωνισμὸς μέσης εὕρεσις, τοῦ πράγματος λέγει τὸ αἴτιον.* Cf. C. Heyder Krit. Darst. der Arist. u. Heg. Dial. I. p. 280.

94 a 11 Definitio aut sumitur non demonstrata aut non nisi *θέσει* (sive *πτώσει*, de qua v. quae diximus ad 16 b 1) differt a demonstratione (quod modo habuimus) aut conclusione syllogismi exprimitur, qui alia definitione sumta aliam cogit (v. cap. 8). Quid sit *ὁρισμὸς* Aristoteles dixit 72 a 1, ubi defi-

nitionis notionem per negationem exprimit, quamquam ipse unumquodque melius per affirmationem quam per negationem definiri intellexit (quod patet ex iis quae dicit 102 b 10 ἔστι δὲ τῶν τοῦ συμβεβηκότος ὁρισμῶν ὁ δεύτερος βελτίων). Quare melior est definitio quam habemus 1037 b 25 δεῖ δέ γε ἓν εἶναι ὅσα ἐν τῷ ὁρισμῷ· ὁ γὰρ ὁρισμὸς λόγος τίς ἐστιν εἷς καὶ οὐσίας, ὥσθ' ἑνός τινος δεῖ αὐτὸν εἶναι λόγον· καὶ γὰρ ἡ οὐσία ἕν τι καὶ τόδε τι σημαίνει... οὐθὲν γὰρ ἕτερόν ἐστιν ἐν τῷ ὁρισμῷ πλὴν τό τε πρῶτον λεγόμενον γένος καὶ αἱ διαφοραί. 103 b 15 ὁ ὁρισμὸς ἐκ γένους καὶ διαφορῶν ἐστίν. 143 b 20 ἐκ δὲ τῆς διαφορᾶς καὶ τοῦ γένους ὁ τοῦ εἴδους ἐστὶ λόγος. 101 b 39 ἔστι δ' ὅρος μὲν λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων. ἀποδίδοται δὲ ἢ λόγος ἀντ' ὀνόματος ἢ λόγος ἀντὶ λόγου. 1012 a 23 ὁ γὰρ λόγος, οὗ τὸ ὄνομα σημεῖον, ὁρισμὸς γίνεται. Subtilius de hac re disserit 1030 a 7 ὁρισμὸς δ' ἐστὶν οὐκ ἂν ὄνομα λόγῳ ταὐτὸ σημαίνῃ, πάντες γὰρ ἂν εἶεν οἱ λόγοι ὅροι... ἀλλ' ἐὰν πρώτου τινὸς ᾖ· τοιαῦτα δ' ἐστὶν ὅσα λέγεται μὴ τῷ ἄλλο κατ' ἄλλου λέγεσθαι. De ὁριστικῷ λόγῳ v. quae disputavit Trendelenbg. de anim. in Addend. Eodem sensu, quo ὅρος saepius significat rem vel conditionem sine qua aliquid esse vel fieri non possit (v. quae diximus ad 24 b 16), usurpatur etiam verbum ὁρίζειν: 435 b 16 παντὸς μὲν γὰρ αἰσθητοῦ ὑπερβολὴ ἀναιρεῖ τὸ αἰσθητήριον, ὥστε καὶ τὸ ἅπτὸν τὴν ἁφήν, ταύτῃ δὲ ὥρισται τὸ ζῆν. Praeter ea quae iam habuimus definitionis notio variis modis ab Aristotele exprimitur: 678 a 34 ὁ λόγος ὁ ὁρίζων τὴν οὐσίαν, 1020 a 18 ὁ λόγος ὁ τί ἐστι λέγων, 1023 b 23 ὁ λόγος ὁ δηλῶν ἕκαστον, 715 a 5 ὁ λόγος τῆς οὐσίας, ibid. vs. 8 ὁ λόγος (cf. quae diximus I. p. 270), ubi ὁ λόγος, quum numeretur in quattuor causis, de quibus dicemus ad 94 a 20, idem est quod τὸ εἶδος s. ἡ μορφή. Conf. 335 b 7 διὸ καὶ ὡς μὲν ὕλη τοῦτ' ἐστὶν αἴτιον τοῖς γενητοῖς, ὡς δὲ τὸ οὗ ἕνεκεν ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος· τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος ὁ τῆς ἑκάστου οὐσίας: quare ut synonyma copulantur 1025 b 29 τὸ τί ἦν εἶναι καὶ ὁ λόγος, 1107 a 7 ἡ οὐσία καὶ ὁ λόγος ὁ τί ἦν εἶναι λέγων, 1017 b 22 ὁ λόγος τοῦ τί ἦν εἶναι, 1030 b 26 τὸ τί ἦν εἶναι καὶ ὁ ὁρισμός. 1031 a 12 ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ὁ ὁρισμὸς ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι λόγος, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι ἢ μόνων τῶν οὐσιῶν ἐστὶν ἢ μάλιστα καὶ πρώτως καὶ ἁπλῶς, δῆλον. De formula τὸ τί ἦν εἶναι v. praeclaram

Trdlbgii commentationem in Mus. Rhenan. 1828. II, 4. p. 457, de anim. p. 192, Biese I. p. 427. not. 4, Rassow p. 54—66, Zell ad Eth. Nicomach. II, 6, 7. Quomodo differant *τὸ τί ἦν εἶναι* et *τὸ τί ἐστι* bene exposuit Kühn p. 6. not., Bonitz. Jen. Littztg. 1845. no. 215 sq., C. Heyder Krit. Darst. u. Vergl. etc. p. 251 sqq. not., Biese I. p. 366. not. 1. II. p. 35. De quibus quum ab aliis copiose disputatum sit, paucis has formulas illustrare satis habuimus: 988 a 34 *τὸ δὲ τί ἦν εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν σαφῶς μὲν οὐθεὶς ἀπέδωκε, μάλιστα δ' οἱ τὰ εἴδη τιθέντες λέγουσιν.* 1029 b 13 *καὶ πρῶτον εἴπωμεν ἕνια περὶ αὐτοῦ λογικῶς, ὅτι ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι ἕκαστον ὃ λέγεται καθ' αὑτό... οὐδὲ δὴ τοῦτο πᾶν... ἐν ᾧ ἄρα μὴ ἐνέσται λόγῳ αὐτό, λέγοντι αὐτό, οὗτος ὁ λόγος τοῦ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ.* 1030 a 4 *ὅταν δ' ἄλλο κατ' ἄλλου λέγηται, οὐκ ἔστιν ὅπερ τόδε τι, οἷον ὁ λευκὸς ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ὅπερ τόδε τι, εἴπερ τὸ τόδε τι ταῖς οὐσίαις ὑπάρχει μόνον. ὥστε τὸ τί ἦν εἶναί ἐστιν ὅσων ὁ λόγος ἐστὶν ὁρισμός... οὐκ ἔσται ἄρα οὐθενὶ τῶν μὴ γένους εἰδῶν ὑπάρχον τὸ τί ἦν εἶναι, ἀλλὰ τούτοις μόνον.* 1b. b 5 *ἐκεῖνο δὲ φανερὸν ὅτι ὁ πρώτως καὶ ἁπλῶς ὁρισμὸς καὶ τὸ τί ἦν εἶναι τῶν οὐσιῶν ἐστίν.* 1031 b 20 *ἔκ τε δὴ τούτων τῶν λόγων ἓν καὶ ταὐτὸ οὐ κατὰ συμβεβηκὸς αὐτὸ ἕκαστον καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ ὅτι γε τὸ ἐπίστασθαι ἕκαστον τοῦτό ἐστι τὸ τί ἦν εἶναι ἐπίστασθαι, ὥστε καὶ κατὰ τὴν ἔκθεσιν ἀνάγκη ἕν τι εἶναι ἄμφω.* 1032 b 11 *συμβαίνει τρόπον τινὰ ἐξ ὑγιείας τὴν ὑγίειαν γίνεσθαι καὶ τὴν οἰκίαν ἐξ οἰκίας, τῆς ἄνευ ὕλης τὴν ἔχουσαν ὕλην· ἡ γὰρ ἰατρικὴ ἐστι καὶ ἡ οἰκοδομικὴ τὸ εἶδος τῆς ὑγιείας καὶ τῆς οἰκίας. λέγω δ' οὐσίαν ἄνευ ὕλης τὸ τί ἦν εἶναι.* 1035 b 32 *εἶδος δὲ λέγω τὸ τί ἦν εἶναι.* 1030 a 29 *τὸ τί ἦν εἶναι ὁμοίως ὑπάρξει πρώτως μὲν καὶ ἁπλῶς τῇ οὐσίᾳ εἶτα καὶ τοῖς ἄλλοις, ὥσπερ καὶ τὸ τί ἐστιν οὐχ ἁπλῶς τί ἦν εἶναι, ἀλλὰ ποιῷ ἢ ποσῷ τί ἦν εἶναι.* Quomodo explicandum sit tempus imperfectum in formula *τί ἦν εἶναι*, haec exempla ostendunt: 1415 a 13 *ἐν δὲ τοῖς λόγοις καὶ ἔπεσι δεῖγμά ἐστι τοῦ λόγου, ἵνα προειδῶσι περὶ οὗ ἦν ὁ λόγος καὶ μὴ κρέμηται ἡ διάνοια.* 1363 a 9 *οὗ γὰρ πάντες ἐφίενται, τοῦτ' ἀγαθὸν ἦν.* 741 a 15 *εἰ οὖν τὸ ἄῤῥεν ἐστὶ τὸ τῆς τοιαύτης ποιητικὸν ψυχῆς, ὅπου κεχώρισται τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν, ἀδύνατον τὸ θῆλυ αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ γεννᾶν ζῷον· τὸ γὰρ εἰρημένον ἦν τὸ ἄῤῥεν εἶναι.* 424 a 31 *τοῦτο δ' ἦν ἡ αἴσθησις* (sic enim constitutus est sensus et definitus et,

quum recte definitus sit, haec semper est eius natura), ὥσπερ καὶ ἡ συμφωνία καὶ ὁ τόνος κρουομένων σφόδρα τῶν χορδῶν. Unde patet quomodo intelligendum sit et explicandum quod legitur 419a9 τοῦτο γὰρ ἦν αὐτὸ (sic Trdlbg., αὐτῷ Bkk.) τὸ χρώματι εἶναι τὸ κινητικῷ εἶναι τοῦ κατ' ἐνέργειαν διαφανοῦς, et quae his sunt similia. De casu dativo cum verbo εἶναι coniuncto v. quae diximus ad 67b12.

Cap. 11. *Rerum causae sunt quattuor, quae omnes per terminum medium et exprimuntur et cognoscuntur.* b27 *Etiam eiusdem rei duae simul esse possunt causae, ut si quid et consilio fit et necessario.*

94a20 De quattuor rerum causis v. Forchhammer Verhandlungen der sechsten Versammlung deutscher Philoll. und Schulmm. Cassel 1844. p. 84—89. 778b8 οὐχ ἑώρων (οἱ ἀρχαῖοι φυσιολόγοι) πλείους οὔσας τὰς αἰτίας, ἀλλὰ μόνον τὴν τῆς ὕλης καὶ τὴν τῆς κινήσεως, καὶ ταύτας ἀδιορίστως, τῆς δὲ τοῦ λόγου καὶ τῆς τοῦ τέλους ἀνεπισκέπτως εἶχον. 983a24 ἐπεὶ δὲ φανερὸν ὅτι τῶν ἐξ ἀρχῆς αἰτίων δεῖ λαβεῖν ἐπιστήμην (τότε γὰρ εἰδέναι φαμὲν ἕκαστον, ὅταν τὴν πρώτην αἰτίαν οἰώμεθα γνωρίζειν), τὰ δ' αἴτια λέγεται τετραχῶς, ὧν μίαν μὲν αἰτίαν φαμὲν εἶναι τὴν οὐσίαν καὶ τὸ τί ἦν εἶναι (ἀνάγεται γὰρ τὸ διὰ τί εἰς τὸν λόγον ἔσχατον, αἴτιον δὲ καὶ ἀρχὴ τὸ διὰ τί πρῶτον), ἑτέραν δὲ τὴν ὕλην καὶ τὸ ὑποκείμενον, τρίτην δὲ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, τετάρτην δὲ τὴν ἀντικειμένην αἰτίαν ταύτῃ, τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τἀγαθόν· τέλος γὰρ γενέσεως καὶ κινήσεως πάσης τοῦτ' ἐστίν. 194b24 ἕνα μὲν οὖν τρόπον αἴτιον λέγεται τὸ ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος (cf. 1013a24)... ἄλλον δὲ τὸ εἶδος καὶ τὸ παράδειγμα· τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι καὶ τὰ τούτου γένη... ἔτι ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἡ πρώτη ἢ τῆς ἠρεμήσεως... ἔτι ὡς τὸ τέλος· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ οὗ ἕνεκα. Cf. 455b15. 1044a32 ὅταν δή τις ζητῇ τί τὸ αἴτιον, ἐπεὶ πλεοναχῶς τὰ αἴτια λέγεται, πάσας δεῖ λέγειν τὰς ἐνδεχομένας αἰτίας. οἷον ἀνθρώπου τίς αἰτία ὡς ὕλη; ἆρα τὰ καταμήνια; τί δ' ὡς κινοῦν; ἆρα τὸ σπέρμα; τί δ' ὡς τὸ εἶδος; τὸ τί ἦν εἶναι. τί δ' ὡς οὗ ἕνεκα; τὸ τέλος. ἴσως δὲ ταῦτα ἄμφω τὸ αὐτό. δεῖ δὲ τὰ ἐγγύτατα αἴτια λέγειν. τίς ἡ ὕλη; μὴ πῦρ ἢ γῆν, ἀλλὰ τὴν ἴδιον, et quae sequuntur, quamquam 195b22 δεῖ δ' ἀεί, inquit, τὸ αἴτιον ἑκάστου τὸ ἀκρό-

τινων ζητεῖν. 715 a 4 ὑπάρχουσι γὰρ αἰτίαι τέτταρες. τό τε οὗ ἕνεκα ὡς τέλος. καὶ ὁ λόγος τῆς οὐσίας. ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἔν τι σχεδὸν ὑπολαβεῖν δεῖ (199 a 31 καὶ ἐπεὶ ἡ φύσις διττή, ἡ μὲν ὡς ὕλη ἡ δ' ὡς μορφή, τέλος δ' αὕτη, τοῦ τέλους δ' ἕνεκα τἆλλα. αὕτη ἂν εἴη ἡ αἰτία ἡ οὗ ἕνεκα). τρίτον δὲ καὶ τέταρτον ἡ ὕλη καὶ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. Quare quattuor causae, quas Aristoteles plerumque agnoscit, ad tres reducuntur 715 b 3 ὡς μὲν ὕλη τοῦτ' ἐστὶν αἴτιον τοῖς γινητοῖς 'τὸ δυνατὸν εἶναι καὶ μὴ εἶναι intell.). ὡς δὲ τὸ οὗ ἕνεκεν ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος, τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος ὁ τῆς ἑκάστου οὐσίας. δεῖ δὲ προσεῖναι καὶ τὴν τρίτην, quam significat ib. vs. 30 dicens τῆς μὲν γὰρ ὕλης τὸ πάσχειν ἐστὶ καὶ τὸ κινεῖσθαι, τὸ δὲ κινεῖν καὶ ποιεῖν ἑτέρας δυνάμεως. (Cf. 324 b 14 ἔστι δὲ τὸ ποιητικὸν αἴτιον ὡς ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. τὸ δ' οὗ ἕνεκα οὐ ποιητικόν.) Interdum etiam tres causae ad unam reduci possunt: 195 a 25 ἔρχεται δὲ τὰ τρία εἰς τὸ ἓν πολλάκις· τὸ μὲν γὰρ τί ἐστι καὶ τὸ οὗ ἕνεκα ἓν ἐστι, τὸ δ' ὅθεν ἡ κίνησις πρῶτον τῷ εἴδει ταὐτὸ τοῦτοις· ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ.

Primum agamus de ὕλῃ, quam vs. 24 verbis τό τε γὰρ οὗ ὄντος... (cf. 24 b 19 τεθέντων τινῶν) significat, quod illustratur iis quae leguntur 195 a 18 αἱ ὑποθέσεις τοῦ συμπεράσματος ὡς τὸ ἐξ οὗ αἰτιά ἐστιν. 1013 a 15 καὶ γὰρ αὕτη ἀρχὴ λέγεται τοῦ πράγματος, οἷον τῶν ἀποδείξεων αἱ ὑποθέσεις. 1013 b 17 τὰ μὲν γὰρ στοιχεῖα τῶν συλλαβῶν καὶ ἡ ὕλη τῶν σκευαστῶν καὶ τὸ πῦρ καὶ ἡ γῆ καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα τῶν σωμάτων, καὶ τὰ μέρη τοῦ ὅλου καὶ αἱ ὑποθέσεις τοῦ συμπεράσματος, ὡς τὸ ἐξ οὗ αἰτιά ἐστιν: unde apparet verbis οὗ ὄντος significari τὴν ὡς ἐν ὕλης εἴδει τιθεμένην αἰτίαν, ut dicit 318 a 9. 192 a 31 λέγω γὰρ ὕλην τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ, ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος μὴ κατὰ συμβεβηκός. εἶτα φθείρεται εἰς τοῦτο ἀφίξεται ἔσχατον, ὥστε ἐφθαρμένη ἔσται πρὶν φθαρῆναι. 194 b 7 ἐν μὲν οὖν τοῖς κατὰ τέχνην ἡμεῖς ποιοῦμεν τὴν ὕλην τοῦ ἔργου ἕνεκα, ἐν δὲ τοῖς φυσικοῖς ὑπάρχει οὖσα. ἔτι τῶν πρός τι ἡ ὕλη· ἄλλῳ γὰρ εἴδει ἄλλη ὕλη. 724 a 24 ὅσα ὡς ἐξ ὕλης γίγνεσθαι τὰ γιγνόμενα λέγομεν, ἔκ τινος ἐνυπάρχοντος καὶ σχηματισθέντος τὸ ὅλον ἐστίν: quare 786 b 21 τὴν φωνὴν appellat ὕλην τοῦ λόγου et 641 b 25 τὴν φύσιν διχῶς λέγεσθαι dicit, τὴν μὲν ὡς ὕλην τὴν δ' ὡς οὐσίαν, ubi ὕλη οὐσίᾳ item plane oppo-

96 b 1 Quum autem quae naturam rei exprimant, necessario cum ea coniuncta esse debeant, ea vero quae universalia sint, necessario de ea praedicentur — unde consequitur definitionem sive ternionis sive alius rei cuiuscunque ita constituendam esse, ut componatur ex iis quae universalia sint et necessario cum ea coniuncta (οὕτω vs. 4, ut dictum est a 32 sqq.) — ternionem (a 38) recte a nobis definitum esse apparet. Veram autem eius naturam expressam esse inde patet, quod, si non

esset, definitio quam dedimus latius patere deberet quam id quod definiendum erat (*ἡ τριάς*), ut generi cuidam sive nominato sive non nominato (quid sit *ἀνώνυμον* explicuimus ad 19 b 6), cui res definienda subiecta esset, conveniret; sin autem proposita definitio non convenit nisi in singula eaque individua (die einzelnen, concreten Dinge), quae notioni definiendae subiecta sunt et quorum revera eadem esse debet definitio (vs. 13 sq. *τῶν οὕτω δειχθέντων*, h. e. *τῶν ἀτόμων, ἐφ' οἷς ἡ ἔσχατος κατηγορία ἡ αὐτὴ διὰ τὸ μὴ διαφέρειν τῷ εἴδει*), definitio bene habet. — Philoponus (schol. 247 b 42) aliam lectionem commemorat, quam, quum neque Boethius neque codices habeant, non recepimus.

96 b 15 *πραγματεύεσθαι* dicitur qui cognitionem aliquam ad artem et praecepta revocare studet, v. Trdlbg. de anim. p. 199. 987 a 21 *περὶ τοῦ τί ἐστιν ἤρξαντο μὲν λέγειν καὶ ὁρίζεσθαι, λίαν δ' ἁπλῶς ἐπραγματεύθησαν*. 989 b 33 *διαλέγονται μέντοι καὶ πραγματεύονται περὶ φύσεως πάντα*. 202 b 35 *προσῆκον ἂν εἴη τὸν περὶ φύσεως πραγματευόμενον θεωρῆσαι περὶ ἀπείρου*. Quare *πραγματεία* aut doctrinam quandam significat certis finibus circumscriptam, sicut 183 b 17 al. de coel. 308 a 1 *φυσικὴ πραγματεία* (quae 464 b 33 *φυσικὴ φιλοσοφία* dicitur: nam *φιλοσοφία* et ita dicitur, ut universam philosophiam, et ita, ut singulas eius partes significet: 1096 b 31 *ἐξακριβοῦν γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἄλλης ἂν εἴη φιλοσοφίας οἰκειότερον*, ad quem locum v. Zell. coll. 203 a 2 et 1059 b 21), aut etiam philosophi cuiusdam disciplinam: 987 a 30 *μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία*, ubi *πραγματεία* idem est quod *φιλοσοφία*. Quare *τὸ πραγματεύεσθαι* 1088 b 25 *καθάπερ ἐν ἄλλοις λόγοις συνέβη πραγματευθῆναι*, quaerendi et explicandi notionem habet, sicut etiam *φιλοσοφία* idem interdum significat quod *σκέψις*: 1099 b 14 *ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως ἄλλης ἂν εἴη σκέψεως οἰκειότερον* coll. 1096 b 31, quem locum modo adscripsimus. 1282 b 23 *ἔχει γὰρ τοῦτ' ἀπορίαν καὶ φιλοσοφίαν πολιτικήν*. Cf. 1394 a 6, ubi *τὸ ἐκ φιλοσοφίας* opponitur *τοῖς πράγμασιν*, exempla quae excogitantur et finguntur iis quae e rebus veris sumuntur. 1331 a 16 ut synonyma coniunguntur *ζητεῖν καὶ φιλοσοφεῖν*. Alius verbi *πραγματεύεσθαι* est usus 759 a 36 *πάντα γὰρ ὅσα πραγματεύεται περὶ τὰ τέκνα* (omnia animalia quae prolem curant et fovent), *περὶ τὸν φαινόμενον οἰκεῖον διαπονεῖται*

γόνον. — Sententia loci haec est. Si quis doctrinam quandam pertractare velit, explicare debet quomodo inter se cohaereant et connexa sint quaecunque ad unum genus pertineant (nam quaeque doctrina una est eo, quod ad unum genus pertinet — v. 87 a 38 — quod hic dicitur ὅλον τι). Quod ut fiat, primum quidem generis, de quo agitur, species individuae singulae sunt enumerandae, h. e. eae quibus aliae species non subiectae sunt: quibus definitis (οὕτως vs. 17 bene interpretatur Rassow p. 38. not. 1 „ut praescriptum erat", vel potius „quod si ita factum est", cf. C. Heyder p. 289 sq. not.) etiam genus quo continentur definiendum est. Deinde quae generi propria sunt investigari debent adhibitis iis propositionibus quae omnibus disciplinis communes sunt (v. 77 a 26 — Rassow hoc non recte intellexit, v. p. 38. not. 2). Nam (vs. 21) quum species individuae (quas hic Aristotelem dicere τὰ συντιθέμενα ἐκ τῶν ἀτόμων bene perspexit C. Heyder p. 290 not.), ex quibus coniunctis genus componitur, definitae sint, ex his ipsis definitionibus patefiet, quae generi, ad quod doctrina pertineat quam constituere velimus, propria sint πάθη et in eius natura posita (τὰ καθ' αὑτὰ ὑπάρχοντα quae Aristoteles simpliciter hic dixit τὰ συμβαίνοντα vs. 21): nam omnis institutio a definitione proficisci debet et ab eo quod quam simplicissimum sit (genus intelligit et quae ei subditae sint species), quia quodcunque de rebus simplicibus dicitur non aliunde pendet, quodcunque vero de iis quae non simplicia sunt alienam causam habet et repetendum est et explicandum ex iis quae simplicia sunt.

96 b 25 Apparet ex iis quae diximus quem usum habeat, si quis genus in species dividat secundum differentias quae dicuntur specificae, quamquam hanc ipsam divisionem in demonstrando nullius momenti esse iam supra (cap. 5) probavimus. Nam etiam si nihil cogitur divisione (vs. 28), sed omnia non demonstrata sumuntur, tamen ad definitionem constituendam divisio haud parvam utilitatem habet. Multum autem interest (vs. 30) num quid eorum quae praedicentur vel primo vel alio loco collocatum praedicetur. Nam si omnis divisio bipertita est et genus cum differentia proxima coniunctum (ζῷον ἥμερον) unam eamque novam notionem formet, quae item nova differentia bipertita adiecta definienda vel (ut vocabulo utar nobis usitatiori) determinanda est, alteram utram

bipertitae differentiae partem assumere necesse est: unde apparet non idem esse, quo ordine singulae differentiae cum genere coniungantur, quum differentiarum ordo ipsam dividendi rationem indicet.

96 b 35 Deinde num quid praetermissum sit eorum quae cum natura rei definiendae coniuncta sint, non intelligitur nisi divisione facta. Nam si quis genus ita dividat, ut non primas et proximas species, sed his praetermissis eas sumat quae primis subiectae sint, non quodcunque genere continetur, idem etiam in aliqua specie semper inerit, quamquam genus singulas species, si coniungantur, ambitu exaequare debet.

97 a 5 ἄλλως δὲ ... Sin autem divisio non procedat ordine, neque nihil praetermitti neque, si quid praetermissum sit, hoc animadverti necesse est.

97 a 6 Deinde erit fortasse (Speusippum Aristoteli in mente fuisse discimus ex schol.) qui quidquam definiri posse prorsus neget, propterea quod qui rem definiret eam distinguere deberet a reliquis omnibus, quod fieri non posset, nisi omnia cognita haberet. Cui quidem argumentationi (vs. 11) primum obiiciendum est hoc, quod non quae quo modo cunque differunt revera diversa sunt: nam multa sunt rerum discrimina, quae ad earum naturam, quae definitione exprimi debet, non pertinent, quum quaecunque eidem speciei individuae subiecta sint non reapse, sed non nisi in iis differant quae sensu proprio dicuntur συμβεβηκότα (cf. 96 b 10 sqq. Biese hunc locum non recte intellexit: vertit enim I. p. 310 „nicht jeder Unterschied der Art bestimmt die Verschiedenheit einer Sache von der andern, weil die Artunterschiede — dicendum erat „weil alle andern Unterschiede aufser den Artunterschieden" — auch die Bedeutung des Accidentellen haben und daher nicht das Wesen und das Ansich bezeichnen"). Deinde (vs. 14) si quis genus bipertito dividat in duas species sibi oppositas, *A* et *Non-A*, et differentiam cognoscat qua haec divisio nitatur, deinde si quodcunque generi subiectum sit aut in specie *A* aut in specie *Non-A* esse sumat et rem definiendam in altera earum inesse non solum ponat, sed etiam sciat, ad naturam rei definiendae cognoscendam nihil attinet num sciat an ignoret quaecunque alia insint in utraque specie. Nam si divisionem persequatur et ad finem perducat, ad ea perveniet, quorum iam nulla est differentia: quod si

factum est, definitio quam quaesivit inventa erit. Quod vero diximus unumquodque eorum quae generi subiecta sint in altera utra semper specie inesse, id ut concedatur non petimus (vs. 20); imo hoc necesse est, quoniam, si vera generis differentia sumta est, nihil quod in genere inest a differentia, quae generi propria est, ita alienum esse potest, ut cum ea non communicet: a differentia autem species in quas genus dividitur, ut a communi fonte, derivantur.

97 a 26 Primum, ut ea quae definitionem constituant sumantur ita ut in ipsa rei natura posita sint, generis ratio habenda est: nam sicut ea quae *κατὰ συμβεβηκός* de aliqua re praedicantur ex iis colligimus quae non necessario cum rei natura coniuncta sunt, ita quae necessario cum ea coniuncta sunt e genere ipso elicienda et derivanda sunt. Deinde (vs. 28), ut ordine procedat definitio, primum sumendum est genus, quippe quod maxime universale sit: generi enim reliqua omnia subiecta sunt, ipsum vero non continetur alio. Quod si tenemus, iam eligendum est id quod primum est et maxime universale ex iis quae generi subiecta sunt. Hoc autem si inventum est, eodem ordine et ratione pergitur: nam misso eo quod magis universale est, quippe quod iam inventum sit, e reliquis omnibus id semper primum erit et maxime universale, quod illi quam proximum est.

97 a 35 Nihil praetermissum esse in definitione et ex eo appareret, quod id sumitur quod in divisione primum est — ita ut e. g. in divisione animalis omne animal aut ad speciem *A* aut ad speciem *Non-A* referatur, quae se invicem excludunt; refertur autem ad speciem *A* (hoc enim sumit divisio) — et ex eo (vs. 37 *καὶ πάλιν*, intell. *ἐκ τοῦ λαβεῖν*), quod differentia, ex qua species nascuntur, totius generis differentia est, non partis cuiuscunque; deinde etiam ex eo (vs. 37), quod ultima species ad quam pervenimus novam differentiam non habet vel quod id cui iam adiungitur ultima differentia specie non differt ab eo quod definiendum est (hoc enim appellat *τὸ σύνολον*, quum definitio composita sit e genere eiusque differentiis). Apparet enim, quum omnia quae sumserimus cum re ipsa coniuncta sint, neque quidquam adiectum esse quod abesse deberet, neque quidquam praetermissum esse, quum et genus sumtum sit — atque hoc quidem et primum idque nude positum et cum differentiis coniunctum,

h. e. ἢ ὠνομασμένον ἢ ἀνώνυμον, ut dicit 96 b 7 — et differentiae omnes, quarum una si deesset, nova ultimae speciei differentia inveniri posset. — Non recte Biese I. p. 311 „weil diese (Unterschiede) bis zu dem äufsersten unmittelbar miteinander zusammenhangen (πᾶσαι ἔχονται vs. 5).

97 a 39 Pro εἴδει τοῦτο scripsissem ἔτι τοῦτο vel εἴδει ἔτι τοῦτο, nisi Boethius vulgarem lectionem tueretur.

97 b 7 Cf. ad h. l. Kühn. p. 35. et C. Heyder p. 287 sq. Ut definitio notionis universalis constituatur, investigandum est quid ea, quae inter se sint similia et specie non diversa, inter se habeant commune, deinde idem faciendum est in aliis quae cum illis, quorum similitudinem iam exploravimus, in eodem genere sint, specie vero ab iis differant, quamquam inter se non diversa sint specie. His igitur consideratis, si invenitur aliquid quod idem est in utrisque, id utrique speciei commune erit. Item consideranda sunt alia quorum genus quidem idem sit atque eorum quae iam exploravimus, species vero diversa, ut investigetur num etiam his idem sit commune quod iis commune erat quae iam exploravimus: hac igitur ratione (quam qui nondum satis perspicit exemplum videat quo Aristoteles rem illustrat) si quaerere pergimus id quod alteri speciei cum altera commune sit, denique inveniemus quod omnes species commune habeant quas, ut definitionem notionis universalis qua continentur investigaremus, consideravimus. Quod si non ambiguum est, definitionem exprimet quam quaerimus, si vero ambiguum, apparet non unam notionem esse id quod ad definiendum proposuimus, sed plures, quarum etiam definitio non una esse debet, sed plures, quod in exemplo adiecto significatur verbis δύο εἴδη ἂν εἴη vs. 24. De μεγαλοψυχίᾳ v. Eth. Nic. IV. c. 7 sq. coll. 1107 b 22.

97 b 11 Recepimus quod dedit Trdlbg. Elem. log. p. 17 τί pro τι: quam quidem lectionem, etsi a codd. alienam, et Boeth. et edd. Bkko priores tuentur. Praeterea coll. vs. 8, 17, 18 et 23 dubium esse vix potest, quin τί (intell. ἔχουσιν) sit vera lectio.

97 b 28 τὸ καθ' ἕκαστον hic non dicit id quod sub sensus cadit (hoc enim definiri omnino nequit: 1039 b 28, quem l. dedimus ad 75 b 24. Cf. 1040 a 6 διὸ δεῖ τῶν πρὸς ὅρον, ὅταν τις ὁρίζηταί τι τῶν καθ' ἕκαστα, μὴ ἀγνοεῖν ὅτι ἀεὶ ἀναιρεῖν ἔστιν· οὐ γὰρ ἐνδέχεται ὁρίσασθαι... ἀναγκαῖον δ' ἐξ ὀνομάτων εἶ-

ναι τὸν λόγον. ὄνομα δ' οὐ ποιήσει ὁ ὁριζόμενος· ἄγνωστον γὰρ ἔσται. τὰ δὲ κείμενα κοινὰ πᾶσιν. ἀνάγκη ἄρα ὑπάρχειν καὶ ἄλλῳ ταῦτα), sed speciem individuam, quam vs. 31 dicit *τὸ ἀδιάφορον, διὰ τὸ τοῦ τελευταίου μηκέτι εἶναι διαφοράν* (97a38).

97b29 *δεῖ ἀπὸ τῶν καθ'...* quod quomodo fieri debeat exposuit 96b15 sqq.

97b30 *λανθάνουσι μᾶλλον...* nam notio acuti ambigua est, id vero quod minus universale, v. g. notio vocis acutae vel anguli acuti, non ambiguum.

97b32 Dedimus *συλλελογίσθαι* quod etiam paraphr. Ricc. exhibet. Boeth. et vet. intp. vertunt tempore praesente „syllogizari", unde colligi non licet utrum habuerint *συλλογίσασθαι* an *συλλελογίσθαι*, quum etiam 92a12 *συλλελογίσθαι* reddant „syllogizari". — Sententia loci haec est. Sicut in demonstratione quod cogitur conspicuum esse debet et facile ad intelligendum ex propositionibus unde colligitur, sic etiam definitionis omnis virtus in perspicuitate est: quam quidem perspicuitatem ut consequamur, notio universalis quam definire volumus non statim ab initio una definitione comprehendenda est, ne, si ambigua sit, falsam definitionem constituamus, sed antequam eam definiamus, seorsum per ea quae singulis propria sunt *πάθη* et *καθ' αὐτὰ ὑπάρχοντα* definiendae sunt singulae illius notionis partes, quae diversis generibus subiectae sunt: e. g. ut definiatur similitudo, antequam hanc ipsam definiamus, definiendum est quid sit colorum, quid figurarum similitudo, vel ut definiatur quid sit acutum, antea definiendum est quid sit acutum, si de voce, quid, si de angulo praedicetur: quo facto etiam quod universe dicatur acutum definiri poterit. Sin autem (vs. 37) ne in disputando quidem ambiguitas ferenda est, neque definitio ambigua esse debet neque id quod definitur: nam si definitio ambiguitatem habet, a disputatione, quippe quae a definitionibus proficiscatur, ambiguitas aliena esse non poterit.

Cap. 14. *Ut problemata quae cuique doctrinae propria sint recte proponantur, divisione opus est: qua in re non solum generis ad quod doctrina pertinet ratio habenda est,* 13 *sed etiam investigandum quodcunque singula quae ei subiecta sint commune habeant, etsi nomine careat,* 20 *et num quae inter se sint ἀνάλογα.*

98a 1 Quae in quaque disciplina tractanda sint problemata divisione et partitione facta intelligitur. (Bene Biese I. p. 314: „Um nun die Probleme richtig zu wählen, muſs man sowohl von der Zergliederung des Ganzen in seine Theile als auch von der Eintheilung der Gattung in die Arten Gebrauch machen".) Ac primum quidem quae de universo genere praedicentur investiganda sunt, deinde quae sint singulae generis species: quae quidem ratio hanc utilitatem habebit, quod, quum quae de universo genere dicantur ea ad singulas species transferre liceat, simul causa intelligetur, ob quam de iis quae generi subiecta sint (h. e. de unaquaque specie vs. 8) eadem recte praedicentur quae etiam de genere universo. — Vs. 1 dedimus *λέγειν* quod et intpp. graeci (schol. 248 b 27 et 30 sq.) excepto Eustratio (v. ib. vs. 41) habuerunt et optimi codd. praebent — idem etiam probavit Brandisius in Variet. lect. Aristot. —, vs. 2 vero *διαλέγειν*, quod Eustratium habuisse constat (ib. vs. 42), dum quid reliqui intpp. habuerint ignoramus. Boethius et vet. intp. utrumque vertunt „eligere".

98a 12 *τοῖς ἄλλοις*, intell. *Γ* et *E*. — *τῶν ἄλλων* bene explicat paraphr. Riccard. *τῶν ἐφεξῆς* et cod. *n τῶν κάτω*.

98a 13 Eadem ratio est eorum quibus quod commune est nomine caret s. quorum genus *ἀνώνυμον*: namque investigandum est de quibus praedicetur *τὸ ἀνώνυμον* et quae de ipso praedicentur. Item enim in his atque in iis, quae modo habuimus vs. 9 — 11, syllogismo facto apparebit quam ob causam de iis quae generi, licet *ἀνωνύμῳ*, subiecta sint eadem praedicentur quae de genere ipso: *οἷον εἰ τοῖς κέρατα ἔχουσιν ὑπάρχει τὸ ἔχειν ἐχῖνον ἢ τὸ μὴ ἀμφώδοντ' εἶναι καὶ πάλιν τὸ κέρατ' ἔχειν ἕπεται τῷ Α, δῆλον ὅτι διὰ τὸ κέρατ' ἔχειν (τὸ μέσον καὶ αἴτιον) ὑπάρξει τῷ Α τὸ ἔχειν ἐχῖνον ἢ τὸ μὴ ἀμφώδοντ' εἶναι.* De re ipsa v. 674 b 5 *καὶ μηρυκάζει δ' ἡ κάμηλος ὥσπερ τὰ κερατοφόρα, διὰ τὸ τὰς κοιλίας ὁμοίας ἔχειν τοῖς κερατοφόροις. τούτων δ' ἕκαστον πλείους ἔχει κοιλίας ... ὅπως ἐπειδὴ τῆς ἐργασίας ἐλλείπει περὶ τὴν τροφὴν ἡ λειτουργία ἡ τοῦ στόματος διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν ὀδόντων, ἡ τῶν κοιλιῶν ἑτέρα πρὸς ἑτέρας δεχομένη τὴν τροφήν, ἡ μὲν ἀκατέργαστον, ἡ δὲ κατειργασμένην μᾶλλον, ἡ δὲ πάμπαν, ἡ δὲ λείαν ... καλοῦνται δὲ ταῦτα κοιλία καὶ κεκρύφαλος καὶ ἐχῖνος καὶ ἤνυστρον.* 507 b 7 *μεγέθει δὲ πολὺ ἐλάττων ἐστὶν ὁ κεκρύφαλος τῆς κοιλίας. τούτου δ' ἔχεται ὁ ἐχῖ-*

νος, τὰ ἐντὸς ὢν τραχὺς καὶ πλακώδης, τὸ δὲ μέγεθος παραπλήσιος τῷ κεκρυφάλῳ. cf. Biese II. p. 183 et Aristot. 676 a 11. Deinde de κερατοφόροις 501 a 12 ὅσα μὲν γάρ ἐστι κερατοφόρα οὐκ ἀμφώδοντά ἐστιν· οὐ γὰρ ἔχει τοὺς προσθίους ὀδόντας ἐπὶ τῆς ἄνω σιαγόνος. ἔστι δ' ἔνια οὐκ ἀμφώδοντα καὶ ἀκέρατα οἷον κάμηλος. 663 b 31 τὴν γοῦν τοιούτου σώματος (intell. τοῦ ὀστώδους ἐν τοῖς σώμασι τῶν ζῴων καὶ γεώδους) περισσωματικὴν ὑπερβολὴν ἐν τοῖς μείζοσι τῶν ζῴων ὑπάρχουσαν ἐπὶ βοήθειαν καὶ τὸ συμφέρον καταχρῆται ἡ φύσις καὶ τὴν ῥέουσαν ἐξ ἀνάγκης εἰς τὸν ἄνω τόπον τοῖς μὲν εἰς ὀδόντας καὶ χαυλιόδοντας ἀπένειμε, τοῖς δ' εἰς κέρατα. διὸ τῶν κερατοφόρων οὐδέν ἐστιν ἄμφωδον· ἄνω γὰρ οὐκ ἔχει τοὺς προσθίους ὀδόντας· ἀφελοῦσα γὰρ ἐντεῦθεν ἡ φύσις τοῖς κέρασι προσέθηκε, καὶ ἡ διδομένη τροφὴ εἰς τοὺς ὀδόντας τούτους εἰς τὴν τῶν κεράτων αὔξησιν ἀναλίσκεται. Cf. 651 a 30, b 30.

98 a 20 Denique etiam alia ratio est, qua quae alicui rei propria sint et cum eius natura coniuncta explorentur: nam etiam si quae non in eodem genere sunt, sive nominato sive anonymo, tamen interdum accidit, ut sint *ἀνάλογα*: ex qua quidem *ἀναλογίᾳ*, quippe quae communem quandam rerum naturam exprimat, colligi possunt quae singulis rebus quamvis diversis sint communia. Etenim sicut quod de genere praedicatur idem etiam de iis quae generi subiecta sunt recte dicitur, ita etiam quod de universa quadam *ἀναλογίᾳ* valet, id etiam de singulis quorum eadem est *ἀναλογία* recte dicetur: nam una demonstratione complecti licet quaecunque sunt *ἀνάλογα* (74 a 20). — Eandem quam nostro loco *ἀναλογίαν* commemorat 644 b 12 τὰ γὰρ μόρια διαφέρουσι τούτων οὐ τῇ ἀνάλογον ὁμοιότητι, οἷον ἐν ἀνθρώπῳ καὶ ἰχθύϊ πέπονθεν ὁστοῦν πρὸς ἄκανθαν. 654 a 20 ὑπάρχει δ' ἐν αὐτοῖς καὶ τὸ ἀνάλογον ταῖς τῶν ἰχθύων ἀκάνθαις, οἷον ἐν μὲν ταῖς σηπίαις τὸ καλούμενον σήπιον (Bkk. σηπίον, quamquam 679 a 21 dedit σήπιον, quod, ut scriptura aequalis esset, etiam 98 a 21 exhibuimus) ἐν δὲ ταῖς τευθίσι τὸ καλούμενον ξίφος.

Cap. 15. *Eadem problemata sunt quorum aut idem est terminus medius aut quorum alter alteri subiectus est.*

98 a 25 ὅτι πάντα ἀντιπερίστασις: haec enim causa est pluviae et somni et febris: 360 b 31 ὕσαντός τε γὰρ ἡ γῆ ξηραινο-

μένη ὑπό τε τοῦ ἐν αὐτῇ θερμοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ ἄνωθεν ἀναθυμιᾶται, τοῦτο δ' ἦν ἀνέμου σῶμα. καὶ ὅταν ἡ τοιαύτη ἀπόκρισις ᾖ καὶ ἄνεμοι κατέχωσι, πανομένων διὰ τὸ ἀποκρίνεσθαι τὸ θερμὸν ἀεὶ καὶ ἀναφέρεσθαι εἰς τὸν ἄνω τόπον συνίσταται ἡ ἀτμὶς ψυχομένη καὶ γίνεται ὕδωρ· καὶ ὅταν εἰς ταὐτὸν συνωσθῶσι τὰ νέφη καὶ ἀντιπεριστῇ εἰς αὐτὰ ἡ ψῦξις, ὕδωρ γίνεται καὶ καταψύχει τὴν ξηρὰν ἀναθυμίασιν. Coll. 348 b 2 sqq. 458 a 25 τί μὲν οὖν τὸ αἴτιον τοῦ καθεύδειν, εἴρηται, ὅτι ἡ ὑπὸ τοῦ σωματώδους τοῦ ἀναφερομένου ὑπὸ τοῦ συμφύτου θερμοῦ ἀντιπερίστασις ἀθρόως ἐπὶ τὸ πρῶτον αἰσθητήριον. Cf. 457 b 1 ὥστε φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι ὁ ὕπνος ἐστὶ σύνοδός τις τοῦ θερμοῦ εἴσω καὶ ἀντιπερίστασις φυσικὴ διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν. 458 a 10 ἐγείρεται δ' ὅταν πεφθῇ καὶ κρατήσῃ ἡ συνεωσμένη θερμότης ἐν ὀλίγῳ πολλὴ ἐκ τοῦ περιεστῶτος, καὶ διακριθῇ τό τε σωματωδέστερον αἷμα καὶ τὸ καθαρώτατον. Coll. 963 a 9 sqq. 909 a 22 διὰ τί ἐν τῇ ψυχροτάτῃ χώρᾳ οἱ καῦσοι μᾶλλον γίνονται; ἢ διότι ἀντιπεριίστησι τὸ ψῦχος εἴσω τὴν θερμότητα; ἐν δὲ τῷ θέρει τοὐναντίον συμβαίνει τὰ εἴσω ψυχρότερα. ὁ δὲ καῦσος πυρετὸς τῶν ἔξω κατεψυγμένων τὰ ἔσω θερμότητι ὑπερβάλλει. Haec igitur omnia ex eadem causa gignuntur: efficiuntur enim per caloris quandam densationem. Sunt alia quorum causa genere eadem est, velut sonorum, imaginum quas quaedam corpora reddunt et arcus pluvii: nam communis omnium causa in eo est, quod aliquid refringitur, differunt autem (vs. 26) aut in eo quod aut quomodo refringitur: refringitur enim aut aer aut lumen, sed aliter, si in speculo imago, aliter, si arcus pluvii apparet.

98 a 30 διαφέρει. Exspectabas ut diceret ταὐτά ἐστιν, sed quum differentiam quandam exposuerit in iis quae proxime antecedunt (vs. 26), negligentius dixit διαφέρει.

Cap. 16. *Etiam si simul sint et inter se convertantur id quod probetur et id ex quo, tamen non demonstrandum est alterum utrum ex altero, sed ut vera comparetur scientia, terminus medius exprimere semper debet causam eius quod cogitur.* b 25 *Unius et eiusdem rei una sola est causa ex qua recte colligitur et cum qua convertitur.*

98 a 35 Quaeritur num id quod demonstretur et id ex quo (effectus et causa) simul esse possint: οἷον εἰ τὸ τί ἦν εἶναι

τῷ φυλλοῤῥοεῖν ἐστὶ τὸ πλατέα ἔχειν τὰ φύλλα (vs. 38), τοῦ δ' ἐκλείπειν ἐστὶν ὁρισμὸς καὶ αἴτιον τὸ τὴν γῆν ἐν μέσῳ εἶναι, τὸ αἴτιον καὶ τὸ αἰτιατὸν ἅμα ὑπάρχει· εἰ γὰρ μὴ ἅμα, ὅτε ὑπάρχει τὸ αἰτιατόν, τὸ αἴτιον οὐχ ὑπάρξει καὶ ἔσται ἄλλο τι αἴτιον τῶν αἰτιατῶν (b 2). Si igitur simul sunt quod probatur et id ex quo, alterum utrum demonstrari poterit ex altero: tamen (b 17), quum causa effectu prior sit, fieri non potest, ut utrumque sit causa alterius. Quae quidem difficultas tollitur eo, quod altera demonstratio quae ex causa effectum colligit patefacit τὸ διὰ τί, quod intelligere debet qui veram rei habet scientiam, altera vero, quae causam ex effectu, nihil cogit nisi τὸ ὅτι, ex quo solo ipsa rei natura non intelligitur.

98 a 37 εἰ φυλλοῤῥοεῖ, cf. 783 b 10 τῶν φυτῶν τὰ μὲν ἀείφυλλα τὰ δὲ φυλλοβολεῖ. Ib. 18 αἴτιον δὲ τοῦ πάθους ἔνδεια ὑγρότητος θερμῆς, τοιοῦτον δὲ μάλιστα τῶν ὑγρῶν τὸ λιπαρόν· διὸ καὶ τῶν φυτῶν τὰ λιπαρὰ ἀείφυλλα μᾶλλον. — Vs. 38 Brandisius in Variet. lect. Aristot. scribi vult τοῦ μέν ἐστι ex coniectura Casauboni, quam comprobare videtur Boethii auctoritas. Sylb. coniecit τούτου ἐστίν.

98 b 22 ἐν γὰρ τῷ λόγῳ — v. quae habuimus 93 b 6.

93 b 25 Eidem difficultati de qua modo diximus num alio modo mederi possit, exponit: sumsit enim pro concesso (vs. 2) eiusdem rei unam solam dari causam, ex qua rite cogatur; iam igitur quaerit num plures esse possint. Ac videntur quidem diversae esse posse eiusdem rei (*A*) causae, velut si *A* eodem iure praedicetur de *B* quo etiam de *C*, *B* vero de *D* et *C* de *E*, consequitur *A* praedicari et de *D* et de *E*: diversis igitur terminis mediis interpositis (*B* et *C*) idem (*A*) praedicari cogitur: unde apparet (vs. 29) ex certis quibusdam causis (*B* et *C*) colligi quidem posse certum quendam effectum (*D* et *E*), ex effectu vero causam (quum eidem rei plures eaeque diversae subesse possint causae) non ita derivari posse, ut ex qua causa provenerit recte cogatur: nam quum terminum *A* de alio praedicari et termino *B* et termino *C* medio interposito colligi possit, ex conclusione ipsa non intelligitur per utrum terminum medium coacta sit.

98 b 26 Codd. invitis servavimus πρώτων, quod et Bkkus recepit et sequentia postulant: nam vs. 27 bis legitur πρώτῳ. Boeth. „de pluribus primis praedicari primo", ut legisse videatur

πρώτων κατηγορεῖσθαι πρώτως: quare neque ex Boethii versione neque ex iis quae habent paraphr. Ricc. et Prodr. (v. I. p. 65) quae vera sit lectio colligi potest. Edd. prr. κατηγορεῖσθαι πρώτως. Accedit quod πρῶτον mendi speciem habet, quare alteram lectionem praetulimus. Ceterum v. quae diximus ad 66 b 20.

98 b 32 Iam refellit ea quae dixit in antecedentibus. Si, inquit, universale esse debet quodcunque ad demonstrandum proponitur, et terminus medius (id ex quo demonstratur) universalis esse et de eo quod demonstratur universo praedicari debet, ut neutrum neutro neque latius pateat neque angustius: qua in re nihil refert utrum id ad quod demonstratio pertineat plures (diversas) habeat species (e. g. etiam si id de quo praedicatur τὸ φυλλοῤῥοεῖν plures habeat species, tamen de hisce ipsis — sive plantae intelliguntur universe sive certa quaedam plantarum species — praedicabitur omnibus) an non habeat. Quare (vs. 35) in iis syllogismis quorum medius terminus exprimit τὸ τί ἦν εἶναι, id quod probatur et id ex quo eundem ambitum habere debent, ut converti possint. Velut si τοῦ φυλλοῤῥοεῖν vera causa est ἡ πῆξις τοῦ ὑγροῦ, et ex illo recte colligetur ἡ πῆξις et ex hac τὸ φυλλοῤῥοεῖν, quamquam servato eo discrimine quod indicatum est vs. 20. — Verba μὴ ὁτῳοῦν ἀλλὰ δένδρῳ vs. 38 adiecit, ut significet non latius patere debere id ex quo demonstretur (τὴν πῆξιν) quam id quod demonstretur (τὸ φυλλοῤῥοεῖν): alterum enim ex altero non demonstrabitur, nisi quatenus utrumque refertur ad id ad quod omnis haec demonstratio pertinet (τὸ δένδρον).

Cap. 17. *Si idem de pluribus praedicatur, id, nisi demonstretur* κατὰ συμβεβηκός, *ex eadem causa demonstrandum est: conclusionis ambiguae terminus medius ambiguus est.* 16 *Terminus maior minorem ambitu exaequare debet, quamquam latius patere debet singulis quae in illo insunt.* 30 *Idem, si praedicatur de rebus specie diversis, per diversos terminos medios demonstrari potest.*

99 a 1 Eandem quaestionem, de qua modo egit, iam ita discernit, ut dicat diversam esse non posse causam (terminum medium intell.), ex qua idem de pluribus praedicari demonstretur, si neque ex signo (v. Anal. pr. c. 27, exempla v.

167 b 5 sqq.) neque *κατὰ συμβεβηκός*, sed ex ipsa rei natura cogatur quod colligatur, quia terminus medius definitionem (*τὸ τί ἦν εἶναι*, *ὁ λόγος* vs. 3) maioris termini exprimat; si vero non exprimat, idem diversis terminis mediis interpositis cogi posse. Potest quidem etiam quaeri, quinam fiat syllogismus, si terminus medius cum maiore (*οὗ αἴτιον* sc. *τὸ μέσον* — namque medius definitionem maioris constituit) et minore (*ᾧ αἴτιον* — namque medius in causa est, quod de minore praedicatur maior) non natura coniunctus sit, sed *κατὰ συμβεβηκός*, quamquam a vera scientia talia quaerere alienum est (v. 32 b 22. — *προβλήματα*, intell. *ἀποδεικτικά*, agitur enim de vera demonstratione). Si nihilominus tamen cogatur aliquid *κατὰ συμβεβηκός*, termini medii eadem utique erit ratio atque conclusionis ipsius: namque si ambiguum est quod cogitur, etiam terminus medius ambiguitatem habebit; si maiorem ad minorem generis rationem habere colligitur, item medius in maiore inerit sicut in genere species: e. g. si quis quaerat causam ob quam proportionis membra inter se convertantur, alia causa afferenda est, si de lineis, alia, si de numeris agatur, eadem vero, si (quod fieri debere exposuit 74 a 18) una demonstratio complectatur quaecunque sint *ἀνάλογα*: namque si de lineis illud demonstratur, quatenus lineae sunt, de numeris, quatenus numeri, alia causa est in singulis (demonstraretur autem *κατὰ συμβεβηκός*), si vero una demonstratione complectimur haec omnia, ex eadem causa simul de omnibus proportionis membra converti posse demonstramus, quatenus eadem ratione (*ἀνὰ λόγον*) aucta sunt omnia. (Vs. 9 interpunctionem mutavimus, ut sententia magis perspicua fieret.) Similitudinis vero (vs. 11) colorum et figurarum non eadem est causa, sed alia utriusque: nam similitudo in his ambigua vox est. Eorum autem (vs. 15) quae sunt *ἀνάλογα* quum communis quaedam natura sit, etiam terminus medius, ut qui communem eorum causam exprimat, eandem rationem habere debet.

99 a 16 De singulorum terminorum ratione dicendum est, quod maior (*τὸ οὗ αἴτιον*) latius patet minore (*ᾧ αἴτιον*), si de singulis eius partibus in conclusione praedicatur, coniunctis vero partibus aequalis est: nam, si vel trianguli vel quadrati anguli externi quattuor rectis aequales esse dicuntur, id quod de iis praedicatur latius patet quam triangulum et quadra-

tum, non latius quam ea de quibus coniunctis per eundem terminum medium angulos externos quattuor rectis aequales esse demonstrari potest (omnes figuras intelligit quae latera habent directa): nam in vera demonstratione terminus medius maioris definitionem exprimit, quae unam semper et eandem declarare debet causam ob quam idem praedicetur de singulis quae termino minori subiecta sint: quare etiam a definitione proficiscitur omnis scientia quae demonstratione nititur. Item v. c. *τὸ φυλλοῤῥοεῖν* et de vite et de ficu praedicatur, quamquam etiam latius patet et de pluribus praedicatur, non latius patet tota specie *τῶν πλατυφύλλων*: quare ut cogatur *τὸ φυλλοῤῥοεῖν* praedicari de vite et ficu, termini medii locum tenere debet causa prima et proxima *τοῦ φυλλοῤῥοεῖν*, quae definitione exprimitur: namque primus et proximus terminus medius, si a minore (a vite et ficu intell.) incipias (*πρῶτον ἐπὶ θάτερα μέσον*), certam quandam plantarum speciem exprimit (speciem *τῶν πλατυφύλλων*, in qua insunt vitis et ficus (*ὅτι τοιαδὶ ἅπαντα*)); deinde alio termino medio opus erit, qui definiat quid sit *τὸ φυλλοῤῥοεῖν*: quare demonstratio procedet sic: *τὸ φυλλοῤῥοεῖν A* (terminus maior), *τὸ πήγνυσθαι τὸν ὀπόν B* (terminus medius), *τὰ πλατύφυλλα* (*τοιαδὶ ἅπαντα*) *Γ* (medius alter), *ἄμπελος καὶ συκῆ καὶ πάντα τὰ καθ' ἕκαστα πλατύφυλλα Δ* (terminus minor). Bene hoc exposuit Biese I. p. 317.

99 a 29 Pro *σπέρματος* ed. Isingr. legi vult *ὀχάνου*: significat enim *σπέρμα* hoc loco id ex quo incrementum capit planta et quod efficit ut crescat, semen quod singulas gemmas agit, *τὴν ἀρχὴν τῆς αὐξήσεως*.

99 a 30 *σχῆμα* hic latius patet (v. quae diximus ad 26 b 33 et 34): nam *σχῆμα* hic nihil aliud est quam terminorum coniunctio quaecunque: idem esset enim, si dixisset *στοιχείων*, pro *σχημάτων*. — Vs. 32 *ἐπὶ πλεῖον δέ*, intell. *οὐχ ἅπασι δὲ τοῖς Δ ἐπὶ πλεῖον, ἀλλ' ἐπ' ἴσον*.

99 a 35 *παρεκτείνει*, h. e. alterum secundum alterum ita extenditur, ut aequalia ea esse appareat, cf. *ἐπεκτείνει*, quod habuimus 96 a 24.

99 a 36 *B* in causa est, quod *A* praedicatur de *D*: unde consequitur *A* latius patere quam *B*, nam si non latius pateret, sed aequale esset termino *B*, quo iure *AD* cogitur per terminum medium *B*, eodem etiam *BD* cogi posset per termi-

num medium *A*. Quare si *A* latius patet termino *B*, etiam de termino *E* omni praedicari poterit, quae quidem propositio *AE*, sicut *AD* demonstrabatur per terminum medium *B*, ita ipsa demonstrabitur per alium terminum medium, qui ambitu exaequet coniunctas partes termini *E* (ἔσται τι ἐκεῖνα ἓν ἅπαντα): nam si nihil esset quod terminis *A* et *E* commune esset et quo alterum cum altero connecteretur, neque terminum *A* de eo omni, de quo *E*, praedicari neque (quod conversa propositione *AE* consequitur) terminum *E* de eo aliquo, de quo *A*, praedicari verum esset: quare (b 1) nihil prohibet, quin, sicut *A* de *D* praedicari per terminum medium *B* demonstrabatur, ita etiam *A* de *E* praedicari per alium terminum medium demonstretur: investigandus erit igitur terminus *C*, qui partes termini *E* coniunctas ambitu exaequet easque definiat.

99 b 4 τοῦ αὐτοῦ (τῳ̃ *A* intell.) πλείω (*B* et *Γ*), ἀλλ' οὐ τοῖς αὐτοῖς τῷ εἴδει: nam specie differre debent *Δ* et *E*, quia eorum quae eadem specie continentur eadem est definitio, ut per eundem terminum medium demonstrentur. — μακρόβια εἶναι *A*, μὴ ἔχειν χολὴν *B*, τετράποδα εἶναι *Δ*, πτηνὰ εἶναι *E*, ξηρὰ εἶναι *Γ*. — Vs. 7 εἰς τὸ ἄτομον μὴ εὐθὺς ἔρχεσθαι, h. e. μὴ εἶναι ἄτομα εἴδει ὥστε μηδὲ ταὐτὰ τῷ εἴδει.

Cap. 18. *Si quid colligitur non de specie aliqua universa, sed de singulis quae ei subiecta sunt, terminus medius quo utendum est non termini maioris definitionem exprimere, sed singulis rebus, de quibus colligitur, propior esse debet.*

99 b 9 Facile intelliguntur haec omnia, si exemplum quod supra exposuimus ad 99 a 16 extr. ante oculos habemus: iam igitur quaerit utrum propositio *AΔ* demonstranda sit per terminum medium *B* (τὸ μέσον τὸ πρὸς τὸ καθόλου πρῶτον) an per *Γ* (τὸ μέσον τὸ πρὸς τὸ καθ' ἕκαστον). Respondet eum semper adhibendum esse terminum medium, qui termino minori (ᾧ αἴτιον) proximus sit. Hic enim (τὸ *Γ*) in causa est, quod terminus minor (*Δ*, quem vs. 11 appellat τὸ πρῶτον, intell. πρὸς ἡμᾶς, τὸ καθ' ἕκαστον, id de quo demonstratur et quod proinde primum est in demonstratione) continetur termino maiore (hunc enim dicit τὸ καθόλου), οἷον τοῦ τὸ *B* ὑπάρχειν τῷ *Δ* τὸ *Γ* αἴτιον. τὸ μὲν οὖν *Γ* αἴτιον τῷ *Δ* τοῦ *A* (h. e. τοῦ τῷ *Δ* ὑπάρχειν τὸ *A*), τὸ δὲ *B* αἴτιον τοῦ

A τῷ Γ, τοῦ δὲ τούτῳ (τῷ B) ὑπάρχειν τὸ A, αὐτὸ αἴτιον: nam propositio *AB* aliunde demonstrari nequit.

Cap. 19. *Quaeritur quomodo fiat, ut scientiae principia cognoscantur.* 32 *Describitur qua ratione a rebus singulis quae sensibus subiectae sint perveniamus ad artem quandam et scientiam.* 100 b 3 *Principia, quibus vera scientia nititur, mens ipsa percipit et sola intelligit.*

99 b 22 *ἡ αὐτὴ*, intell. *τῷ ἐπίστασθαι δι' ἀποδείξεως*. — Vs. 24 *ἑκατέρου*, h. e. *τῶν ἀποδεικτικῶν καὶ τῶν ἀμέσων ἀρχῶν καὶ ἀναποδείκτων*. — Vs. 25 *ἕξεις* dicit *τῶν ἀμέσων τὴν γνῶσιν*.

99 b 26 Si principia ex quibus demonstratur iam cognita habemus, absurdi aliquid exit: haberemus enim cognitionem demonstratione potiorem et certiorem, quamquam hoc ipsi nesciremus; si vero scientiae principia non natura in animis nostris inhaerent, sed comparantur quo modo cunque, unde cognoscantur, quum principii cognitione nulla prior sit, dubitatur: nam (quod dictum est Anal. post. init.) fieri omnino non potest quin aliquid cognoscatur, nisi quid sit quod iam cognitum habeamus. Unde apparet principiorum scientiam neque natura nobis datam esse neque ullo modo comparari posse, nisi animus noster natura ita conformatus sit, ut facultate quadam, qua principia cognoscat, praeditus sit (*μηδεμίαν ἔχουσιν ἕξιν* vs. 32). Habemus igitur facultatem quandam qua principia cognoscimus, quamquam haec facultas, qualem natura nobis dedit, non ita comparata est, ut cognitio quae ex ea fluat praestet ei quam per demonstrationem consequimur. — Vs. 39 comma post δ' delevimus, quum non repetendum sit *ἐγγίνεται* ex antecedentibus, sed *ἐν οἷς δὲ* h. l. idem sit quod *ἔστι δ' ἐν οἷς*.

99 b 34 — 100 b 17 v. Trdlbg. de an. p. 170 — 174. Eiusdem El. log. p. 136 sqq. C. Heyder Kritische Darstellung und Vergleichung der Aristot. u. Hegelschen Dialektik I. p. 163 et p. 167. not. Conferenda sunt cum hoc loco quae habemus 980 a 29 *φύσει μὲν οὖν αἴσθησιν ἔχοντα γίνεται τὰ ζῷα, ἐκ δὲ τῆς αἰσθήσεως τοῖς μὲν αὐτῶν οὐκ ἐγγίνεται μνήμη, τοῖς δ' ἐγγίνεται. καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα φρονιμώτερα καὶ μαθητικώτερα τῶν μὴ δυναμένων μνημονεύειν ἐστίν. φρόνιμα μὲν ἄνευ τοῦ μανθάνειν, ὅσα μὴ δύναται τῶν ψόφων ἀκούειν, οἷον μέλιττα, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο γένος ζῴων ἐστίν·*

μανθάνει δ' ὅσα πρὸς τῇ μνήμῃ καὶ ταύτην ἔχει τὴν αἴσθησιν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ταῖς φαντασίαις ζῇ καὶ ταῖς μνήμαις; ἐμπειρίας δὲ μετέχει μικρόν· τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ τέχνῃ καὶ λογισμοῖς. Sensuum perceptione omnia animalia praedita sunt, quamquam in aliis manet eorumque animis inhaeret quod senserunt, in aliis non inhaeret. Iam ea, in quibus nihil manet, nihil omnino cognoscunt praeter ea quae sentiuntur, aut certe eas res, quarum imago in animis non inhaeret, non cognoscunt nisi per sensum, h. e. non cognoscunt nisi quae sentiuntur, quum sensu percipiuntur et quatenus sensu percipiuntur; aliis vero animalibus sentientibus etiam postea (h. e. postquam senserunt) aliquid manet et inhaeret in animo. (Quod Trdlbgi lectionem (v. El. log. p. 22 coll. p. 136) ἔνεστι μὴ αἰσθανομένοις non recepimus, et codicum nos movit auctoritas et insignis Aristotelis in scribendo negligentia, de qua saepissime diximus: namque nobis quidem videtur ferri posse vulgaris lectio, si locum ita intelligas ut significat cod. *M* ἐν οἷς δ' ἔνεστιν, αἰσθανομένοις νῦν, ἔχειν ἔτι ὕστερον ἐν τῇ ψυχῇ ἃ ἤσθετο. Praeterea notandum est quod Brandisius (Variet. lect. Aristot.) scribi vult ἔν τι pro ἔτι 100a 1, quod et edd. Bas. Pac. Sylb. al. exhibuerunt et Boethii versio videtur confirmare.) Sin autem hoc saepe factum est (100a 1), ut eorum, quae sensibus percepta sint, quasi imagines in animo inhaeserint, iam alia aliter his imaginibus utuntur (ἤδη διαφορά τις γίνεται, non recte Biese I. p. 332 „es erzeugt sich nach öfterer Wiederholung solcher Erinnerungen und Bilder eine gewisse Art des Unterscheidens"): alia enim ratione ducuntur, alia ratione destituta sunt: nam eorum quae sensu percepta in animo inhaerent fit recordatio, e recordatione vero eiusdem rei quae saepius repetitur fit ἐμπειρία, quae in eo cŏnsistit, ut quod universale sit et singulis rebus quas sensu percepimus commune cognoscatur et animo conceptum penitus in memoria inhaerescat, quasi infixum et stabilitum (ἠρεμήσαντος vs. 6, cf. 16b 21. Biese I. p. 328. not. 4. 247b 10 ἡ δ' ἐξ ἀρχῆς λῆψις τῆς ἐπιστήμης γένεσις οὐκ ἔστιν· τῷ γὰρ ἠρεμῆσαι καὶ στῆναι τὴν διάνοιαν ἐπίστασθαι καὶ φρονεῖν λέγομεν... διὸ καὶ τὰ παιδία οὔτε μανθάνειν δύναται οὔτε κατὰ τὰς αἰσθήσεις ὁμοίως κρίνειν τοῖς πρεσβυτέροις· πολλὴ γὰρ ἡ ταραχὴ καὶ ἡ κίνησις. καθίσταται δὲ καὶ ἠρεμίζεται πρὸς ἔνια μὲν ὑπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς,

πρὸς ἕνια δ' ὑπ' ἄλλων): sic igitur ex singulis quae sensu percepimus una quaedam notio universalis formatur, quae, si ad agendum et faciendum pertinet, artis, si ad id quod est, scientiae est principium. Quare (vs. 10) principiorum certa cognitio neque natura animo nostro data est, neque ex alia cognitione eaque potiori qualicunque elicitur vel derivatur, sed ex singulis quae sensu percipiuntur colligitur: nam sicut in pugna acies in fugam conjecta per unum qui revertitur, ut impetum sustineat, ad ordinem reducitur, ita etiam eorum quae sensu percipiuntur fuga sistitur et ad ordinem revocatur, ut primum aliquid in loco manet et in animo inhaeret, quo innixa reliqua consistere possint. Quod Aristoteles addidit ἕως ἐπὶ ἀρχὴν ἦλθεν Trdlbg. interpretatur „donec res ad imperium redierit". At ne uno quidem verbo res significatur quae ad imperium redeat, neque omnino de redeundo quidquam dicitur, sed de eundo (ἦλθεν). Quare equidem haec verba de aciei et fugae principio dicta et ita explicanda putaverim, ut, quum similitudo non in singulis quaeri debeat, sed in re universa quae Aristotelis animo obversabatur, singula verba non premenda sint. Namque vera mens Aristotelis videtur haec esse, ut dicat „donec, sicut inordinata acies universa ad ordinem reducitur — quod fit, si etiam qui primus fugit ad ordinem redit — sic etiam omnia quae sensu percepta praeterfugiunt colliguntur et consistere coguntur". Eadem qua hoc loco similitudine Aristoteles utitur 917 a 31 et 941 a 11. De re universa cf. 980 b 28 γίγνεται δ' ἐκ τῆς μνήμης ἐμπειρία τοῖς ἀνθρώποις· αἱ γὰρ πολλαὶ μνῆμαι τοῦ αὐτοῦ πράγματος μιᾶς ἐμπειρίας δύναμιν ἀποτελοῦσιν. καὶ δοκεῖ σχεδὸν ἐπιστήμῃ καὶ τέχνῃ ὅμοιον εἶναι ἡ ἐμπειρία... γίνεται δὲ τέχνη, ὅταν ἐκ πολλῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων μία καθόλου γίνηται περὶ τῶν ὁμοίων ὑπόληψις, et quae sequuntur. Cf. Trdlbg. l. l. p. 137.

100 a 14 πάλαι respicere videtur ad 97 b 7 sqq.

100 a 15 Iam si quid eorum, quae sensu percepta specie non differunt, constitit, ea prima est notio universalis quam animus concepit (quamquam enim singula sensu percipiuntur, tamen etiam notiones generales sensu quodam modo cognoscuntur), deinde ex primis illis notionibus universalibus alia formatur, quae complectitur ea quae illis communia sunt et

sic porro, donec ad summa genera perventum sit, quae ipsa nulla alia notione continentur sicut pars toto et ex quibus aliae notiones universales, sicut ex partibus totum, non gignuntur: unde apparet quo iure eae quae maxime universales sint dicantur τὰ ἀμερῆ (b 2). Cf. 1023 b 24 ἔτι τὰ ἐν τῷ λόγῳ τῷ δηλοῦντι ἕκαστον καὶ ταῦτα μόρια τοῦ ὅλου· διὸ τὸ γένος τοῦ εἴδους καὶ μέρος λέγεται (si consideretur quod genus δυνάμει insit in specie), ἄλλως δὲ τὸ εἶδός τοῦ γένους μέρος.

100 b 1 Trendlbg. El. log. p. 22 ex coniectura dedit πάλιν δ' ἐν, quamquam ipse ib. p. 139 (ed. III. p. 144) particulam δὲ non omnino necessariam esse iudicavit.

100 b 5 Quum aliae cognitiones (eae quae in intellectu positae sunt) semper et necessario verae sint, aliae hanc necessitatem non habeant, sed etiam falsae esse possint, in illis vero numeranda sint quum ea quae per demonstrationem sciantur tum etiam ea quae sola mentis contemplatione (unmittelbare intellectuelle Anschauung) intelligantur, ut nulla cognitio certior sit ea quae mentis contemplatione comparetur, deinde quum principia (vs. 9), ex quibus demonstretur, demonstratione ipsa certiores esse debeant, mentis contemplationem ad principia pertinere apparet (νοῦς ἂν εἴη τῶν ἀρχῶν vs. 12. Cf. 85 a 1, 88 b 36. Ordinem singulorum membrorum orationis mutavimus, quum ab Aristotele — quod saepius ei accidit — non ita disposita sint, ut sententia exeat quam clarissima: nam tum quia prior pars orationis vs. 5—10 longior facta est, tum quia singula argumenta, quae in ea afferuntur, sine ordine exposita sunt, repeti debebat vs. 10 ἐπεὶ... νοῦν, quod iam habuimus vs. 8 καὶ οὐδὲν...). Quoniam autem (vs. 10) scientia sine ratiocinatione esse non potest, scientia quidem principiorum non datur: simul autem neque eorum quae demonstrantur principia ipsa demonstrari neque eorum quae sciantur principia sciri consequitur (dixit enim scientiam hic eam intelligi quae demonstrari possit). Quare, si praeter scientiam, quae in iis rebus quae demonstrari possunt ipsi mentis contemplationi (τῇ νοήσει) praestat (88 a 6), nulla alia nobis data est veri cognoscendi facultas, unum relinquitur, ut mens ipsa, quae principia intueatur, scientiae sit principium (cf. 1141 a 3 εἰ δὴ οἷς ἀληθεύομεν καὶ μηδέ-

ποτε διαψευδόμεθα περὶ τὰ μὴ ἐνδεχόμενα ἢ καὶ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν, ἐπιστήμη καὶ φρόνησίς ἐστι καὶ σοφία καὶ νοῦς, τούτων δὲ τῶν τριῶν μηθὲν ἐνδέχεται εἶναι (λέγω δὲ τρία φρόνησιν ἐπιστήμην σοφίαν), λείπεται νοῦν εἶναι τῶν ἀρχῶν). Quid? quod mens, quum omnium rerum, quarumcunque detur scientia, principia cognoscat et quasi amplectatur, ipsius principii (h. e. eius a quo omnis scientia proficisci debeat) principium esse recte dicatur.

De mentis notione et actione quid senserit Aristoteles exposuit de anim. III. cap. 4—6, ubi conf. quae disputavit Trendlbg. Biese I. p. 327. not. 4. Rassow p. 72 sqq. 430 a 26 ἡ μὲν οὖν τῶν ἀδιαιρέτων νόησις ἐν τούτοις, περὶ ἃ οὐκ ἔστι τὸ ψεῦδος· ἐν οἷς δὲ καὶ τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθές, σύνθεσίς τις ἤδη νοημάτων ὥσπερ ἓν ὄντων. Ib. b 5 τὸ δὲ ἓν ποιοῦν, τοῦτο ὁ νοῦς ἕκαστον. Ib. 26 ἔστι δ' ἡ μὲν φάσις τι κατά τινος, ὥσπερ ἡ κατάφασις, καὶ ἀληθὴς ἢ ψευδὴς πᾶσα· ὁ δὲ νοῦς οὐ πᾶς, ἀλλ' ὁ τοῦ τί ἐστι κατὰ τὸ τί ἦν εἶναι ἀληθής, καὶ οὐ τὶ κατά τινος· ἀλλ' ὥσπερ τὸ ὁρᾶν τοῦ ἰδίου ἀληθές, εἰ δ' ἄνθρωπος τὸ λευκὸν ἢ μή, οὐκ ἀληθὲς ἀεί, οὕτως ἔχει ὅσα ἄνευ ὕλης. 1051 b 24 τὸ μὲν θιγεῖν καὶ φάναι ἀληθές (περὶ τὰ ἀσύνθετα intell.)... τὸ δ' ἀγνοεῖν μὴ θιγγάνειν. 1072 a 30 νοῦς δὲ ὑπὸ τοῦ νοητοῦ κινεῖται. Ib. b 20 αὑτὸν δὲ νοεῖ ὁ νοῦς κατὰ μετάληψιν τοῦ νοητοῦ· νοητὸς γὰρ γίγνεται θιγγάνων καὶ νοῶν, ὥστε ταὐτὸν νοῦς καὶ νοητόν. τὸ γὰρ δεκτικὸν τοῦ νοητοῦ καὶ τῆς οὐσίας νοῦς. ἐνεργεῖ δὲ ἔχων ὥστ' ἐκεῖνο μᾶλλον τούτου ὃ δοκεῖ ὁ νοῦς θεῖον ἔχειν, καὶ ἡ θεωρία τὸ ἡδιστον καὶ ἄριστον... καὶ ζωὴ δέ γε ὑπάρχει· ἡ γὰρ νοῦ ἐνέργεια ζωή. 1143 a 35 καὶ ὁ νοῦς τῶν ἐσχάτων ἐπ' ἀμφότερα· καὶ γὰρ τῶν πρώτων ὅρων καὶ τῶν ἐσχάτων νοῦς ἐστὶ καὶ οὐ λόγος, καὶ ὁ μὲν κατὰ τὰς ἀποδείξεις τῶν ἀκινήτων ὅρων καὶ πρώτων, ὁ δ' ἐν ταῖς πρακτικαῖς τοῦ ἐσχάτου καὶ ἐνδεχομένου καὶ τῆς ἑτέρας προτάσεως· ἀρχαὶ γὰρ τοῦ οὗ ἕνεκα αὗται· ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα γὰρ τὸ καθόλου. τούτων οὖν ἔχειν δεῖ αἴσθησιν, αὕτη δ' ἐστὶ νοῦς... διὸ καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος νοῦς. 1334 b 15 ὁ δὲ λόγος ἡμῖν καὶ ὁ νοῦς τῆς φύσεως τέλος. 1169 a 17 πᾶς γὰρ νοῦς αἱρεῖται τὸ βέλτιστον ἑαυτῷ, ὁ δ' ἐπιεικὴς πειθαρχεῖ τῷ νῷ. 1177 b 30 εἰ δὴ θεῖον ὁ νοῦς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὁ κατὰ τοῦτον βίος θεῖος πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον, coll. 1178 a 7, 1179 a 27. 1254 b 5 ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ τοῦ σώματος ἄρχει δεσποτικὴν ἀρ-

χήν, ὁ δὲ νοῦς τῆς ὀρέξεως πολιτικὴν καὶ βασιλικήν· ἐν οἷς φανερόν ἐστιν ὅτι κατὰ φύσιν καὶ συμφέρον τὸ ἄρχεσθαι τῷ σώματι ὑπὸ τῆς ψυχῆς καὶ τῷ παθητικῷ μορίῳ ὑπὸ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ μορίου τοῦ λόγον ἔχοντος, τὸ δ' ἐξ ἴσου ἢ ἀνάπαλιν βλαβερὸν πᾶσιν. 1334 b 20 τῆς ψυχῆς ὁρῶμεν δύο μέρη, τό τε ἄλογον καὶ τὸ λόγον ἔχον, καὶ τὰς ἕξεις τὰς τούτων δύο τὸν ἀριθμόν, ὧν τὸ μέν ἐστιν ὄρεξις τὸ δὲ νοῦς. Denique cf. 955 b 26, ib. vs. 35, quem locum in prooem. Analyt. poster. adscripsimus. Quid differant *νοεῖν* et *φρονεῖν* exposuit Trdlbg. de anim. p. 452.

TOPICA.

Libri Topicorum, qui etiam simpliciter ab interpretibus graecis dicuntur *οἱ Τόποι* (ut a Davide schol. 22 a 21, 27 b 38 et 41, a Simplicio schol. 25 a not. coll. 30 a 41, a Philopono ib. 142 b 3, ab Alexandro ib. 311 b 21) vel *ἡ τοπικὴ πραγματεία* (ab Ammonio schol. 136 b 14, ab Alexandro ib. 278 a 1), quamquam Aristot. ipse eosdem appellare solet *τὰ Τοπικά* (v. 20 b 26, 24 b 12, 64 a 37, 1356 b 12, 1358 a 29, 1399 a 6 al.), eam doctrinam tractant quam Aristoteles vocare solet *διαλεκτικήν*, de qua v. quae disputavit Trdlbg. Elem. log. p. 99 (ed. III. p. 101), C. Heyder I. p. 341 seqq., Rassow p. 77. Opponitur autem saepissime ars dialectica *τῇ ἀποδεικτικῇ ἐπιστήμῃ*, sicut *ἡ δόξα τῇ ἀληθείᾳ*, qua de re v. quae habuimus 46 a 9, 65 a 37, 72 a 9, 81 b 18—23 coll. iis quae diximus ad 82 b 35 et quae Io. Saresberiensis in Metalogico II. c. 4, 5 et 14: nam scientia quid verum sit investigat, disserendi ars (*ἡ διαλεκτική*) non quid verum sit curat, sed quid dicendum sit ei qui thesin propositam defendere velit (cf. 142 a 13 *πρὸς τὸ συμφέρον* et ib. 32 *ὡς ἂν δοκῇ συμφέρειν*). Quid utrique commune sit, quid differant exponitur 155 b 8 sqq. 1004 b 17 *οἱ γὰρ διαλεκτικοὶ καὶ σοφισταὶ ταὐτὸν μὲν ὑποδύονται σχῆμα τῷ φιλοσόφῳ· ἡ γὰρ σοφιστικὴ φαινομένη μόνον σοφία ἐστί, καὶ οἱ διαλεκτικοὶ διαλέγονται περὶ ἁπάντων... περὶ μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ γένος στρέφεται ἡ σοφιστικὴ καὶ ἡ διαλεκτικὴ τῇ φιλοσοφίᾳ, ἀλλὰ διαφέρει τῆς μὲν τῷ τρόπῳ τῆς δυνάμεως, τῆς δὲ τοῦ βίου τῇ προαιρέσει. ἔστι δὲ ἡ διαλεκτικὴ πειραστικὴ περὶ ὧν ἡ φιλοσοφία γνωριστική, ἡ δὲ σοφιστικὴ φαινομένη, οὖσα δ' οὔ.* Quod dixit 77 a 29 et 31, dialecticam omnibus artibus et disciplinis communem esse, id ex iis explicari potest quae legimus 1062 a 2 (coll. vs. 30) *καὶ περὶ*

τῶν τοιούτων (τῶν ἀρχῶν intell.) ἁπλῶς μὲν οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, πρὸς τόνδε δ' ἔστιν, h. e. cuiuscunque doctrinae principia, ex quibus demonstrantur quaecunque demonstrantur, quamquam veram demonstrationem ipsa non admittunt, tamen cum specie quadam veritatis (διαλεκτικῶς) probari possunt ei qui nobiscum disputet: quare dicit 1355 a 9 περὶ δὲ συλλογισμοῦ ὁμοίως ἅπαντος τῆς διαλεκτικῆς ἐστὶν ἰδεῖν. Ib. 14 τό τε γὰρ ἀληθὲς καὶ τὸ ὅμοιον τῷ ἀληθεῖ τῆς αὐτῆς ἐστὶ δυνάμεως ἰδεῖν, ἅμα δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸ ἀληθὲς πεφύκασιν ἱκανῶς καὶ τὰ πλείω τυγχάνουσι τῆς ἀληθείας· διὸ πρὸς τὰ ἔνδοξα στοχαστικῶς ἔχειν τοῦ ὁμοίως ἔχοντος καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειάν ἐστιν. 172 a 36 ὁ τέχνῃ συλλογιστικῇ πειραστικὸς διαλεκτικός. 164 b 3 ἔστι γὰρ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν διαλεκτικὸς ὁ προτατικὸς καὶ ἐνστατικός. Apparet inde quam arcta inter dialecticam et rhetoricam intercedere debeat cognatio (unde fit, ut in utraque investigentur τόποι quibus uti possimus in argumentatione, cf. 1380 b 31, 1395 b 21, 1397 a 7 al.): 1354 a 1 ἡ ῥητορικὴ ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ· ἀμφότεραι γὰρ περὶ τοιούτων τινῶν εἰσὶν ἃ κοινὰ τρόπον τινὰ ἁπάντων ἐστὶ γνωρίζειν καὶ οὐδεμιᾶς ἐπιστήμης ἀφωρισμένης. 1355 a 34 τῶν μὲν οὖν ἄλλων τεχνῶν οὐδεμία τἀναντία συλλογίζεται, ἡ δὲ διαλεκτικὴ καὶ ἡ ῥητορικὴ μόναι τοῦτο ποιοῦσιν. Per rhetoricam autem Aristoteles τὴν λογικὴν πραγματείαν cum πολιτικῇ connecti voluit: 1356 a 25 ὥστε συμβαίνει τὴν ῥητορικὴν οἷον παραφυές τι τῆς διαλεκτικῆς εἶναι καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πραγματείας, ἣν δίκαιόν ἐστι προσαγορεύειν πολιτικήν... ἔστι γὰρ μόριόν τι καὶ ὁμοίωμα, καθάπερ καὶ ἀρχόμενοι εἴπομεν· περὶ οὐδενὸς γὰρ ὡρισμένου οὐδετέρα αὐτῶν ἐστὶν ἐπιστήμη, πῶς ἔχει, ἀλλὰ δυνάμεις τινὲς τοῦ πορίσαι λόγους. περὶ μὲν οὖν τῆς δυνάμεως αὐτῶν, καὶ πῶς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας, εἴρηται σχεδὸν ἱκανῶς. τῶν δὲ διὰ τοῦ δεικνύναι ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς τὸ μὲν ἐπαγωγή ἐστι τὸ δὲ συλλογισμὸς τὸ δὲ φαινόμενος συλλογισμός, καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως ἔχει. 1359 b 10 ἡ ῥητορικὴ σύγκειται μὲν ἔκ τε τῆς ἀναλυτικῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πολιτικῆς, ὁμοία δ' ἐστὶ τὰ μὲν τῇ διαλεκτικῇ τὰ δὲ τοῖς σοφιστικοῖς λόγοις, ὅσῳ δ' ἄν τις ἢ τὴν διαλεκτικὴν ἢ ταύτην μὴ καθάπερ ἂν δυνάμεις ἀλλ' ἐπιστήμας πειρᾶται κατασκευάζειν, λήσεται τὴν φύσιν αὐτῶν ἀφανίσας τῷ μεταβαίνειν ἐπισκευάζων εἰς ἐπιστήμας ὑποκειμένων τινῶν πραγμάτων, ἀλλὰ μὴ μόνον λόγων. 1356 b 32 οὐδὲ ἡ ῥητορικὴ τὸ καθ' ἕκαστον ἔνδοξον θεωρήσει, οἷον Σω-

κράτει ἡ Ἱππία, ἀλλὰ τὸ τοιοῖσδε, καθάπερ καὶ ἡ διαλεκτική. καὶ γὰρ ἐκείνη συλλογίζεται οὐκ ἐξ ὧν ἔτυχεν (φαίνεται γὰρ ἅττα καὶ τοῖς παραληροῦσιν), ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἐκ τῶν λόγου δεομένων, ἡ δὲ ῥητορικὴ ἐκ τῶν ἤδη βουλεύεσθαι εἰωθότων. Haud minus arcte quam cum rhetorica ars dialectica cum sophistica coniuncta est, quod iam inde apparet, quod haud raro coniunguntur: v. 1004 b 17, quem locum modo adscripsimus, 1061 b 8 ἥ γε μὴν διαλεκτικὴ καὶ ἡ σοφιστικὴ τῶν συμβεβηκότων μέν εἰσι τοῖς οὖσιν, οὐχ ἧ δ' ὄντα, οὐδὲ περὶ τὸ ὂν αὐτὸ καθ' ὅσον ὄν ἐστιν. Deinde v. 1355 b 15 τῆς αὐτῆς (ἐπιστήμης ἐστὶ) τό τε πιθανὸν καὶ τὸ φαινόμενον ἰδεῖν πιθανόν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς διαλεκτικῆς συλλογισμόν τε καὶ φαινόμενον συλλογισμόν. ὁ γὰρ σοφιστικὸς οὐκ ἐν τῇ δυνάμει ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει· πλὴν ἐνταῦθα μὲν ἔσται ὁ μὲν κατὰ τὴν ἐπιστήμην ὁ δὲ κατὰ τὴν προαίρεσιν ῥήτωρ, ἐκεῖ δὲ σοφιστὴς μὲν κατὰ τὴν προαίρεσιν, διαλεκτικὸς δὲ οὐ κατὰ τὴν προαίρεσιν ἀλλὰ κατὰ τὴν δύναμιν. 171 b 7 ὁ μὲν οὖν κατὰ τὸ πρᾶγμα θεωρῶν τὰ κοινὰ διαλεκτικός, ὁ δὲ τοῦτο φαινομένως ποιῶν σοφιστικός, coll. ib. vs. 35, Io. Saresberiensis Metalogic. IV. c. 23. — Artem dialecticam ante Socratem nullam fere fuisse dicit 1078 b 25, cf. 987 b 32. Aliam Platonem constituisse dialecticae artis notionem videmus inter alia ex Sophist. 253, D τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι καὶ μήτε ταὐτὸν εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι μήτε ἕτερον ὂν ταὐτὸν μῶν οὐ τῆς διαλεκτικῆς φήσομεν ἐπιστήμης εἶναι;... ἀλλὰ μὴν τό γε διαλεκτικὸν οὐκ ἄλλῳ δώσεις, ὡς ἐγῷμαι, πλὴν τῷ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι. Phileb. 57 extr. ἀλλ' ἡμᾶς, ὦ Πρώταρχε, ἀναίνοιτ' ἂν ἡ τοῦ διαλέγεσθαι δύναμις, εἴ τινα πρὸ αὐτῆς ἄλλην κρίναιμεν; ΠΡΩΤ. τίνα δὲ ταύτην αὖ δεῖ λέγειν; ΣΩ. δῆλον ὅτι ἡ πᾶσαν τήν γε νῦν λεγομένην γνοίη. τὴν γὰρ περὶ τὸ ὂν καὶ τὸ ὄντως καὶ τὸ κατὰ ταὐτὸν ἀεὶ πέφυκε πάντως ἔγωγε οἶμαι ἡγεῖσθαι ξύμπαντας, ὅσοις νοῦ καὶ σμικρὸν προσήρτηται, μακρῷ ἀληθεστάτην εἶναι γνῶσιν. Quamquam etiam Plato dialecticae notionem eandem constituit quam Aristoteles: Cratyl. 390, C τὸν ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστάμενον ἄλλο τι σὺ καλεῖς ἢ διαλεκτικόν; οὔκ, ἀλλὰ τοῦτο. Brandis Gesch. der griech.-röm. Phil. II. p. 215, ib. p. 278. De ratione quae inter dialecticam et eristicam intercedat v. Plat. de rep. V, 454, A. — Latius quam apud Aristotelem dialecticae notio saepius patet apud graecos interpretes (e. g. apud Davidem, v. schol. 18 a 34), qui ut vocabula synonyma interdum coniungunt λογικὴν et διαλεκτικήν (v. e. g. schol. 143 a 4), ut

doctrinam de syllogismis et de demonstratione (quae ut a nobis ita etiam ab illis logica proprie dici solet) cum disserendi arte, quae doceat quomodo logica utendum sit in disputando, coniunctam significent. — Quid titulus sibi velit bene expressit Kant Krit. der r. Vft. p. 268: „Man kann einen jeden Begriff, einen jeden Titel darunter viele Erkenntnisse gehören, einen logischen Ort nennen. Hierauf gründet sich die logische Topik des Aristoteles, deren sich Schullehrer und Redner bedienen konnten, um unter gewissen Titeln des Denkens nachzusehen, was sich am besten für eine vorliegende Materie schickte, und darüber mit einem Scheine von Gründlichkeit zu vernünfteln oder wortreich zu schwatzen". Vocabulum ipsum lingua Anglica servavit significatione haud multum mutata, v. Cowley Essays in verse and prose VIII: „Men who praise philosophy from this topic"; sunt enim *τόποι* loci, ex quibus quasi conspiciatur via quam insistere debeamus, ut et adversarium refutemus et quod nobis placeat evincamus, cf. schol. 252 a 10 sqq. et quae dixit Iul. Pacius in comm. ad h. l.: unde apparet quomodo fiat, ut *τόπος* et *τρόπος* idem fere significent apud Aristotelem 1416 a 6, 13, 36. Praeterea v. 1403 a 18 *τὸ δ' αὔξειν καὶ μειοῦν οὐκ ἔστιν ἐνθυμήματος στοιχεῖον· τὸ γὰρ αὐτὸ λέγω στοιχεῖον καὶ τόπον· ἔστι γὰρ στοιχεῖον καὶ τόπος εἰς ὃ πολλὰ ἐνθυμήματα ἐμπίπτει*, coll. 1395 b 21 et 1396 b 21. 1358 a 10 *λέγω γὰρ διαλεκτικούς τε καὶ ῥητορικοὺς συλλογισμοὺς εἶναι περὶ ὧν τοὺς τόπους λέγομεν· οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ κοινῇ περὶ δικαίων καὶ φυσικῶν καὶ περὶ πολιτικῶν καὶ περὶ πολλῶν διαφερόντων εἴδει, οἷον ὁ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον τόπος... κἀκεῖνα μὲν οὐ ποιήσει περὶ οὐδὲν γένος ἔμφρονα· περὶ οὐδὲν γὰρ ὑποκείμενόν ἐστιν· ταῦτα δέ* (eas propositiones intell. quae ad certam quandam doctrinam pertinent eiusque sunt propriae), *ὅσῳ τις ἂν βέλτιον ἐκλέγηται τὰς προτάσεις, λήσει ποιήσας ἄλλην ἐπιστήμην τῆς διαλεκτικῆς καὶ ῥητορικῆς· ἂν γὰρ ἐντύχῃ ἀρχαῖς, οὐκέτι διαλεκτικὴ οὐδὲ ῥητορικὴ ἀλλ' ἐκείνη ἔσται ἧς ἔχει τὰς ἀρχάς... λέγω δ' εἴδη μὲν τὰς καθ' ἕκαστον γένος ἰδίας προτάσεις, τόπους δὲ τοὺς κοινοὺς ὁμοίως πάντων* (de quo quidem discrimine v. quae dixit Biese II. p. 582 extr.). — Quid iudicandum sit de eo quod dixit Hegel (Geschichte der Philos. Wke XIV. p. 408): „Cicero und Jordanus Bruno haben die Topik näher bearbeitet" ostendit Brandis Ueber die Reihenfolge der Bücher des Organon in Abhh. der Berl. Akad.

Hist.-phil. Kl. 1833. p. 253; id vero quod legitur in Pauly Real-encyclop. der Alterthumswiss. I. p. 787: „Aristoteles begründete zuerst wissenschaftlich die Lehre von der rednerischen Erfindung (Topica)", quamvis aliquid veri habeat, tamen nimis late patere et ex iis apparet quae modo diximus et eo ipso comprobatur quod dicitur initio Topicorum (100 a 20 *καὶ αὐτοὶ λόγον ὑπέχοντες*). — Praeterea notandum est, quod, quum Topica non iis scripta sint qui veri studio ducti scientiam quaererent, sed iis qui disserendi artem discere vellent, brevitas in dicendo, qua in aliis scriptis Aristoteles excellit, ab his libris ita aliena est, ut nimiam verbositatem auctori interdum exprobrare possis (v. v. c. quae legimus 120 b 36 — 121 a 9, 122 b 18 — 24): unde factum est, ut commentarius quem ipsi de iis scripsimus longe brevior sit iis quos de reliquis Organi partibus composuimus.

Lib. I. Cap. 1. *Quid libris Topicis propositum sit definitur.* 21 *Argumentationi dialecticae demonstratio opponitur.* b 24 *De syllogismo eristico.* 101 a 5 *De paralogismis cuiusque disciplinae propriis.* 18 *Disserendi ars non id agit, ut veram et accuratam scientiam componat qualemcunque.*

100 a 21 Exspectabas ut diceret aut *ἐρεῖν*, quod penderet e verbo *δυνησόμεθα*, aut *αὐτοὶ λόγον ὑπέχειν μηδὲν φάσκοντες ὑπεναντίον*. — De syllogismi notione v. quae diximus ad 24 b 18.

100 a 27 *ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων*, v. quae dedimus ad 71 b 16 coll. 74 b 24. — *τινων* vs. 28 adiecit eadem cautione usus qua 72 a 28 dixit *ἢ πάντα ἢ ἔνια*.

100 b 18 dedimus *αὐτῶν* (coll. iis quae diximus ad 55 a 14) ex optt. codd. Idem praebet ed. Bip. — Vs. 19 *ἐπιστημονικαῖς* idem est quod *ἀποδεικτικαῖς*: nam scientiam (*ἐπιστήμην*) non nisi per demonstrationem comparari docuit 100 b 10 sq. — Vs. 20 *τὸ διὰ τί*, intell. *ἀπόδειξιν*.

100 b 24 Contentiosi syllogismi duo sunt genera: unum complectitur syllogismos qui recte cogunt (quare etiam hi simpliciter appellantur syllogismi 101 a 2, reliqui vero syllogismi quidem simpliciter vocari non possunt, sed *μετὰ προσθήκης* dicendi sunt syllogismi contentiosi) ex iis quae speciem tantum habent probabilitatis, quamquam revera non sunt *ἔνδοξα*, alterum eos, qui non recte cogunt (*φαινόμενος* vs. 25) sive

ex iis quae revera sunt probabilia sive ex iis quae speciem tantum habent τῶν ἐνδόξων. — Praeterea observandum est, quod syllogismus contentiosus, qui a sophistico nonnisi τῇ προαιρέσει differt (v. 171 b 30—33 coll. 169 b 20 sqq.), maxime propterea a dialectico hic distingui videtur, quod de illo seorsum acturus est in ultimo Topicorum libro, qui vulgo inscribitur de sophisticis elenchis.

100 b 27 ἐπιπόλαιον ἔχειν τὴν φαντασίαν est κατάδηλον ἔχειν τὴν τοῦ ψεύδους φύσιν: nam φαντασία hoc loco nihil significat nisi τὸ εὐθὺς φαινόμενον (φανερὸν) ψεῦδος, v. 428 b 1, quem locum adscripsimus ad 76 b 17, et 439 b 6, ubi φαντασία eandem fere notionem habet quam verbum φαίνεσθαι: dicit enim ἐν δὲ τοῖς σώμασιν ἐάν μὴ τὸ περιέχον ποιῇ τὸ μεταβάλλειν, ὥρισται καὶ ἡ φαντασία τῆς χρόας. Cf. de coel. 297 b 31. Trdlbg. de an. p. 462 et quae idem ib. disputavit de φαντασίᾳ p. 166 sqq., p. 453 sqq., p. 538 sq. Biese I. p. 325, II. p. 26. not., 160. not. 2, 210, 673. not. 4. Praeterea v. Aristot. 427 b 28 τούτου δὲ (τοῦ νοεῖν intell.) τὸ μὲν φαντασία δοκεῖ εἶναι τὸ δὲ ὑπόληψις. 428 a 24 τῶν δὲ θηρίων ἐνίοις φαντασία μὲν ὑπάρχει, λόγος δ' οὔ. Ib. b 10 ἀλλ' ἐπειδή ἐστι κινηθέντος τουδὶ κινεῖσθαι ἕτερον ὑπὸ τούτου, ἡ δὲ φαντασία κίνησίς τις δοκεῖ εἶναι (v. 254 a 29 ἡ γὰρ φαντασία καὶ ἡ δόξα κινήσεις τινὲς εἶναι δοκοῦσιν) καὶ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως γίγνεσθαι ἀλλ' αἰσθανομένοις καὶ ὧν αἴσθησίς ἐστιν, ἔστι δὲ γίνεσθαι κίνησιν ὑπὸ τῆς ἐνεργείας τῆς αἰσθήσεως, καὶ ταύτην ὁμοίαν ἀνάγκη εἶναι τῇ αἰσθήσει, εἴη ἂν αὕτη ἡ κίνησις οὔτε ἄνευ αἰσθήσεως ἐνδεχομένη οὔτε μὴ αἰσθανομένοις ὑπάρχειν, καὶ πολλὰ κατ' αὐτὴν καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν τὸ ἔχον, καὶ εἶναι καὶ ἀληθῆ καὶ ψευδῆ. Quare φαντασίαν 429 a 1 sic definit: ἡ φαντασία ἂν εἴη κίνησις ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως τῆς κατ' ἐνέργειαν γιγνομένης. Unde patet quo iure, quamquam minus accurate, dicatur 1370 a 28 ἡ δὲ φαντασία ἐστὶν αἴσθησίς τις ἀσθενής.

100 b 28 restituimus quod edd. prr. praebent καθάπερ περί. — Vs. 29 καὶ negligentius adiectum est; videtur autem additum esse ab Aristotele, quoniam in mente habebat alterum καὶ quod sequitur vs. 30. — Vs. 30 ἡ τοῦ ψεύδους φύσις circumscribit τὸ ψεῦδος, de quo usu v. quae diximus I. p. 283.

101 a 5 Praeter eos syllogismos, ait, quos commemoravimus (ἀπόδειξιν dicit, διαλεκτικὸν et ἐριστικὸν συλλογισμόν) sunt

etiam alii paralogismi, qui conficiuntur ex principiis cuiusque disciplinae propriis: docuit enim 177 b 16 sqq. syllogismum *ἀγεωμέτρητον* non tam eum dicendum esse qui a geometria omnino alienus sit quam eum qui principiis geometriae propriis non recte utatur. Quos quidem syllogismos revera diversos esse ab iis de quibus modo egit eo probat, quod horum definitio in eos non conveniat (*εἰς τὸν ὅρον οὐκ ἐμπίπτει* vs. 11): neque enim ex ipsis veris scientiae principiis conficiuntur (nam coguntur ex propositionibus manifesto falsis) neque *ἐξ ἐνδόξων* (nam utuntur isti paralogismi propositionibus non veris quidem, sed propriis eius doctrinae ad quam pertinent). — Vs. 14 *οἰκείων λημμάτων*, h. e. *θέσεων* (cf. 72 a 15) *ταῖς οἰκείαις τῆς ἐπιστήμης ἀρχαῖς συγγενῶν.*

101 a 18 *ὡς τύπῳ περιλαβεῖν* et 22 *ὅσον τύπῳ*, v. Trdlbg. El. log. p. 55 (ed. III. p. 49). Zell ad Eth. Nic. I, 2, 3. Saepius Aristoteles, antequam subtiliorem quaestionem instituit, naturam rei quam expositurus est breviter describit *ὡς τύπῳ*, v. 1302 a 19, 1323 a 10 *ὡς ἐν τύπῳ*. Primam et principalem notionem habet *τύπος* ubi de memoria sermo est: 450 a 31 *ἡ γὰρ γινομένη κίνησις* (*τῆς αἰσθήσεως* intell.) *ἐνσημαίνεται οἷον τύπον τινὰ τοῦ αἰσθήματος, καθάπερ οἱ σφραγιζόμενοι τοῖς δακτυλίοις.* Ib. b 5 *τοῖς δὲ διὰ τὸ ψήχεσθαι... καὶ διὰ σκληρότητα τοῦ δεχομένου τὸ πάθος οὐκ ἐγγίνεται ὁ τύπος.*

Cap. 2. De artis dialecticae utilitate.

101 a 29 *μέθοδον*, h. e. *τὴν ζητουμένην* (100 a 18). — *ἔντευξις* (vs. 30) est disserendi ratio qua utimur (v. 1355 a 29): namque quum alius aliam defendat sententiam, alia ratione cum aliis disputandum est: quare dicit 1009 a 17 *ἔστι δ' οὐχ ὁ αὐτὸς τρόπος πρὸς πάντας τῆς ἐντεύξεως· οἱ μὲν γὰρ πειθοῦς δέονται, οἱ δὲ βίας. ὅσοι μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἀπορῆσαι ὑπέλαβον οὕτως, τούτων εὐΐατος ἡ ἄγνοια· οὐ γὰρ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὴν διάνοιαν ἡ ἀπάντησις αὐτῶν· ὅσοι δὲ λόγου χάριν λέγουσι, τούτων δ' ἔλεγχος ἴασις τοῦ τ' ἐν τῇ φωνῇ λόγου καὶ τοῦ ἐν τοῖς ὀνόμασιν.* Ne quis putet probare hic Aristotelem paralogismorum divisionem quam reprehendit soph. el. (Top. IX) c. 10, non de hac divisione hic cogitandum esse monemus, sed de eo syllogismorum discrimine, quod commemoratur 177 b 33, ubi v. quae diximus: est enim

τὸ πρὸς τὸν λόγον idem quod τὸ πρὸς τὸ πρᾶγμα, id vero quod hic dicitur πρὸς τὴν διάνοιαν idem est quod 177 b 33 appellatur πρὸς τὸν ἐρωτῶντα vel πρὸς τὸν τἀναντία λέγοντα.

101 a 35 δυνάμενοι πρὸς ἀμφότερα... nam dialectica et rhetorica solae ex omnibus artibus et disciplinis contraria cogunt, et qui investigare scit quod veri simile est et veritatis speciem habet, idem etiam veritatem ipsam indagare sciet, v. 1355 a 14 et 34, quos locos supra adscripsimus in prooemio.

101 a 36 ἔτι δὲ... Triplicem dialectices utilitatem esse dixit vs. 26, tamen quartam hic adiicit, quamquam quod quarto loco commemorat iam in eo contineri quod tertium erat bene animadvertit Alexander. Praeterea notandum est saepius Aristoteli accidisse, ut, quum duas vel tres quaestionis partes indicaverit, quibus tota quaestio absolveretur, tamen de pluribus egerit. Sic 14 a 26 quattuor esse dicit significationes τοῦ πρότερον, 14 b 9 quintam addit, de qua antea nondum videtur cogitavisse. Eidem negligentiae tribuendum est, quod habetur 101 4 a 16 ἀλλ' ὅμως ἅπαντά γε ταῦτ' ἐστὶ τὸ μὲν πλῆθος ἕξ, λεγόμενα δὲ διχῶς· ἢ γὰρ ὡς τὸ καθ' ἕκαστον, ἢ ὡς τὸ γένος αὐτοῦ, ἢ ὡς τὸ συμβεβηκός, ἢ ὡς τὸ γένος τοῦ συμβεβηκότος, ἢ ὡς συμπλεκόμενα ταῦτα, ἢ ἁπλῶς λεγόμενα, ἔτι ὡς ἐνεργοῦντα ἢ κατὰ δύναμιν. 128 5 b 20 βασιλείας μὲν οὖν εἴδη ταῦτα, τέτταρα τὸν ἀριθμόν... vs. 29 πέμπτον δ' εἶδος βασιλείας, ὅταν ἧ πάντων κύριος εἷς ὤν... 130 1 b 6 διὸ καὶ αἱ μεταβολαὶ γίγνονται διχῶς· ὁτὲ μὲν γὰρ πρὸς τὴν πολιτείαν... ὁτὲ δ' οὐ πρὸς τὴν καθεστηκυῖαν πολιτείαν... vs. 13 ἔτι περὶ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον... vs. 17 ἔτι πρὸς τὸ μέρος τι κινῆσαι τῆς πολιτείας. 617 b 16 κολοιῶν δ' ἐστὶν εἴδη τρία, ἓν μὲν ὁ κορακίας... ἄλλος ὁ λύκος καλούμενος· ἔτι δ' ὁ μικρός, ὁ βωμολόχος. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο γένος κολοιῶν περὶ τὴν Λυδίαν καὶ Φρυγίαν, ὃ στεγανόπουν ἐστίν. 175 a 5 χρήσιμοι μὲν οὖν εἰσὶ πρὸς μὲν φιλοσοφίαν διὰ δύο. πρῶτον μὲν... δεύτερον δὲ... vs. 12 τρίτον δὲ καὶ τὸ λοιπὸν ἔτι πρὸς δόξαν. Item etiam accidit, ut motus (τῆς ὑπ' ἄλλου φορᾶς), cuius quattuor fecit genera (243 a 17 ἕλξιν, ὦσιν, ὄχησιν, δίνησιν), divisionem ita corrigat (243 b 17), ut nonnisi duo eius genera agnoscat, quum ὄχησις et δίνησις ad ἕλξιν et ὦσιν reducendas esse doceat.

101 a 39 περὶ αὐτῶν, τῶν ἀρχῶν intell. vel τῶν πρώτων: nam-

que unaquaeque disciplina, quum ex certis quibusdam principiis fluat, haec ipsa principia, quae, ut habeat unde argumentetur, ponere debet, demonstrare ipsa non valet: quare iam dialecticae, quippe quae ex iis argumentetur quae ab omnibus aut certe a plerisque concedi soleant (ἐξ ἐνδόξων), hoc munus delegandum est, ut de principiorum certitudine nobis persuadeat. Quod si ita est, dialectices eae sunt partes, ut et ipsum veritatis aditum patefaciat et verae scientiae viam muniat.

Cap. 3. Qua re contineatur dialectices peritia.

Non tam in cognoscendo quam in agendo versatur dialectica, quae non est certa quaedam doctrina, sed ars et facultas (δύναμις), qua, sicut orator et medicus, iis quae suppeditent ad finem quem nobis proposuimus consequendum quam optime utamur: neque enim orator quodcunque vult auditoribus persuadere, neque medicus omnem morbum sanare potest, sed uterque artem suam optime callet, si consideratis omnibus quae pro re nata et pro tempore fieri possint nihil negligat quod ad finem propositum conducat. — Vs. 9 dedimus παραλίπῃ, quod et edd. prr. exhibent et Boethius videtur legisse: vertit enim „omiserit".

Cap. 4. In omni propositione et in omni problemate aut de genere agitur, ad quod etiam differentia pertinet, aut de proprietate, quae et definitionem et id quod sensu proprio dicitur proprium complectitur, aut de contingente.

101 b 14 dedimus τὰ αὐτὰ, quod et codd. optt. et edd. prr. praebent.

101 b 18 De differentia non seorsum agendum esse dicit, quia a genere seiungi nequeat, sed cum eius natura ita coniuncta sit, ut qui de genere quaestionem instituat differentiam simul non contemplari non possit. Cur differentia cum genere coniungenda sit, etiam ex argumentatione apparet quae habetur 103 b 7 sqq.

101 b 27 ὅτι ἀπὸ τούτων ... Ab his proficiscitur omnis quaestio: nam de una ex his quattuor notionibus in quaque propositione et in quoque problemate agitur.

101 b 29 Discrimen propositionis et problematis quod hic indicat Aristoteles optime exposuit Alexander schol. 256 a 14 sqq.

101 b 33 Cur Bkk. ex cod. *C* solo receperit quae et edd. ante Pacium omnes et vet. intp. lat. et Boethius iure omiserunt, equidem non intelligo: satis enim apertum videtur verba *καὶ πότερον τὸ ζῷον γένος ἐστίν;* quibus alii etiam addiderunt verba *ἀνθρώπου ἢ οὔ;* aliena manu adiecta esse, ut, quum duo propositionis exempla praecesserint, etiam problematis duo exempla haberemus. Bkkus Pacii acumini, ut saepius (v. e. g. 102 a 33, 103 b 18, 105 a 22 al.), etiam hic nimium videtur tribuisse.

Cap. 5. *Quid sit definitio et quae quaestiones cum definitione investiganda coniunctae sint* (*ὁρικά*), 101 a 18 *quid sit proprium*, 31 *quid genus et quae quaestiones cum eo cohaereant*, b 4 *quid accidens et quae sint quaestiones cum eo cognatae, exponitur.*

102 a 2 *ὅσοι δ' ὁπωσοῦν* ... Qui uno nomine rei definiendae naturam declarat, is rem non definit; nam omnis definitio est oratio, quae non exsistit nisi pluribus verbis coniunctis, quamquam etiam hoc ipsum (si quis rem alio nomine in eius locum substituto definire velit) ad definitionis quaestionem pertinet. Etenim disputatione instituta iam evincendum est, cur talis definitio non probanda sit. Item ad definitionis quaestionem pertinent de quibuscunque ambigitur utrum eadem sint an diversa: nam qui definit is definitionem idem exprimere contendit quod res definienda, quamquam non vice versa quodcunque idem exprimit quod res definienda, vera rei definitio est (*ἄνθρωπος — ζῷον γελαστικόν, λωπίον — ἱμάτιον*). — Doctrinam quae ad definitionem pertinet exponit libro VI: ad eandem etiam referenda sunt (coll. 102 a 11 sqq.) quae leguntur lib. VII. cap. 1 cum maxima parte reliquorum quae hoc libro continentur, dum reliqua pars libri VII ad universam doctrinam Topicam spectat. De proprietate agit libro V, genus tractat libro IV, de accidente libro II et III disputat. Cf. Io. Saresberiensis Metalogicum III. c. 5—10.

102 a 32 *ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖσθαι*, de quo v. quae diximus ad 2 a 20. — Vs. 35 scripsimus *ἐρωτηθέντα*, in quo edd. plerraeque cum optt. codd., Boeth. et vet. intp. consentiunt.

102 a 37 *ὑπὸ τὴν αὐτὴν μέθοδον πίπτει.* Item ad eandem generis quaestionem pertinet utrum alia res cum alia eodem genere contineatur an in diversis generibus insint.

102 b 14 Ad quaestionem de accidente accedunt etiam eae quaestiones per quas inter se comparantur gradus eorum quae aliis accidunt, velut si quaeritur utrum utri praestet, utrum utro sit iucundius. Et de his quidem libro III disserit: unde factum est, ut hic ab Io. Italo et aliis graecis intpp. inscriptus sit *περὶ τῶν συγκριτικῶν τόπων*.

102 b 23 Edd. Bkko priores omiserunt *μή*, quod et optt. codices praebent et sensus requirit: opponit enim hic Aristoteles *τὸ ποτὲ ἴδιον* et *τὸ πρός τι ἴδιον*. Et illud quidem, ait, locum habet, si quid (velut *τὸ καθῆσθαι*), quamquam non semper, tamen aliquando non nisi de uno solo praedicatur, hoc vero etiam, si quid non de uno solo praedicatur, sed pluribus commune est: nam si *τὸ καθῆσθαι* de aliis praedicatur, de aliis non praedicatur, eorum omnium qui sedent proprium est *τὸ καθῆσθαι*, si comparentur cum iis qui non sedeant (*πρὸς τοὺς μὴ καθημένους*, h. e. *οὐ πρὸς πάντας, ὡς τὸ ποτὲ ἴδιον, ἀλλὰ μόνον πρὸς τοὺς μὴ καθημένους*).

Cap. 6. Quae contra genus, contra proprium et contra accidens disputantur, eadem etiam ad definitionem refutandam apta sunt, neque tamen quaecunque disputantur ad definitionis quaestionem revocanda sunt.

102 b 29 Nam quum de definitione disputatur, et rei definiendae soli propositam definitionem convenire demonstrandum (sicut etiam, quum de proprietate alicuius rei disserimus, hanc ei soli tribui probandum est) et genus rei definiendae quod posuimus revera eius genus esse et quodcunque definitione contineatur (*τὰ ἐν τῷ λόγῳ ῥηθέντα*) revera de re definienda praedicari evincendum est: ex quibus si quid redarguitur, definitio ipsa tollitur. Cf. lib. VI. c. 1.

102 b 33 *ἔμπροσθεν* respicit ad ea quae cap. antecedente dicta sunt de genere, proprio et accidente.

103 a 22 *τῶν δὲ λοιπῶν* ... E reliquis vero, h. e. ex iis autem quae capitibus vel generibus quae proposuimus 101 b 25 (*ὅρον* dicit, *ἴδιον*, *γένος*, *συμβεβηκός*) non subiecta sunt, sed ab iis aliena videntur, singula, prout cum unoquoque capite maxime cognata sunt, singulis adiicienda sunt.

Cap. 7. Idem aliud cum alio est aut numero aut specie aut genere. 23 *Eadem potissimum dicuntur ea quae numero*

non differunt, quod fit, quum eadem res alio nomine vel definitione exprimitur aut quum id quod rei proprium est vel accidens locum tenet rei ipsius.

Cf. cum hoc cap. quae diximus ad 1 b 6.

103 a 15 ἔχειν τινὰ διαφοράν, ὥστε μήτ' ἀριθμῷ μήτ' εἴδει μήτε γένει ταὐτὸν εἶναι: attamen aqua quae ex eodem fonte fluit specie eadem esse dicenda est: nam ab iis quae specie eadem esse dicuntur cum ipsa (ab omni eiusdem aquae specie) non nisi eo differt, quod singularum eius partium similitudo quam maxima est, dum maius sit discrimen inter diversas aquae species: quare aqua quae ex eodem fonte fluit iis adnumeranda est quae specie sunt eadem (vs. 22 sq.).

103 a 29 ὅταν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, quum id quod cum aliqua re idem est ab accidente petitur (h. e. accidente eiusdem rei exprimitur). Exspectabas ut diceret τῷ συμβεβηκότι, at talem Aristotelis in scribendo negligentiam iam saepius notavimus.

Cap. 8. Omnem quaestionem aut ad definitionem aut ad genus aut ad proprietatem aut ad accidens pertinere et per inductionem et per syllogismum probatur.

103 b 18 Bkkus Iul. Pacium secutus dedit ἴδιόν ἐστιν, ὑπάρχει, quamquam neque editi libri neque mss. pleriquè habent ἐστιν, quod etiam Boethius omisit.

Cap. 9. Decem categoriae conferuntur cum iis generibus, ex quibus ars disserendi suspensa est, ut haec illis contineri doceatur.

103 b 21 Vocem διαφοραί, quam Boeth., vet. intp. et Magent. (v. schol. nostra I. p. 68) habuerunt, explicationis gratia aliena manu adiectam esse docet scholion Alexandri (schol. 258 a 28). Non cogitandum esse de voce διαφοραί, sed ex antecedentibus repetendum esse κατηγορίαι recte iam observavit Petrus Victorius, var. lectt. XVIII, 18. Aristoteles ipse 102 b 39 γένη appellavit quae hic τέτταρας κατηγορίας vocat.

103 b 27 Parum subtiliter hic argumentatur Aristoteles: probaturus enim omnes propositiones, quae vel definitionem vel genus vel proprium vel accidens exprimant (αἱ διὰ τούτων προτάσεις vs. 25), ad decem categorias reduci posse, non id egit, ut demonstraret quomodo definitionis, generis, proprie-

tatis et accidentis quaestiones ad singulas categorias redigerentur et quam ad eas rationem haberent, sed satis habuit exponere, quod non fieri non possit quin una ex decem categoriis in quaque propositione utamur, sive per eam exprimendum sit τὸ τί ἐστι sive aliud quodcunque: quare non tam illa ipsa quattuor genera decem categoriis subiecta esse, quam nihil esse posse quod decem categoriis non comprehensum sit evincit. — Praeterea notandum est, quod sensus quo usurpantur verba τί ἐστι alius est vs. 22, alius vs. 27 sqq.: illic enim primam categoriam (τὴν οὐσίαν) significant, hic vero naturam rei cuiuscunque, ut non solum de prima, sed de omnibus categoriis intelligenda sint.

103 b 35 ὁμοίως δὲ... Item etiam res se habet in reliquis categoriis: nam si de quaque re vel res ipsa (verum rei nomen) vel eius genus praedicatur (sicut de eo quod album est vel album vel color), id quod res est exprimitur; si non de re ipsa, sed de alia quacunque vel ipsa vel eius genus praedicatur, enuntiatio non primam categoriam (id quod res est) exprimit, sed aliam quamcunque. Unde apparet in omni enuntiatione unam decem categoriarum locum habere: quare propositiones omnes de quibus et ex quibus (h. e. quibus positis) disputatur, decem categoriis continentur.

Cap. 10. *De propositione dialectica.*

104 a 5 Quod Aristoteles dixit 101 b 29, propositionem et problema non nisi τῷ τρόπῳ differre, id pugnare videtur cum iis quae hoc loco legimus, quod bene animadvertit Alexander (schol. 258 b 4 sqq.); facile autem repugnantia tollitur eo, quod altero loco non nisi de forma dixit quam propositio et problema habere debeant, hic vero exponit quomodo comparatae esse debeant, ut in disserendo usum habeant.

104 a 8 ἔστι δὲ πρ. διαλεκτικὴ ἐρώτησις: v. quae diximus ad 20 b 22, 24 a 25, 42 a 39.

104 a 13 τὰ τοῖς ἐνδόξοις ὅμοια (quorum exempla dat vs. 15 — 20), καὶ τἀναντία... Deinde, ait, propositio probabilis (s. dialectica) exit, quum negatur (κατ' ἀντίφασιν προτείνεται) quod contrarium est ei quod pro probabili habetur et concedi solet. Exemplis rem illustrat vs. 20 — 28 aliumque modum valde similem ei quem modo habuimus adiicit vs. 28 — 33, quo propositio probabilis reddi possit: eum scilicet, quod, si

probabile sit aliquid praedicari de aliquo, item etiam contrarium de contrario praedicari probabile reddatur, si iuxta ponantur utraque (*ἐν παραβολῇ* vs. 28).

104 a 14 *καὶ ὅσαι δόξαι* ... quarum exempla sequuntur vs. 33 — 37.

104 a 28 *ἔνδοξον δὲ καὶ*. Particulam *καὶ* Bkkus non recepit: est enim supervacanea, sed hoc ipsum nos movit, ut eam reciperemus, praesertim quum neque in Boethii neque in vet. intp. cod. Goth. versione neque in edd. prr. desit: talis enim in scribendo negligentia Aristotelis stilo convenit. Plane eodem modo atque hoc loco repetitum habuimus *καὶ* 91 b 23 sq.; praeterea cf. quae diximus ad 14 b 30 et ad 153 a 20.

104 a 32 *ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν* ... v. de Interpret. c. 14. — Vs. 37 dedimus *γεωμετρικός*, quippe quod et in optt. codd. reperiatur et 132 a 31 et 33 a Bkko ipso receptum sit. Boethius et *γεωμέτρης* et *γεωμετρικός* reddit „geometer".

Cap. 11. *Quid sit problema dialecticum*, 18 *quid thesis*, 29 *et quae ratio intercedat inter utrumque exponitur.* 105 a 3 *Qualia esse debeant problemata quae disputanti examinanda sint.*

104 b 12 *ἔστι δὲ* ... Non nova problematum genera hic enumerat, sed alia quaedam exponit quae nonnullis eorum propria sint et ex quibus cognosci possit quomodo tractanda sint: dicit enim problemata dialectica ita interdum comparata esse, ut et ipsa et quae iis contraria sint ratiocinatione aeque probabili evinci possint, vel ita ut, quamvis gravia sint, tamen quid de iis statuendum sit nobis non constet.

104 b 19 *θέσις* (de qua v. quae diximus ad 72 a 15) est propositio *παράδοξος* quae vel viri insignis auctoritate vel (vs. 24) ratiocinatione *παραδόξῳ* defenditur.

104 b 31 *περὶ ὧν οὐδετέρως δοξάζομεν*, quod haud raro in problematis diiudicandis nobis accidere ex iis apparet quae habuimus vs. 12 sqq.; de thesi vero quid statuendum sit non dubitamus, quod ex ipsa eius definitione (vs. 19) patet. — Verba sequentia corrupta putavit Buhlius, cuius quidem coniecturae rationem equidem video nullam.

104 b 32 *ἐκ τῶν εἰρημένων*, thesis definitionem, quam modo proposuit, intelligit.

105 a 3 Non omne problema aptum est ad disputandum, sed id quod ratiocinationem aliquam admittat, qua utraque pars de-

fendi possit. (Cum iis quae leguntur vs. 6 cf. quae similiter, quamquam alio sensu, dicuntur 1009 a 17 *οἱ μὲν γὰρ πείθους δέονται οἱ δὲ βίας.*) Quare (vs. 8) neque ea quorum demonstratio in promptu est et per se intelligitur neque ea quae doctrinam quandam reconditam et disputationem abstrusiorem requirunt ad disserendum proponenda sunt: nam dialectica non nisi hoc propositum habet, ut animi facultates disputando exercitentur. — Vs. 9 dedimus *πλείον'* ex coniectura, qua variam codicum lectionem conciliaremus, quorum alii iique optimi habent *πλεῖον* alii *πλείω*.

Cap. 12. *Quod volumus id in disputatione evincimus aut per syllogismum aut per inductionem.*

105 a 12 *πρότερον*, v. 100 a 25. — De *ἐπαγωγῇ* v. quae diximus ad 68 b 15 et ad 71 a 21.

Cap. 13. *Ad quae potissimum capita respiciendum sit, ut syllogismi in disputando nobis suppeditent, exponitur.*

105 a 22 Bkkus Iul. Pacium secutus lectionem codicis *C* recepit invitis et codd. optimis et plerisque edd. prr. Etiam Boethium, vet. intp. et Alexandrum (v. schol. 260 b 5 coll. ib. a 43, 255 b 19 et eiusd. comm. in Anal. prior. fol. 136 b ed. Iunt. 1521. 4, ubi hic locus ab eo affertur) nostram lectionem habuisse constat, ut verba *καὶ τῶν ἐπαγωγῶν* ex capite antecedente intrusa esse appareat.

105 a 25 *ἔστι δὲ...* Quum autem etiam reliqua tria in propositionibus investigandis versentur, ad primum caput (h. e. ad propositiones conquirendas) reducuntur omnia.

105 a 27 *οἷον ὅτι τὸ αἱρετὸν πολλαχῶς λεγόμενον δεῖ διελεῖν εἰς τὸ καλὸν καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὰ λοιπά.* — Quae adduntur vs. 31 *ἔστι* — 33 *ὁμοίων* delenda esse facile mihi persuaderem, nisi et in omnibus codd. et in omnibus libris, quibus veteres interpretes usos esse constat, exstarent.

Cap. 14. *De propositionibus eligendis.* b 19 *Dividuntur propositiones in ethicas, physicas et logicas.* 31 *Quod ponitur id quam maxime universale sumendum est, ut quam plurima ex eo fluant.*

105 a 34 *διωρίσθη* respicit ad cap. 10, ubi quae leguntur 104 a 8 — 15 ita *ἐκ παραλλήλου* dicta sunt iis quae hic habemus vs. 35 — b 5,

ut paene iisdem verbis expressa sint: quare vix erit, opinor, qui probet quod Buhlius voluit, qui verba b 1 *καὶ ὅσαι* — 2 *φαινομέναις* aliena manu intrusa putavit; nam verba *καὶ ὅσαι κατὰ τέχνας εἰσίν* (coll. 104 a 15) ut expungantur iusta causa inveniri vix poterit. Imo vera loci difficultas non in iis est, quae Buhlius aliena manu adiecta esse putavit, sed in iis quae proxime praecesserunt: quare pro *ἢ τὰς* vs. 37 quod in omnibus libris et mss. et edd. legitur scribendum putamus *μὴ τάς*, quae quidem coniectura, quamquam Boethius, vet. intp. et Alexander vulgarem lectionem tuentur, ita nobis arrisit, ut in contextum eam receperimus. Hac enim admissa tollitur difficultas omnis. Namque respondent verba *μὴ τὰς ἐναντίας ταῖς φαινομέναις* iis quae legimus 104 a 11 *μὴ παρὰδοξος· θείη... δόξαις ᾖ*, quibus indicatur discrimen quod inter propositionem et thesin intercedat. Deinde quod *ἢ* scriptum sit pro *μή*, quum *ἢ* saepius repetitum praecederet, mirum esse non potest. Similiter collocatam habemus particulam *μὴ* 1068 a 29 *μεταβεβληκὸς ἔσται . . . εἰς μὴ τὴν τυχοῦσαν ἀεί* et quae alia huiusmodi dedimus exempla ad 4 b 22.

105 b 10 Deinde quae de genere aliquo universo vel de plurimis quae ei subiecta sunt recte dici omnes opinantur, ea pro veris principiis in disputando sumenda sunt: talia enim concedunt, quum perspici non soleat ab adversario, quam exceptionem habeat regula quam concedit. Apparet inde scribendum esse vs. 12 *ἐπὶ τίνος* (nam pronomen interrogativum pro relativo usurpatur) pro *ἐπί τινος*, quod bene iam animadvertit Buhlius. Idem habemus 109 b 28.

105 b 15 *καὶ περὶ ἀγαθοῦ παντός* adiecit, ut propositiones universales disputanti sumendas esse significaret, quod cur faciendum sit, exponit in sequentibus, v. vs. 31 sqq.

103 b 20 Ne quis ex hoc loco colligat tres Aristotelem omnis philosophiae partes fecisse ethicam, physicam, logicam — nam hanc divisionem hic proponit, ut qua disputantes commodissime utantur —, videat quae dicit Alexander schol. 261 a 8—12 et quae disputat ipse Aristoteles Met. *E.* cap. 1, ubi dicit *πᾶσαν διάνοιαν ἢ πρακτικὴν ἢ ποιητικὴν* (ex qua artes originem habent) *ἢ θεωρητικὴν εἶναι.* 1026 a 18 *ὥστε τρεῖς ἂν εἶεν φιλοσοφίαι θεωρητικαί, μαθηματικὴ φυσικὴ θεολογική.* Praeterea v. quae dedimus init. Anal. post.

105 b 32 *τὴν μίαν πολλὰς ποιητέον*, ita scilicet ut propositione uni-

versali sumta ea ex illa eliciamus quae inde fluant. De exemplo τῶν ἀντικειμένων quod additur v. Categ. c. 10.

Cap. 15. *Qui disputat non solum multiplicem cuiusque vocis potestatem novisse, sed etiam uniuscuiusque definitionem investigare debet.* 9 *Ambiguitas vocis cognoscitur ex contrariorum diversitate* (23) *vel e diversa quam contrarium induit specie.* 36 *Deinde ambiguum est quod et ita dicitur, ut habeat aliquid contrarium vel ἀνὰ μέσον et non habeat.* b 13 *Deinde ambigua est vox, si id quod ei repugnat ambiguum est,* 21 *vel id quod ei opponitur sicut privatio.* 29 *Deinde excutiendum est num casus vel quae quo modo cunque ab ea deriventur ambigua sint,* 107 a 3 *et num illa vox non ad eandem semper categoriam, sed ad diversas pertineat,* 18 *num subiecta sit diversis generibus, quorum alterum non contineatur altero, ut una definitione eius natura exprimi non possit.* 32 *Eadem ratione etiam examinandum est quod ei contrarium est.* 36 *Examinandae sunt et definitiones eorum quae cum ea composita sunt* (b 6) *et definitio ipsius.* 13 *Deinde quaeritur, num quae illa voce significentur non gradu, sed reapse diversa,* 19 *vel num diversorum generum differentiae sint.* 27 *Deinde num ipsa plures habeat differentias,* 33 *denique num simul et speciem et differentiam exprimat.*

106 a 2 τὸ δὲ ποσαχῶς, quod secundo loco posuit cap. 13. Constructionis ἀσυνθέτου, qua verba τὸ δὲ ποσαχῶς cum verbo sequente non coniunguntur, v. quae dedimus similia exempla ad 52 a 29. — καθ' ἕτερον τρόπον, h. e. ὁμωνύμως.

106 a 6 ἀλλ' ὅτι καὶ... Namque iustitia et fortitudo dicuntur bonae, quatenus ipsae animi quandam qualitatem exprimunt, salubritas vero dicitur bona, non quatenus quale aliquid sit exprimit, sed quatenus aliquid efficit (sanitatem intell.).

106 b 4 De eo quod dicitur ἀνὰ μέσον v. quae dedimus ad 12 a 2. — εἰ τῶν μέν... Si duo quae inter se contraria sunt (ut λευκὸν et μέλαν) vel et ita dicuntur, ut aliquid iis sit ἀνὰ μέσον, et ita, ut non sit, vel ita, ut semper quidem aliquid habeant ἀνὰ μέσον, sed hoc ipsum non semper idem sit, velut τὸ μὲν σομφὸν ἐν φωνῇ, τὸ δὲ φαιὸν ἐν χρώματι τοῦ λευκοῦ καὶ μέλανος ἀνὰ μέσον, voces ambiguas esse apparet.

106 b 26 Quod numerum pluralem ἀντίκεινται ex optimis libris

recepimus, id satis defensum videtur exemplis quae dedimus ad 69 b 3. — Ad vs. sq. cf. 12 a 28.

106 b 29 De *πτώσει* diximus ad 16 b 1. — De pronomine *αὐτὸ* vs. 38 v. quae dedimus ad 6 a 8.

107 a 3 Considerandum est, num eadem vox quocunque modo usurpata (*ἐπὶ πάντων*) in eadem semper categoria sit: namque bonum ita dicitur, ut et ad categoriam *τοῦ ποιεῖν* et ad *τὸ ποιὸν* et ad *τὸ ποτὲ* et ad *τὸ ποσὸν* pertinere appareat, unde patet ambiguam esse boni notionem. Item *τὸ λευκὸν* si de colore praedicatur, qualitatem, si de voce, actionem quandam exprimit (schol. 262 a 4), et *τὸ ὀξὺ* si de voce, actionem, si de angulo, quantitatem significat.

107 a 18 Deinde, etiam si quae vox in eadem semper categoria (in eodem summo genere) insit, tamen videndum est, num genera inferiora et proxima quae dicuntur diversa sint, quorum alterum si non continetur altero, duas habebimus definitiones diversas, ut vocis ambiguitas manifesta sit. Sic e. g. quae voce *ὄνος* significantur (*τὰ ὑπὸ τὸ ὄνομα*), quamquam ad categoriam substantiae semper pertinent, tamen in eo differunt, quod et animalia esse possunt et supellex. Sin autem genera, quibus eadem vox subiecta est, ita diversa sunt, ut alterum altero contineatur, vocem ambiguam esse non consequitur: nam utrumque genus, quum quod in altero (in eo intell. quod minus late pateat) insit ab altero non prorsus sit alienum, sed simul utrique subiectum esse et possit et debeat, de eadem re vere praedicabitur, ut rei natura eadem maneat, sive per hoc genus definiatur sive per illud.

107 a 37 Praepositio *ἐκ* cum participio *γινόμενον* melius, ni fallor, abesset. — Quod dicat vs. 38 *τοῦ ἰδίου* ipse explicat b 2 sq.

107 b 4 et 17 Quum alias *συνώνυμοι* dici soleant duae voces vel duae res, quae in eodem genere sint eandemque naturam vel qualitatem exprimant (v. quae diximus ad 1 a 6), hic *συνώνυμος* dicitur una vox, quae quo modo cunque usurpata eandem semper significationem habeat, vox non ambigua: nihil enim hic significat *τὸ συνώνυμον* nisi *τὸ μὴ ὁμώνυμον*.

107 b 8 *τὸ σημαντικὸν καὶ ποιητικὸν ὑγιείας*, h. e. *τὸ ὑγιεινὸν ὁμώνυμον ὄν* (106 b 35). Si quis vocem ambiguam una definitione complexus est, definitio examinanda est, ut quam ipsa reconditam habeat ambiguitatem appareat. — Vs. 11 dedimus

τοσοῦτον, quod et Alexander habuit (v. schol. 262a28 et 31) et optimi codd. praebent, praesertim quum appareat quam facile per scribentium incuriam hoc mutari potuerit in τοιοῦτον, sequitur enim τὸ δὲ τὸ τοιοῦτον. Praeterea sensus ipse requirit lectionem τοσοῦτον: nam ut ambiguitas vocis ὑγιεινὸν ostenderetur, probandum erat genus quo contineatur modo ad hanc categoriam pertinere (τὸ ποσὸν intell.) modo ad illam (τὸ ποιόν).

107b13 Deinde quae una voce significantur aut, si eandem rem aut certe eiusdem rei diversos gradus eadem ratione exprimunt, inter se comparari possunt (quod semper fieri potest, si vox non est ambigua) (συμβλητὰ κατὰ τὸ μᾶλλον ἢ ὁμοίως) aut, si res ipso genere diversas significant, quarum altera, quum alterius plane dissimilis sit et cum ea componi nequeat, nihil nisi gradum alterius exprimere non potest, comparationem non admittunt. Utrumque autem si locum habet, vocem ambiguam esse apparet. ἡ γὰρ λευκὴ φωνὴ λευκοῦ ἱματίου οὔτε μᾶλλον λευκὴ λέγεται οὔθ' ὁμοίως τῷ ἱματίῳ λέγεται λευκή, ὥσθ' οὐ συμβλητά.

107b19 ἐπεὶ δὲ... Cf. quae habuimus 1b16 sqq.

Cap. 16. *De differentiarum inventione.*

107b39 τὰς δὲ διαφοράς, quas quaerendas esse tertio loco commemoravit cap. 13.

108a1 τοῖς ex optt. codd. addidimus, quum sensus requirat: apparet enim e verbis sequentibus ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐστίν et ex ipso exemplo τὰ γένη τὰ πρὸς ἄλληλα esse τὰ ἀντιδιῃρημένα, quae hoc loco dixit πρὸς ἄλληλα, quum adhuc in mente haberet quae iis opposita sunt τὰ ὑπάλληλα γένη. — Vs. 2 et in seqq. dedimus ἀνδρείας pro ἀνδρίας, quippe quam scripturam optimi libri exhibere soleant.

Cap. 17. *De inventione similitudinis.*

108a7 τὴν δὲ ὁμοιότητα, quae quarta erat quaestio quam cap. 13 proposuit.

Cap. 18. *Quam utilitatem in disputando habeat, si quis multiplicem vocum potestatem,* 38 *differentias* (b7) *et similitudines exploraverit, exponitur.*

108 a 21 Opponuntur *τὸ πρὸς τὸ πρᾶγμα συλλογίζεσθαι* et *τὸ πρὸς τὸ ὄνομα*, de qua quidem oppositione v. quae diximus ad 101 a 29 sub fin. — Scripsimus *τὸ ὄνομα* et vs. 29 *τὸ αὐτό*, quia cum emphasi haec verba pronuntiantur.

108 a 27 sq. *παραλογισθῆναι* passive usurpatur, sicut *συλλελογίσθαι* 1357 a 8, quem locum adscripsimus I. p. 373, quamquam eadem forma etiam sensu activo ab Aristotele ponitur 174 b 11, 175 b 31, 35 et 37.

108 a 32 Hoc vero non semper accidere potest, sed non nisi si verum est quod defendimus, quum unam, falsum vero, quum alteram vocis cuiusdam ambiguae significationem intelligimus. Nam si utravis significatione accepta vera exiret propositio, etiam ratiocinatio, per quam coacta est, non esset paralogismus, sed verus syllogismus, quamvis reprehendendus propterea quod non unum, sed plura simul coegerit.

108 b 11 *οὐ γὰρ ῥᾴδιόν ἐστιν ... εἰ μὴ ῥᾴδιον δεῖ λέγειν τὸ ἀδύνατον*, ut alio loco dicit Aristoteles: v. quae diximus ad 8 a 29: nam ipsi notioni inductionis hoc repugnat.

108 b 12 *τοὺς ἐξ ὑποθέσεως συλλογισμούς*, h. e. *τοὺς δι' ὁμολογίας περαινομένους*, de quibus v. quae diximus I. p. 433. Concessionem, qua nituntur syllogismi de quibus hic loquitur, ipse indicat vs. 13 et 15. De una re vel specie verum esse quod defendimus, probamus et, quum reliquarum eandem rationem esse concesserit adversarius, de omnibus valere quod volumus per hanc ipsam concessionem (*ἐξ ὑποθέσεως*) colligimus. — Numeri mutati (nam verba *ἐπὶ τούτων* vs. 15 et 18 ad id referuntur quod vs. 14 singulari numero indicavit voce *ὅ τι* et vs. 16 voce *ἐκεῖνο*) exempla collegimus ad 69 b 3, cum quibus cf. quae diximus ad 16 b 1 sub fin. et ad 28 a 6.

108 b 21 *οὐκ ἀπορήσομεν* ... nam genus est id ipsum quod singulis omnibus commune est (*τὸ ἐν ἑκάστῳ ταὐτόν*) et necessario cum eorum natura coniunctum.

Lib. II. cap. 1. *Problemata aut universalia sunt aut particularia.* 109 a 6 *Primum docendum est quomodo propositio universe affirmans refutetur.* 10 *Problema quod pertinet ad accidens a reliquis eo differt, quod accidens ad ipsam rei naturam nihil facit.* 27 *Duo problematis sunt vitia.*

109 a 7 *διά τε τὸ* ... Primum indicat cur non incipiendum sit a propositionibus particularibus, deinde (*καὶ διὰ τὸ* vs. sq.) cur

primo non dicendum sit *περὶ τῶν κατασκευαστικῶν*: ratio in eo est, quod quae ad disputandum proponuntur saepius sunt affirmantia quam negantia, ut qui disputationem aggrediatur non propositionem affirmantem probare, sed evertere debeat id quod ab adversario affirmatum sit.

109 a 10 Brevius haec dixit quam clarius; sententia enim haec est: *ἔστι δὲ χαλεπώτατον τὸ ἀντιστρέφειν τὴν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὀνομασίαν (κατηγορίαν), ὥστ' εἶναι οἰκείαν τοῦ πράγματος*, h. e. quod praedicatur sicut accidens id cum re ipsa de qua praedicatur, plerumque non potest converti, quum veram eius naturam non exprimat (quamquam interdum hoc fieri posse vidimus 103 a 30). Namque si definitio vel genus vel proprium de ea re praedicantur ad quam pertinent, ipsam eius naturam exprimunt, cum qua necessario coniuncta converti possunt (v. vs. 13—19). Quod longe aliter se habet in accidente: nam quod accidens est, id quodammodo quidem (*πῇ, κατά τι*) praedicatur, neque tamen simpliciter et sensu proprio praedicatur (cf. 83 a 14). Quare (vs. 22), si quid de aliqua re praedicatur *ὡς συμβεβηκός*, non consequitur rem esse tale aliquid quale exprimit *τὸ συμβεβηκός*, velut si color albus vel iustitia de aliquo praedicantur *κατὰ συμβεβηκός*, non sequitur colorem album vel iustitiam ita cum re ipsa, de qua praedicentur, coniunctum esse, ut cum ea converti possint. — Pro *λευκὸς* et *δίκαιος* (vs. 24) clarius dixisset *λευκόν τι* et *δίκαιόν τι*.

Cap. 2. Primus locus, quo refutetur, quod aliud alius sit accidens, est, ut probemus non ut accidens praedicari alterum de altero, sed alio modo quocunque, b 13 *alius, ut videamus de quibus praedicetur*, 30 *alius, ut definiamus et accidens et id de quo praedicatur*, 110 a 10 *deinde, ut ipsi nobiscum reputantes et adversarii sententiam nostram facientes ei occurramus*, 14 *denique, ut definiamus quoad communi mori verborum vel obtemperandum sit vel ab eo recedendum.*

109 a 34 *κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον*, quem definit b 8 sq. *ὡς γένος, ὡς ἴδιον ἢ ὡς ὁρισμός.*

109 a 39 Interdum fit, ut qui genere utatur pro accidente, accidens prius ita definiverit, ut eius nomine genus comprehenderit, saepe tamen, ubi fines accidentis non constituti sunt, ex ipsa locutione genus pro accidente haberi apparet:

fit enim hoc, quum praedicatur de specie quod a genere derivatur; nam genus semper ipsum praedicatur de specie et ita quidem, ut et nomen et notio (natura) eius speciei tribuendum sit. Quare non quod derivatur a genere, sed genus ipsum de specie praedicari debet. Qui autem de specie praedicat quod a generis nomine derivatur, genus pro accidente habet, quod probatur b 8—12.

109 b 21 *οἷον εἰ* ... Singulae cuiusque oppositorum speciei quam commemoravit vs. 18 sq. exemplum addit. Mendum est quod in Bkki ed. legitur vs. 26 *ἀνασκευάζειν καὶ κατασκευάζειν* pro *κατασκ. καὶ ἀνασκ.* — Vs. 25 *ὁ τόπος ἀντιστρέφει* est *ὁ τόπος πρὸς ἀμφότερα χρήσιμός ἐστιν*: quare docetur in iis quae sequuntur quomodo *κατασκευάζοντι* hoc loco, qui divisione continetur, utendum sit.

109 b 31 *ἀμφοτέρων καθ' ἑκάτερον*, h. e. *θατέρου μὲν καθὸ ὑπόκειται θατέρου δὲ καθὸ κατηγορεῖται καὶ συμβέβηκε τῷ πράγματι.*

110 a 20 Alexandrum pro *ὡς* legisse *ἢ ὡς* ex scholiis (266 a 3 sqq.) apparet.

Cap. 3. Si vocis ambiguitas adversarium latet, non nisi ea notione utendum est, quae commode conciliari possit cum eo quod vel defendimus vel refellimus; b 8 *si non latet, explanata et adoptata multiplici eius potestate vel adstruendum vel destruendum est id quod volumus.* 16 *Item etiam omnibus, quae etsi non ambigua non eadem semper ratione dicuntur, utendum est prouti disputationis ratio postulat.*

110 a 32 *πλὴν ἀνασκευάζοντι* ... Quum adversarium refutantes vocem ambiguam de alia non praedicari ostendimus, nulla concessione opus est: nam etiam si omissa altera vocis notione alteram solam cum aliquo eorum, de quibus vocem praedicari dixit adversarius, conciliari non posse doceamus, satis confutatum est quod volumus; sin autem, ut refellamus quod ille contendit, vocem ambiguam de alia praedicari probamus, alteram solam vocis ambiguae notionem de aliquo eorum, de quibus vocem praedicari non posse contendit adversarius, revera praedicari demonstrandum est. Quum vero non refellimus, sed ipsi probamus vocem ambiguam vel praedicari vel negari de alia, prius ab adversario petendum est, ut concedat de reliquis quod de uno solo probetur, quam-

quam hoc (b 4) non faciendum est nisi ubi communem argumentationem, quae diversas vocis ambiguae notiones ita complectatur ut simul ad omnes pertineat, frustra quaesivimus.

110 b 2 *διότι πᾶσα* ... Brevius haec et negligentius dicta sunt. Locum interpretantes Boethius et vet. intp. vertunt „propter hoc", quasi pro *διότι* scriptum esset *διὰ τοῦτο*. Sensus apertus est: *οἷον εἰ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατος, οὐκ ἀπόχρη τοῦτο πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος*, quod sic exprimere voluit Aristoteles: *οἷον εἰ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατος, οὐκ ἔστι τοῦτο τὸ δι' ὅ τι ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος*. Qua quidem artificiosa explicatione non opus est, si *διότι* pro simplici *ὅτι* usurpatum esse dicas, cuius usus alia exempla ex Topicis collegimus ad 58 b 7 extr.

110 b 16 Ex iis quae hic dicit apparet non idem esse *τὸ πολλαχῶς* s. *πλεοναχῶς λεγόμενον* et *τὸ ὁμώνυμον*. Nam illud latius patet: cf. 1003 b 33 *τὸ δὲ ὂν λέγεται μὲν πολλαχῶς, ἀλλὰ πρὸς ἓν καὶ μίαν τινὰ φύσιν, καὶ οὐχ ὁμωνύμως ἀλλ' ὥσπερ καὶ τὸ ὑγιεινὸν ἅπαν πρὸς ὑγίειαν, τὸ μὲν τῷ φυλάττειν, τὸ δὲ τῷ ποιεῖν, τὸ δὲ τὸ σημεῖόν εἶναι τῆς ὑγιείας, τὸ δ' ὅτι δεκτικὸν αὐτῆς*. Orationem *ἀνακόλουθον* fecit exemplorum copia interposita (idem accidit 111 b 33 sqq.): quare aliud initium sumsit vs. 25 dicens *εἰ οὖν μηδαμῶς* ...

110 b 26 Si igitur nullus modus (ex iis quos commemoravimus vs. 18 sqq.), quo unam esse plurium doctrinam intelligi possit, locum habet, non unam esse doctrinam plurium dicendum est, si vero quodam modo verum est, plurium esse unam doctrinam contendi poterit. Si quid autem pluribus modis intelligi potest, non nisi ea proferenda sunt quae consentanea sunt et facile conciliantur cum eo quod ipsi defendimus, ea vero quae repugnant reticenda.

110 b 36 *ἢ πάλιν* ... Brevius haec dixit: plenius enim dicendum erat *ἢ πάλιν μὴ εἶναι τόδε τοῦδε ἐκ τῶν αὐτῶν τόπων κατασκευαστέον, ἤγουν ἐκ τοῦ κατὰ μηδένα τῶν ῥηθέντων τρόπων τόδε τοῦδε εἶναι.*

Cap. 4. Pro obscuro nomine sumendum est nomen perspicuum. 14 *Quod de genere praedicatur, idem etiam de aliqua specie et vice versa,* 33 *et de quo genus, de eodem etiam species aliqua praedicabitur; si autem nulla species, neque genus.* b 12 *Perscrutandae sunt etiam definitiones rei ad quam disputatio pertinet,* 17 *deinde quae consequentia sint eius con-*

tra quod disputamus et ex quibus ipsum consequatur. 24 Deinde temporis ratio habenda est, ut videamus num simul existere possint quae contendat adversarius.

111 a 10 Restituimus lectionem quam cum Boethio et codicibus optimis pleraeque editiones tuentur. Altera lectio *τὴν φιλοπραγμοσύνην* ab iis profecta videtur, qui verbum *λαμβάνειν* ex antecedentibus repetendum putarent, quamquam eodem iure oratio suppletur per verbum *ἐστί*, quod nostra lectio postulat.

111 a 26 *ζῷον μὲν...* Miror quod Aristoteles, quum de accidente agat, differentiam vero (101 b 18) generi cognatam dixerit, exemplum hic ita sumsit, ut non accidens, sed differentiam expresserit (cf. 1 b 18 et quae ibi diximus). — Vs. 30 *ὅσα γὰρ...* quod colligitur secundo modo figurae primae. — Vs. 31 *ὅσα δὲ...* Idem hic exemplum ante oculos habuisse videtur Aristoteles quod dedit vs. 26.

111 a 34 *ὅσα ἔχει τὸ γένος*, intell. *ὡς ὑπάρχον αὐτοῖς*, h. e. *ὅσοις ὑπάρχει τὸ γένος*.

111 b 7 *ἢ ὅσα ἄλλα κινήσεως εἴδη*, de quibus v. quae diximus ad 15 a 13.

111 b 14 Dedimus quod edd. Bkko priores exhibent omnes. Idem habet Boethius. Accedit quod etiam sensus nostram lectionem requirit: nam Aristoteles non dicit ab una definitione sola peti non posse argumenta quibus impugnetur quod contendat adversarius, sed a rei definitionibus, ait, sive veris sive falsis quae adversario probentur argumenta quibus eum refellamus petenda sunt, etiam si non sumantur ab una eaque vera rei definitione (plures enim eiusdem rei eaeque verae definitiones non dantur), sed a pluribus: quare oratio sic supplenda est: *κἂν εἰ μὴ ἀφ' ἑνὸς ὁρισμοῦ ἐξείη ἐπιχειρεῖν, ἀλλ' ἀπὸ πλειόνων ἐπιχειρητέον*. Similem particulae *ἀλλὰ* usum habemus 172 a 19. Nam particula *ἀλλὰ* quamquam non proprie refertur ad particulam *μὴ* quae praecessit, tamen negatione praecedente excusatur.

111 b 31 Lectionem nostram codicum optimorum et Boethii auctoritas defendit, quum formula *ἀλλ' ἢ* tam trita sit, ut facilius in contextum inferri quam expungi potuerit. Quod hic recepimus etiam aliis locis occurrit: e. g. 253 a 6 *οὐδὲν γὰρ ἄλλ' ἀπορεῖ ὁ τοῦτο λέγων ἢ διὰ τί οὐκ ἀεὶ τὰ μὲν ἠρεμεῖ τῶν ὄντων τὰ δὲ κινεῖται.*

Cap. 5. Disputatio traducenda est ad ea quae nobis facilia sunt ad impugnandum. 112a16 *Satis confutatur adversarius, si quidquam refellitur ex iis quae consequentia sunt eius quod ipse contendit.*

111b35 Ab ipso problemate ad aliud quid disputatio traducenda est, si adversarius neget aliquid, quod disputanti concedi debeat, ut illum refellat, vel (vs. 38) si is qui alterum confutare velit inductione facta ex ea propositione quam defendat adversarius (*διὰ τοῦ κειμένου* 112a1, *διὰ τῆς θέσεως* vs. 6), ipse refellere studeat id quod per inductionem probatum sit. Sit e. g. thesis quam defendat adversarius *A* praedicari de *B*. Iam qui hoc redarguere vult inductionem facit hoc modo: sicut *A* praedicatur de *B* (quod tu sumsisti), ita etiam de *C*, de *D* et de *E*, *BCD* et *E* autem species vel etiam individua sunt quae continentur communi genere *F*: quare praedicari debet *A* de genere *F*; quod si redarguitur, satis refutatum erit etiam id quod contendit adversarius *A* praedicari de *B*. Apparet inde non opus esse coniectura Pacii qui vs. 38 *ἀπαγωγὴν* et 112a5 *ἀπαγωγῆς* scribi voluit, quae quidem lectio, quamquam (coll. Anal. pr. II. c. 25) veri quadam specie non caret, praesertim quum vs. 5 quidam codices habeant *ἀπὸ ἐπαγωγῆς*, tamen hac difficultate laborat, quod *ἡ διὰ τοῦ κειμένου* vel *διὰ τῆς θέσεως ἀπαγωγὴ* eum sensum habere vix poterit, quem deprehendere in his sibi visus est Iul. Pacius: vertit enim: „abductio ab (*διὰ* 112a1 et 6) eo quod positum est vel a thesi". Accedit quod Boethius et Alexander lectionem vulgarem habent. Alia huius loci difficultas est in verbo *ποιησάμενος*: nam tum Alexander (schol. 267b42) refert ab aliis scribi *ποιησαμένου* tum quod codices praebent ita comparatum est, ut quae vera sit lectio inde elicere non possis. Boethius habuit *ποιησάμενος*, quod recepimus, quum altera lectio ab iis profecta videatur, qui hoc orationis membrum prioris, in quo habetur *ἀρνησαμένου τοῦ ἀποκριναμένου*, simile esse debere putarent: quamquam etiam si vera lectio esset *ποιησαμένου*, tamen hoc de eo qui responderet (*τοῦ ἀποκριναμένου*) dictum esse non posset propterea, quod *ὁ ἀποκρινάμενος* ipse non facit inductionem, sed aut concedit aut non concedit, quum non interroget, sed respondeat. Deinde quis est qui ipse faciat inductionem, qua quod probetur fa-

cilius fiat ad evertendum quam id quod ab initio ad defendendum sibi proposuit?

112 a 5 εἴτε ἀρνησαμένου, intell. τοῦτο, εἰς ὃ ἄγομεν τὸν λόγον καὶ πρὸς ὃ εὐποροῦμεν ἐπιχειρημάτων, quod vss. sqq. significavit simplici voce αὐτό.

112 a 7 Tertium denique quod commemoravimus locum habet, quum disputatio traducitur ad aliud quid quod plane alienum est ab eo de quo disputatur, ut non id ipsum quod defendat adversarius refellatur, sed aliud quidquam (ἄλλως παρεξελέγχεται) quod nobis quidem facilius sit ad evertendum, cum eo vero de quo agatur omnino non cohaereat. Quod si fieri animadvertit qui respondet, non aegre ferre debet, si quae concedenda sint quae ad ipsam rem de qua agatur non pertineant, sed haec quidem prompte dare adiicientem simul quae concedat quidem, quamquam non probet. Nam qui disputationem traducit ad id quod a re plane alienum est, quum plura interrogare debeat quam quae ad thesin ipsam refutandam pertineant, quo plura sibi conceduntur, eo facilius perturbatur et confunditur, si ex iis cogi aut nihil possit aut nonnisi id quod ad disputationem ipsam nihil faciat.

112 a 21 Boethius: „Cavere autem oportet in huiusmodi difficilioris assumtionem facere", vetus interpres: „Cavere autem oportet et huius eo quod difficilioris suppositio fiat", ut utrumque aut lectionem codicis *A* ipsam (quam etiam propterea recipiendam putavimus, quod codices *BCf* et in iis quae proxime antecesserunt et in iis quae sequuntur a vero aberravisse videntur) aut aliam eamque haud multum diversam habuisse appareat.

Cap. 6. Si e duobus de aliqua re aut unum praedicatur aut alterum, eadem argumentatio utrumque complectitur. 32 *Deinde quid nomen ipsum significet et unde ductum sit examinandum est.* b 1 *Deinde videndum num confusa sint quae necessario fiant iis quae fieri soleant vel iis quae casu fiant,* 21 *et num notiones quae non nisi nomine differant ita usurpatae sint, quasi altera sit accidens alterius.*

112 a 32 ἐπὶ τὸν λόγον sc. τὸν λέγοντα τί σημαίνει τοὔνομα, ὡς μάλιστα προσῆκον ἐκλαμβάνειν τοῦτον τὸν λόγον ἢ ὡς κεῖται τοὔνομα, h. e. quasi propria nominis potestas mellus perspiceretur ex eius origine quam ex communi more ver-

borum. — Notandum est quod superlativus *μάλιστα* pro comparativo usurpatur sequente particula *ἤ*, quod facile explicatur eo, quod summus gradus inferiores complectitur omnes: quare quod hic habemus sic intelligendum est: *ὡς μάλιστα προσῆκον οὕτως ἐκλαμβάνειν καὶ μᾶλλον δὴ οὕτως ἢ ὡς κεῖται τοὔνομα.* Simile est quod legitur 226 b 23, quem locum adscripsimus ad 12 a 2. 893 b 7 *ἐκ περιττώματος γὰρ πλείστου ἡ τοῦ ἀνθρώπου θρὶξ ἢ ἡ τοῦ προβάτου.* Item ex superlativo comparativus eliciendus est 669 b 6 *διόπερ ἄνθρωπος μὲν τῶν ἄλλων ὀρθότατον, τὰ δὲ ζῳοτόκα τῶν ἄλλων τετραπόδων.* 441 a 24 *λεπτότατον γὰρ τῶν πάντων ὑγρῶν τὸ ὕδωρ ἐστί, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐλαίου.* 653 a 28 *ἔχει δὲ τῶν ζῴων ἐγκέφαλον πλεῖστον ἄνθρωπος ὡς κατὰ μέγεθος, καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἀῤῥενες τῶν θηλειῶν.* De qua quidem dictionis negligentia auctores qui disseruerunt collegit Zell ad Eth. Nicomach. II, 8, 4. Similiter etiam comparativum pro superlativo ab Aristotele usurpatum videmus 777 b 3 *πάντων γὰρ ἄνθρωπος πλείω ζῇ χρόνον, πλὴν ἐλέφαντος.* Quae quum ita sint, mirum non est, quod diversi comparationis gradus coniungantur, velut cum superlativo positivus: 776 a 29 *πάντων δ' ἡ τροφὴ τὸ γλυκύτατον καὶ πεπεμμένον* vel cum comparativo superlativus 458 a 12 *ἐγείρεται δ', ὅταν... διακριθῇ τό τε σωματωδέστερον αἷμα καὶ τὸ καθαρώτατον.* 891 a 36 *διὰ τί ἄνθρωπος μόνον ἴσχει λευκήν; πότερον ὅτι λεπτοδερμότατον τῶν ζῴων ἐστίν, ἅμα δὲ καὶ πνευματωδέστερον;* Conf. 1337 a 18 *ἀεὶ δὲ τὸ βέλτιστον ἦθος βελτίονος αἴτιον πολιτείας*, h. e. *ὅσῳ δὲ βέλτιον τὸ ἦθος, τοσούτῳ βελτίονος ἀεὶ καὶ πολιτείας αἴτιόν ἐστιν, ὥστε τὸ βέλτιστον τῆς βελτίστης.* Per similem in scribendo negligentiam positivus ponitur praecedente comparativo 896 a 2 *τὸ δὲ ἥμερον βέλτιον, τὸ δὲ ἄγριον φαῦλον.* Quomodo explicandus sit comparativus quem habemus 1364 b 31 in promptu est: dicit enim *καὶ τὰ πολυχρονιώτερα* (*μείζω ἐστὶν ἀγαθὰ*) *τῶν ὀλιγοχρονιωτέρων καὶ τὰ βεβαιότερα τῶν μὴ βεβαιοτέρων* (h. e. *τῶν ἀβεβαιοτέρων*).

Cap. 7. Si plures propositiones eidem contrariae sunt, ea sumenda est pro contraria quae maxime consentanea est cum eo quod defendimus. 113 a 20 *Deinde videndum est num quod accidenti contrarium sit de eadem re praedicetur de qua etiam accidens*, 24 *vel num quid dictum sit de aliqua re,*

unde contraria de ea praedicari consequatur, 33 *et num quod accidens in se suscipiat etiam id quod ei contrarium sit in se suscipere possit.*

113 a 6 *ἐὰν μὴ* ... v. 1108 b 11 *τριῶν δὲ διαθέσεων οὐσῶν, δύο μὲν κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, μιᾶς δ' ἀρετῆς τῆς μεσότητος, πᾶσαι πάσαις ἀντίκεινταί πως· αἱ μὲν γὰρ ἄκραι καὶ τῇ μέσῃ καὶ ἀλλήλαις ἐναντίαι εἰσίν, ἡ δὲ μέση ταῖς ἄκραις* et quae sequuntur.

113 a 20 Hunc locum non eundem esse atque eum quem habuimus 112 a 24 per se intelligitur; nam alter docet quomodo refellere possimus adversarium, si quid contrarium sit accidenti, quod ille defendat, alter vero omnem demonstrationem quae pertineat ad accîdens, cui aliud contrarium sit, per *ἀντίφασιν* transferri posse ad contrarium. Apparet igitur alterum quidem ex altero fluere, neque tamen propter hoc alter eorum ex contextu omnino eiiciendus erit, quod quosdam interpretes faciendum putavisse auctor est Alexander (schol. 269 a 27). Notandum est autem quod saepius accidit in Topicis, ut duo loci enumerentur qui revera non diversi sint: cuius rei causa in eo est, quod Aristoteles his libris non tam id egit, ut certam quandam doctrinam ordine et ratione explicaret, quam ut quaedam proponeret quae utilia esse possent iis qui argumenta quaererent quibus rem suam defenderent. Quare minime probandum est quod fecit Alexander, ut singulorum locorum discrimina argute explicentur: talis enim subtilitas a doctrina Topicorum aliena esse debet: nam Aristoteles ipse saepius dicit non tradi in his libris disciplinam quae a certis principiis proficiscens via et ratione quae inde consequantur exponat, sed artem quandam quae non veritatis studio ducatur, sed veri speciem persequatur, ut eius praecepta non geometrica subtilitate exponi et inter se distingui, sed ita adumbrari velint (*ὡς τύπῳ περιλαβεῖν*), ut qui disputent quam facillime iis uti possint.

113 a 31 *καὶ αἰσθηταί*... nam singulae ideae certam quandam rerum speciem et formam exprimunt: species autem et forma oculis cernitur.

113 b 1 Vet. intp. cod. Goth. omittit verba *ἡ φιλία*, Boethius vero vertit „an in concupiscentia", quasi pro *ἡ φιλία* habuisset *ἢ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ*, quod quum ab hoc loco alienum esse

debere appareat, nos quoque ista expunximus. Item etiam in sequentibus Boethii et veteris interpretis auctoritatem codicibus potiorem habuimus, quum iam in antecedentibus haud raro ab eorum librorum fide recedere coacti essemus, qui alias optimam lectionem exhibere solent.

113 b 3 *οὐκ ἂν...*, h. e. *οὐδὲ τὸ μῖσος ἂν εἴη ἐν τῷ θυμοειδεῖ, ἀλλ' ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ, ὥστε μὴ ἔπεσθαι ὀργῇ.*

Cap. 8. *Quattuor oppositorum generibus ita utendum est, ut videamus num,* **si** B *sit consequens termini* **A**, *etiam* Non-A *sit consequens termini* Non-B, 27 *deinde num contrarium sit contrarii consequens,* 114 a 7 *num privationis privatio,* 13 *denique num etiam in iis quae dicuntur πρός τι oppositum sit oppositi consequens.*

113 b 15 *σκοπεῖν ἐκ μὲν...*, h. e. *σκοπεῖν εἰ ἀκολουθήσει τῇ προτάσει τὸ ἀνάπαλιν τῆς κατηγορίας κατ' ἀντίφασιν τῶν ὅρων λαμβανομένων*, videndum est num termini propositionis ita converti possint, ut, utroque sumto *κατ' ἀντίφασιν* s. sumtis iis quae utrique repugnent, quod orationi subiectum erat in praedicati locum et quod praedicatum in subiecti locum substitui possit: qua quidem conversione facta (eandem iam habuimus 53 b 12 et 57 b 1—3) propositionem veram vel falsam exire per inductionem probandum est.

113 b 25 *πρὸς ἄμφω ἀντιστρέφει.* Et propositio negans affirmantis et affirmans negantis consequens esse debet.

114 a 4 Praepositionem *ἐπί*, quam ex sequentibus adiectam receperunt editiones priores, delevimus, quum neque Boethius eam exhibeat.

Cap. 9. *Quod probatur de uno ex iis quae ab eodem verbo derivantur, id simul probatur de omnibus.* b 6 *Si quid praedicatur de alio, videndum est num etiam contrarium praedicetur de contrario.* 16 *Deinde e generatione et corruptione rei colligendum est, num ipsa sit bonum an malum.*

114 a 26 De *συστοίχοις* et de *πτώσεσι* diximus ad 16 b 1 et ad 79 b 6. — Vs. 29 Boethium et veterem interpretem secuti pro *ἢ* dedimus *καὶ τά*. — Vs. 30 recepimus *ἐκείνῳ* quod et codices optimi et Boeth. et vet. intp. praebent.

114 b 1 Recepimus *γίνεται* quod meliores codd. praebent omnes:

cf. 154 b 23 *ἀνεσκευασμένον γίνεται* et 155 a 9 *ἀνῃρημένος γίνεται.*

114 b 3 Dicturus *ῥηθήσεται δὲ τὸ δικαίως καὶ ἐπαινετῶς κατὰ τὴν αὐτὴν πτῶσιν, τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἐπαινετοῦ τὸ δ' ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης* orationem ita turbavit, ut aut verba *δικαίως καὶ* omittenda fuissent aut pro *καθάπερ τὸ δικαίως ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης* dicendum fuisset *καὶ ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης.*

114 b 11 *εἰ δὲ ταῦτα μή*, h. e. *εἰ δὲ τὸ ἀδίκως οὐκ ἀπείρως.* Fortasse enim erit (vs. 12) qui quod iniuste fiat non imperite, sed perite fieri dicat: quare etiam quod iuste fiat imperite fieri dicet (*οὐδ' ἐκεῖνα* vs. 11). — Vs. 13 *εἴρηται πρότερον*, v. 113 b 27.

Cap. 10. *Videndum est num similia de similibus et num quod de uno idem etiam de multis vere dicatur.* 37 *Alia argumenta petuntur a graduum comparatione*, 115 a 15 *a similitudine* (*ἀναλογίᾳ*) *vel a verisimilitudine.*

114 b 35 *εἰ οὖν ...*, h. e. *εἰ οὖν μὴ ἀληθὲς ἐπὶ πολλῶν, ὅτι τὸ ἐπίστασθαι διανοεῖσθαί ἐστιν, οὐδ' ἐφ' ἑνὸς ἀληθὲς ἔσται.* — Vs. 38 verba *καὶ ἧττον* quae addi solent ante *τόποι* ex Boethii, vet. intp. optimorumque codd. auctoritate omisimus.

115 a 2 Particulam *οὖν* quam omisimus neque Boeth. neque vet. intp. habet.

115 a 5 *τοῦτο*, intell. *τὸ εἰ ἀκολουθεῖ ἢ μὴ τῇ τοῦ ὑποκειμένου ἐπιδόσει ἡ τοῦ συμβεβηκότος ἐπίδοσις.*

Cap. 11. *Si quid rei adiicitur quod qualitatis vel mutationem vel accessionem efficit, id quod adiicitur eadem qualitate praeditum sit necesse est.* b 3 *Quale aliquid comparate dicitur, tale etiam simpliciter.* 11 *Quod quodammodo dici potest, id etiam simpliciter verum est.*

115 a 31 *ὁμοίως*, intell. *ὡς ἐπὶ τοῦ λευκοῦ καὶ ἀγαθοῦ ἐδείξαμεν.* Utilem autem dicit hunc locum non nisi in iis quorum qualitas augeri vel minui possit, quod non de eo loco quem exposuit vs. 29—31, sed de eo quem habuimus vs. 26—29, dictum esse per se intelligitur, quum, si haec de altero acciperentur, plane supervacanea essent. Quare etiam quae adduntur vs. 33 de loco priori intelligenda sunt, quod etiam ex exemplo (vs. 35) apparet. Nam si, ait, quod adiicitur

non bonum facit id cui adiicitur, id ipsum quod adiiciatur non bonum esse non necessario consequitur.

115 b 4 *τὸ γὰρ...* Nam nisi quid simpliciter sit bonum vel album, neque magis vel minus bonum vel album dici poterit.

115 b 7 *οὐκ ἀντιστρέφει...* Non vice versa colligere licet non simpliciter dici id cuius gradus neque augeatur neque minuatur; nam multa eorum quae gradum non admittunt (*τῶν οὐ λεγομένων μᾶλλον*) tamen simpliciter dicuntur.

115 b 13 *τὸ γὰρ...* Nam quum quod fieri omnino nequeat nullo modo fieri possit, id quod aliquo modo fieri possit, simpliciter fieri posse putamus.

115 b 16 Quae vulgo adduntur *οὐδεὶς γὰρ φύσει φρόνιμος*, quum explicationis gratia aliena manu adiecta videantur, vet. intp. cod. Goth. secuti, licet invito Boethio qui ea retinuit, omisimus. — Vs. 26 Boethius et vetus interpres vertunt: „erit bonum in Triballis", quod non fecissent, si habuissent *οὖσι Τριβάλλοις*. Accedit quod nostra lectio, quum negligentiam quandam in scribendo admissam prodat, Aristotelis stilo magis videtur convenire. — Vs. 33 lectionem *προσθείς* cur non receperit Bkkus non intelligo, quum vs. 30 praecesserit *μηδενὸς προστεθέντος ἐρεῖς*.

Lib. III. cap. 1. *Praeferendum esse aliud alii cognoscitur*, 13 *primum si alterum est stabilius et praefertur a viro sapiente.* 23 *Deinde species et genus accidenti praestant*, 29 *deinde quod per se eligitur ei quod propter aliud*, b 1 *quod per se causa est boni ei quod per accidens*, 8 *quod simpliciter bonum est ei quod non simpliciter*, 13 *quod rei praestantiori proprium est*, 22 *quod proposito fini propius et cuius finis melior*, 37 *denique quod per se spectatum pulchrius est et praestantius.*

116 a 20 *δεῖ δ' ἄγειν...* Haec enim communis artis dialecticae lex est, ut non tam argumentis veris quam iis utamur, per quae evincamus quod ad defendendum nobis proposuerimus.

116 a 23 *τὸ ὅπερ τόδε τι* genus et speciem rei significant, quippe quae accidente (*τοῦ μὴ ἐν γένει*) sint potiora et praestantiora, quum in ipsa rei natura sint posita.

116 b 24 *αἱρετώτερον μᾶλλον.* Similia habemus 1364 b 2 *καὶ τὸ φιλέταιρον εἶναι τοῦ φιλοχρήματον μᾶλλον κάλλιον, ὥστε καὶ φιλεταιρία φιλοχρηματίας.* 608 b 5 *τούτων δ' ἴχνη μὲν*

τῶν ἠθῶν ἐστὶν ἐν πᾶσιν ὡς εἰπεῖν, μᾶλλον δὲ φανερά ἐν τοῖς ἔχουσι μᾶλλον ἦθος καὶ μάλιστα ἐν ἀνθρώπῳ. 725 εὐεκτικοὶ γὰρ ὄντες καὶ γινόμενοι πολύσαρκοι ἢ πιό μᾶλλον ἧττον προΐενται σπέρμα. 876 a 20 μᾶλλον ὑπι κώτεροί εἰσιν οἱ νέοι τῶν πρεσβυτέρων. 955 b 7 οἱ τοιc (οἱ μικροκέφαλοι) μᾶλλον τῶν μεγαλοκεφάλων φρονιμώτ 907 a 35 διὰ τί δριμύτερον ὄζει μᾶλλον τῶν ἀρωμάτων τέφρας θυμιωμένων ἢ ἐπὶ τοῦ πυρός; 853 b 17 ἐὰν δὲ τὸν πέλεκύν τις πατάξῃ αὐτῷ, διασχίζει, ἔλαττον βάρος ἔ τος τοῦ τύπτοντος πολὺ μᾶλλον ἢ τοῦ ἐπικειμένου καὶ ζοῦντος. 347 b 7 ἐν δὲ τῷ Πόντῳ ὁ μὲν νότος οὐχ οὕτως εὐδίαν ὥστε γίγνεσθαι ἀτμίδα, ὁ δὲ βορέας διὰ τὴν ψυχρό ἀντιπεριιστὰς τὸ θερμὸν ἀθροίζει, ὥστε πλεῖον ἀτμίζειν λον. 684 a 25 εὐρυχωρέστερα γὰρ ὄντα καὶ μείζω χώραι τοῖς ᾠοῖς μᾶλλον. 957 b 8 ἧττον οὖν ὁρῶσιν ἀκριβέστ Alia ratio est eorum quae habemus 857 a 26 ὅταν γὰρ ἧ κρότερον (τὸ βάρος), τὰ ἄκρα σαλεύεται, ὥστε εἴη ἂν κα φέροντα χαλεπώτερον φέρειν μᾶλλον, h. e. ὥστε συμβαίν μᾶλλον αἱρεῖσθαι τὸν φέροντα καὶ χαλεπώτερον φέρειν β ἢ μακρότερον, οὗ τὰ ἄκρα σαλεύεται. Cui quidem loco dissimilis est alius Eth. Nic. 1120 a 17 καὶ ῥᾷον δὲ τ λαβεῖν τοῦ δοῦναι· τὸ γὰρ οἰκεῖον ἧττον προΐενται μᾶλ οὐ λαμβάνουσι τὸ ἀλλότριον: nam etiam in his in verbo λον latere videtur notio τοῦ βούλεσθαι vel τοῦ μᾶλλο ρεῖσθαι, quasi diceret Aristoteles τὸ γὰρ οἰκεῖον μᾶλλον λονται ἧττον προΐεσθαι, ut non probandum sit quod Z vocem μᾶλλον supervacaneam esse dixerit: auget enim eius quod pronuntiatur. Cf. 1405 b 20 διαφέρει δ' εἰπεῖν, ῥοδοδάκτυλος ἢ̀ως μᾶλλον ἢ φοινικοδάκτυλος, ἢ ἔτι φ τερον ἐρυθροδάκτυλος, ubi simplici μᾶλλον significatur τὸ τιον εἶναι. Item simplici μάλιστα significatur id quod est mum 1295 b 37 τὰς τοιαύτας ἐνδέχεται εὖ πολιτεύεσθαι πόλ αἷς δὴ πολὺ τὸ μέσον, καὶ κρεῖττον μάλιστα μὲν ἀμφοῖ δὲ μή, θατέρου μέρους. Quod 1453 a 16 comparativo a tur μᾶλλον, id facile excusatur eo quod vs. 13 prae μᾶλλον: nam hic locus similis est iis quos dedimus ad 1 sub fin.

116 b 27 A propositione universali ad exemplum quo illa stretur tam subito transit, ut, quamquam priori ora membro universalem enuntiationem expressit, tamen in ap

(vs. 30) relicta oratione universali exemplum exponat. Argumentatio qua utitur haec est. Si vita beata multo magis sanitate praestantior est quam sanitas eo quod sanitatem efficit, quum quanto vita beata praestantior sit sanitate, tanto etiam quod vitam beatam efficiat praestantius sit eo quod sanitatem, consequitur — *ἐκ τοῦ ἀνάλογον* vs. 27 (*A*: *B* = *C*: *D*, si *A* sit vita beata, *C* id quod eam facit, *B* sanitas, *D* quod eam facit), h. e. si in priori enuntiatione (in hypothesi) pro vita beata et sanitate (*A* et *B*) ea substituamus quae eandem rationem habeant (*C* et *D*) — id quod vitam beatam efficiat (*C*) multo magis esse praestantius eo quod sanitatem faciat (*D*) quam sanitatem ipsam (*B*) eo quod sanitatem faciat (*D*). Quum igitur terminus *C* longius superet terminum *D* quam terminus *B*, terminum *C* praestantiorem esse termino *B* consequitur.

Cap. 2. *Deinde de praestantia rerum iudicandum est ex consequentibus*, 16 *e numero bonorum*, 26 *e temporis opportunitate.* 35 *Deinde praestat quod omni tempore utile est*, b 3 *id cuius amissio fertur aegrius*, 10 *id quod bono propius est vel similius*, 28 *quod magis manifestum est, quod difficilius, quod incommodo liberius.* 33 *Quod simpliciter sumtum alteri praestat, id, etiam si quam optimum sit utrumque, praestat et vice versa*, 118 a 1 *quod cum amicis participare licet.* 6 *Quod abundat praestat ei quod necessarium est*, 16 *quod ab alio suppeditari non potest, quod alia re non adiecta praefertur, quod habere simulamus, id cuius defectus minus reprehenditur in homine misero, magis in felici.*

117 a 5 Dedimus *αὑτοῖς* quod Boeth. et vet. intp. habuerunt qui vertunt „sibimet ipsis": quare quod optimi codices praebent *αὐτοῖς* mutavimus in *αὑτοῖς*. Bkkus scripsit *ἀλλήλοις*, quod neque codicum neque intpp. auctoritate defenditur. — Item vs. 17 et 25 Boethii et vet. intp. lectionem exhibuimus cum optimis codicibus consentaneam.

117 a 21 *καὶ μὴ ἀγαθὰ μετ' ἀγαθῶν ἀγαθῶν πλειόνων οὐδὲν κωλύει εἶναι αἱρετώτερα.*

117 b 6 Lectio vulgaris *οὖ γὰρ* correctionis speciem habet, quum et praecesserit *ὧν* et sequatur: quare recepimus quod Boethius, vet. intp. et optt. codd. praebent. Etiam vs. 17 et 25 dedimus quod praebent Boethii versio et vet. intp.

118 a 6 τὰ ἐκ περιουσίας quae sint et exemplo adiecto et disertis verbis vs. 12 patefecit. Similiter τοῖς περιττοῖς (de quibus v. Biese II, 556, „die höheren geistigen Bestrebungen der Kunst u. Wissenschaft") opponuntur 1337 a 42 τὰ χρήσιμα πρὸς τὸν βίον et τὰ τείνοντα πρὸς ἀρετήν. 983 b 2 εἰ δὴ λέγουσί τι οἱ ποιηταὶ καὶ πέφυκε φθονεῖν τὸ θεῖον, ἐπὶ τούτου (ἐπὶ τῆς μάλιστα καὶ καθ' αὑτὸ ἐπιστήμης) συμβαίνειν μάλιστα εἰκὸς καὶ δυστυχεῖς εἶναι πάντας τοὺς περιττούς. Cf. 480 b 27 τῶν τε γὰρ ἰατρῶν ὅσοι κομψοὶ ἢ περίεργοι, λέγουσί τι περὶ φύσεως καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξιοῦσι λαμβάνειν. De coel. 290 b 14 τὸ φάναι γίνεσθαι φερομένων ἁρμονίαν... κομψῶς μὲν εἴρηται καὶ περιττῶς ὑπὸ τῶν εἰπόντων, οὐ μὴν οὕτως ἔχει τἀληθές. Opponitur τῷ ἀναγκαίῳ τὸ περιττὸν 531 a 9: τὰ δὲ καλούμενα τήθυα τούτων πάντων ἔχει τὴν φύσιν περιττοτάτην. κέκρυπται γὰρ αὐτῶν μόνων τὸ σῶμα ἐν τῷ ὀστράκῳ πᾶν. Neque ab hac vocis significatione alienum est quod habetur 622 b 6 ἔστι δὲ καὶ ὁ ναυτίλος πολύπους τῇ τε φύσει καὶ οἷς ποιεῖ περιττός. 532 b 18 ἔστι δ' ἕνια ζῷα περιττὰ καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ, ἃ διὰ τὸ σκάνια εἶναι οὐκ ἔστι θεῖναι εἰς γένος.

Cap. 3. *Deinde praeferendum est quod praeditum est maxima, quae eidem speciei propria est, virtute,* 29 *quod bonum reddit id cum quo coniunctum est.* 34 *Deinde ex alio casu vel ex effectu de praestantia iudicandum est,* b 1 *e diversa, quam ad aliud utrumque habet, ratione.* 4 *Deinde praestat id cuius excessus praefertur et quod nobis ipsis quam alii debere malumus.* 10 *Deinde ex adiectione et detractione iudicandum est.* 20 *Praestat quod per se eligitur ei quod ostentationis causa.* 27 *Deinde videndum est num pluribus modis conducat quod eligendum dicatur et propter quid eligatur.* 37 *Denique id quod appetitur praestat ei quod aeque appetitur ac fugitur.*

118 a 35 καὶ ταῦτα δὲ ἀπ' ἐκείνων. Quum aliam rem alii praestare dixerit, si idem verbum alio casu positum alteri praestet, vel si usus usui vel effectus effectui, etiam vice versa, ait, si alia res alii praestet, casum casui et effectum effectui et usum usui praestare consequitur.

118 b 2 ἢ εἰ..., h. e. ἢ εἰ θάτερον μεῖζόν ἐστιν ἀγαθὸν τούτου ὃ μεῖζόν ἐστι θατέρου, quod re idem est atque id quod modo dixit vs. 1, quamquam verbis differt.

118 b 4 *τὸ μᾶλλον αἱρετώτερον*, h. e. *τὸ μείζονι ἀγαθῷ ὑπερέχον τούτου οὗ ἄμφω ἐστὶν αἱρετώτερα.* Unde apparet vocis *μᾶλλον* quae comparativo adiecta est hic aliam esse rationem quam in iis exemplis quae dedimus ad 116 b 24.

118 b 8 Boethio et codd. invitis qui habent *ἕτερος* Bkki lectionem retinuimus, quum exemplo adiecto probabile fiat de fortuna Aristotelem cogitavisse: namque amicitiam aliorum non nobismet ipsis, sed fortunae debere nolumus, opes fortunae debere non ignominiosum existimamus.

118 b 12 *τὸ κοινόν*, intell. *τοῦτο ᾧ προστίθεται ἄμφω.* Non locum habet, ait, quod diximus (e duobus id esse praestantius, quod, si utrumque cum alia re coniungatur, hanc praestantiorem reddat, quam si alterum cum ea coniunctum esset), si id, quocum utrumque coniungitur, altero ita uti potest, ut ipsum melius fiat, altero vero non potest. — Vs. 14 punctum posuimus ante *οἷον*, ne quis exemplum quod adiicitur ad exceptionem pertinere putet: nam non quae proxime antecedunt, sed quae dixit vs. 10 exemplo illustrantur. — Vs. 15 ut legatur *συνδυαζόμενος* quod Bkkus dedit sensus postulat, nisi forte pro eo quod codd. praebent *συνδυαζόμενον* scribendum est *συνδυαζομένων*, coll. iis quae diximus ad 19 b 37. — Quae leguntur vs. 21 sq. ea Buhlius „aperte corrupta" dixit, quamquam et sana sunt et ad intelligendum facillima.

118 b 30 *τῶν δ' αὐτῶν* (intell. *τῶν πρὸς ἃ χρήσιμά ἐστιν*) *ἀμφοτέροις ὑπαρχόντων*, h. e. *ἀμφοτέρων δὲ πρὸς ταὐτὰ ὄντων χρησίμων.*

118 b 35 Quamquam Boethius, vet. intp. et optt. codd. lectionem *ἀρετῶν* praebent, tamen Bkkum secuti dedimus *αἱρετῶν*, quod sensus requirit. Absurdum enim esset, si diceretur: „Magis fugiendum est quod virtutem magis impedit, sicut morbus et voluptatem et virtutem magis impedit quam deformitas". Deinde etiam ex iis quae praecesserunt apparet legendum esse *αἱρετῶν*: nam quum dixerit *τὸ τοῦ βελτίονος ἕνεκεν αἱρετώτερον*, vice versa dicendum est *τὸ μᾶλλον τοῦ βελτίονος ἐμποδιστικὸν φευκτότερον*: virtus autem exemplo est, quo utraque sententia illustratur.

Cap. 4. Si comparatio tollitur in iis quae adhuc exposuimus, per eosdem locos aliquid eligendum vel fugiendum esse demonstratur.

119a6 ὅσα τοιαύτην... quaecunque gradum admittunt, qui et augeri possit et minui. Idem quod hoc loco iam habuimus 115b3. — Quae sequuntur ἐπ' ἐνίων γὰρ... aliquid reticuisse Aristotelem produnt; nam his verbis non exprimi causam eorum quae proxime antecesserunt facile intelligitur: quare oratio sic supplenda videtur: οὐκ ἐπὶ πάντων δ' ἔχει οὕτως· ἐπ' ἐνίων γὰρ..., h. e. quamquam non omnia quae eligenda vel fugienda sunt ita comparata esse debent, ut gradum admittant qui augeri possit et minui; sunt enim quae eligenda esse statim apparet, si inter se conferantur, ut, si hoc colligere velimus, non opus sit eo argumento quod modo habuimus (vs. 4), quo a comparativo gradu ad positivum progredimur. Simile est quod habemus 122b39, ubi ante ἀεὶ γὰρ... mente intelligendum est τοῦτο δὲ ψεῦδος· ἀεὶ γὰρ...

Cap. 5. Quidam loci ex iis quos habuimus etiam magis universales faciendi sunt.

Ut propositiones universales quae subsequuntur facilius intelligantur, adscribamus eos locos, unde nati sunt ii quos hic tradit: cf. igitur 116b10 ad vs. 16, 118a29 ad vs. 17 — verba ἢ ᾧ ἂν ὑπάρχῃ uncinis inclusimus; nam quid sit τὸ ἔχον tam clarum est, ut tali interpretatione non indigeat. Accedit quod et in codd. et in versione Boethii et vet. intp. abest particula ἤ, unde verba ᾧ ἂν ὑπάρχῃ in margine prius adscripta postea adiecta ista particula in contextum migravisse probabile fit — 118b1 ad vs. 20. Ei loco quem habemus vs. 21 nullus est similis eorum qui praecesserunt: nam si eum transferas ad τὸ αἱρετόν, sic se habebit: εἰ τὸ μὲν αἱρετοῦ αἱρετώτερον, τὸ δὲ μὴ αἱρετοῦ αἱρετώτερον, καὶ ἐκεῖνο τούτου ἔσται αἱρετώτερον. Deinde cf. 118b10 et 16 ad vs. 23 sq., 118b27 ad vs. 26.

Cap. 6. Eosdem locos quos lib. II. et III. exposuit etiam in problemata particularia quadrare et qui maxime iis accommodandi sint et quomodo, ostendit. 120b6 *Propositio indefinita non nisi uno modo redarguitur, duobus probatur,* 20 *definita particularis duobus modis vel etiam pluribus refellitur.* 32 *Alii quidam loci qui utiles sint iis qui de problemate particulari disputent.*

119 b 18 *εἴ τι τῶν ἐκ θατέρου γένους μᾶλλον τῶν ἐκ θατέρου ἐστὶ τοιοῦτο, ἐκείνων δὲ μηδέν ἐστιν, οὐδ' ἂν τὸ εἰρημένον εἴη τοιοῦτον.*

119 b 38 *οὐχ ὑπάρχει τινί*, h. e. *τινὶ οὐχ ὑπάρχει*, sicut habuimus a 36 *οὐδὲ τινὶ* pro *καὶ τινὶ οὔ*: cf. quae diximus ad 24 a 19.

120 a 3 *ὁ ὑποτιθέμενος*, h. e. *ὁ ἀξιώσας τὴν ὑπόθεσιν* (v. 119 b 35) *καὶ διὰ ταύτης περαίνων*, de quo quidem usu v. quae diximus ad 72 a 15.

120 a 6 Etiam in sequentibus de particulari problemate solo agitur: nam indefinita propositio idem valet quod particularis (17 b 36).

120 a 27 *θέσιν ἐπὶ πλεῖον διορισθεῖσαν* eam dicit, in qua notio eius quod orationi subiectum est etiam accuratius et arctius circumscribitur quam in iis propositionibus quas habuimus vs. 22 et 24.

120 a 32 Loci qui sequuntur satis ostendunt quam verum sit quod diximus ad 113 a 20 sub fin. Nam quae hic de propositionibus particularibus dicuntur, eadem iam continentur iis quae habuimus de universalibus 109 b 13. Cum 120 b 1 cf. 111 b 5. Deinde notandum est, quod etiam id ipsum quod dicit vs. 32 eo contineri videtur quod habetur vs. 34, nisi verba *ἐν οἷς ὑπάρχειν* vs. 33 ita accipienda dicas, ut non significent alterum inesse in altero, sicut species in genere insit, sed *ὡς ἐν ὑποκειμένῳ θατέρῳ* (cf. 1 a 24), quamquam de iis quae sint in alio *ὡς ἐν ὑποκειμένῳ* nihil dixit libro II. 109 b 13 sqq., ad quem locum Aristotelem respicere apparet adiectis verbis *καθάπερ ἐν τοῖς καθόλου προβλήμασιν.* At verum discrimen in eo est, quod *τὰ καθ' ἕκαστα* vs. 32 sunt res singulae quae sub sensus cadunt, *τὰ ἄτομα* vero vs. 35 intelligenda sunt *τὰ ἄτομα εἴδει*, quae etiam 109 b 16 et 21 simpliciter dicuntur *ἄτομα.*

120 a 35 *ἄν τε γὰρ...* Namque, ait, qui propositionem particularem refellere velit, universalem quae ei repugnet inductione facta probare debet, ita ut multis prolatis quae cum ea consentanea sint propositionem universalem ipsam, quam efficere velit, ab adversario sibi dari aut cur non concedenda sit, exponi postulet. — Lectionem *καθάπερ εἴρηται πρότερον* et codices praebent et Boethius et vet. intp., qui vertunt: „sicut prius dictum est". — Vs. 38 *ἔτι ἐφ' ὧν...*, h. e. *ἔτι ἐφ' ὧν ἔστι διελεῖν τὸ συμβεβηκὸς εἰς τὰ ἄτομα ἢ*

εἶδει ἢ ἀριθμῷ, ἐπὶ τούτων διαιρετέον καὶ σκεπτέον εἰ μηδὲν τούτων ὑπάρχει ᾧ εἴρηται ὑπάρχειν.

Lib. IV. cap. **1.** *Generis loco usurpatur quod revera non est genus, si non praedicatur de omnibus quae in eadem specie sunt cum eo de quo praedicatur,* **21** *vel si non coniunctum est cum natura eorum quae ei subiecta dicuntur,* **30** *vel si accidentis definitio generi convenit;* **36** *deinde si eadem divisio non simul complectitur genus et speciem,* **121 a 10** *si definitio eius quod in genere inest (speciem intell.) de genere praedicatur,* **20** *si de quo species praedicatur, de eo non praedicatur genus,* **27** *si quod genere continetur nulli speciei subiectum est,* **b 1** *si quod generi subiectum est genere ipso latius patet aut ambitum aequalem habet,* **5** *si quae in eadem specie non in genere insunt.*

120 b 13 *στοιχεῖα*, de quibus v. quae diximus ad **14 a 39** et ad **84 b 21** coll. Top. I. c. 6 init., schol. nostra ad **121 b 11**.

120 b 14 *αὐτῶν δὲ τούτων*, h. e. *τῶν πρὸς τὸ γένος καὶ τὸ ἴδιον*, quod non adiicerem, nisi Alexandrum etiam de definitione haec dicta putavisse viderem.

120 b 16 *τῷ λεχθέντι*, h. e. *οὗ ἀποδέδοται τὸ γένος*. — Vs. **17** *καθάπερ ἐπὶ τοῦ συμβεβηκότος*. Nam quod accidens est, id non simul de omnibus quae eidem generi subiecta sunt, praedicari debet.

120 b 26 Aliud argumentum affert cur *τὸ κινούμενον* non sit genus animae: alterum enim, ait, in alia categoria inest quam alterum; quod quidem argumentum copiosius exponitur vs. **36**.

121 a 13 cf. **3 a 38 — b 9** coll. **121 b 12** et **122 b 9**.

121 a 29 Quod nulla specie continetur, id neque genere continetur, exceptis iis quae species sunt proximae generis: nam primae species, in quas genus dividitur, solae ex omnibus alii speciei non subiectae in genere insunt.

121 a 36 Quae uncinis inclusimus explicationis gratia in margine adiecta postea in contextum ipsum videntur transposita esse. Bkkus particula *οὐδὲ* deleta dedit *τὸ τῆς* pro *τῶν τῆς* ex coniectura, quod audacius factum est. Accedit quod lectio Bkki hac difficultate laborat, quod, quum motus non una sit species, sed plures, ut sensus exiret quem ille voluit, dicendum erat *τῶν ὑπ' εἰδός τι τῆς κινήσεως ὄντων* vel *τῶν ὑπὸ τὰ εἴδη τὰ τῆς κινήσεως ὄντων*. Quare haec omnia,

quae et Alexandrum (v. schol. 278 b 43) et Boethium sic legisse constat ut nos uncinis circumscripta exhibuimus, aliena manu adiecta videntur, praesertim quum etiam Alexander haec ἐκ παραλλήλου dicta esse putaverit cum iis quae proxime antecesserint. Boethius: „neque individuorum neque eorum quicquam quae sub specie motus sunt", vet. intp. Goth.: „neque individuorum aliquid quae sub specie motus sunt".

121 b 2 οἷον, intell. εἰ τὸ ὂν ἔφησε γένος τοῦ δοξαστοῦ.

121 b 9 Coniicio legendum esse ὑπ' ἄλληλα sicut vs. 35, 107 a 19, 29 al.: recte enim Pacius vertit: „si primum et principium alterum sub altero positum sit", quamquam retinuit lectionem vulgarem.

Cap. **2.** *Deinde videndum est num etiam aliud sit eiusdem rei genus.* 122 a 3 *Investigandum in quo genere genus ipsum insit*, 31 *num cum quorum natura coniuncta sit notio speciei, cum eorundem natura etiam generis notio sit coniuncta*, b 7 *num generis definitio praedicetur de specie et de iis quae speciei subiecta sint*, 12 *num differentia pro genere sumta sit*, 18 *vel pro specie;* 25 *num quod genus perhibeatur speciei,* 37 *vel quod differentia sit speciei, vel quod genus sit differentiae subiectum esse dicatur vel genus differentiae loco positum sit;* 123 a 11 *num nulla generis differentia de specie praedicetur vel species natura prior sit genere, vel genus aut differentia non necessario cum specie coniuncta sit.*

121 b 34 Etiam si concedatur duo interdum esse eiusdem rei genera, tamen aut alterum alteri subiectum sit aut utrumque eodem genere contineatur necesse est. Quare quamquam interdum quidem concedere debeamus adversario duo esse genera rei de qua agatur (quippe quod nihil absurdi habeat), tamen videndum erit num neque alterum in altero neque utrumque in eodem genere insit: quorum neutrum si locum habere probaverimus, simul genus rei quod posuit adversarius, non recte constitutum esse demonstratum erit.

121 b 36 τῶν ἀναγκαίων. Sic dicit 1371 a 35 τὸ εὖ ποιεῖν καὶ τὸ εὖ πάσχειν τῶν ἡδέων. 1294 a 1 δοκεῖ δ' εἶναι τῶν ἀδυνάτων τὸ μὴ εὐνομεῖσθαι τὴν ἀριστοκρατουμένην πόλιν. 242 b 32 τούτων δ' ἑκάτερον τῶν ἀδυνάτων. 1287 b 22 περὶ ὧν γὰρ βουλεύονται νομοθετῆσαι τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. Plenius dicit 1291 b 9 μὴ γὰρ ἓν τῶν ἀδυνάτων ᾖ πόλιν ἄξιον

εἶναι καλεῖν τὴν φύσει δούλην. Item 1332 b 32, 1340 b 24, 406 a 2, de coel. 271 b 4 ἕν τι τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. Eundem genitivi usum habemus 1372 b 37 οἱ τοιοῦτοι γὰρ οὔτε προαιροῦνται, φοβούμενοι τοὺς κριτάς, οὔτε δύνανται πείθειν· ὧν οἱ μισούμενοι καὶ φθονούμενοί εἰσιν. 929 a 28 ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐν τοῖς ἀλφίτοις ἐξατμίζεται τοῦ ὕδατος. 955 b 27 αἱ δὲ ἄλλαι ἐπιστῆμαι καὶ τέχναι τῶν ὑφ' ἡμῶν ποιητῶν εἰσίν, ὁ δὲ νοῦς τῶν φύσει. 223 b 13 ἐπεὶ δ' ἐστὶ φορὰ καὶ ταύτης ἡ κύκλῳ... 1290 b 14 ὀλίγοι ὄντες πολλῶν. Eadem genitivi ratio est 114 b 18 et 176 b 4, quam per ellipsin explicandam esse quum ex iis patet quae modo adscripsimus tum maxime ex iis quae legimus 389 b 24 ἐπεὶ δὲ περὶ τούτων διώρισται, καθ' ἕκαστον λέγωμεν τί σὰρξ ἢ ὀστοῦν ἢ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοιομερῶν (intell. ὁτιοῦν). 1386 a 2 καὶ ὅλως δὴ (πάντας οἰήσεται ἀξίους εἶναι κακοῦ) ὅταν ἔχῃ οὕτως ὥστ' ἀναμνησθῆναι τοιαῦτα συμβεβηκότα ἢ αὑτῷ ἢ τῶν αὑτοῦ, ἢ ἐλπίσαι γενέσθαι ἢ αὑτῷ ἢ τῶν αὑτοῦ (intell. τινί, quod in simili constructione adiectum est 1385 b 18. 1297 b 31 δημοκρατία τε γὰρ οὐ μία τὸν ἀριθμόν ἐστι, καὶ τῶν ἄλλων (intell. πολιτειῶν ἑκάστη) ὁμοίως. Cf. 669 a 10, ubi ad genitivum τῶν πεζῶν repetendum est ἕνια ex eo quod praecessit πολλὰ τῶν ζῴων: sequitur enim vs. 12 τῶν ἐν τῷ ὑγρῷ ἕνια). Substantivum quod praecessit repetendum est ad genitivum explicandum 491 a 2: ἔχει δὲ ῥαφὰς τῶν μὲν γυναικῶν (intell. τὸ κράνιον) μίαν κύκλῳ, τῶν δ' ἀνδρῶν τρεῖς εἰς ἓν συναπτούσας. Similiter explicandum est quod legitur 134 b 24. Alia ratio genitivi est 383 a 6 ὅσα μὲν οὖν ἐστὶν ὕδατος, οὐ πήγνυται ὑπὸ πυρός. 384 a 1 οὐ μόνον διότι γλίσχρον, ἀλλὰ καὶ διότι ἀέρος ἐστίν. Ib. 8 ὥστε ὅσοις λείπεταί τι, τοῦτο γῆς. 385 b 6 μαλακτὰ δ' ἐστὶ τῶν πεπηγότων ὅσα μὴ ἐξ ὕδατος, οἷον κρύσταλλος (πᾶς γὰρ κρύσταλλος ὕδατος), ἀλλ' ὅσα γῆς μᾶλλον. 435 a 25 καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ὀστοῖς καὶ ταῖς θριξὶ καὶ τοῖς τοιούτοις μορίοις οὐκ αἰσθανόμεθα, ὅτι γῆς ἐστίν. Quibus quidem exemplis haud dissimile esse videtur quod habetur 963 b 29 διότι λεπτῶν πόρων εἰσὶν (οἱ ὀδόντες), ἐν οἷς μικρὸν τὸ θερμόν.

122 a 15 et 18 ἄν περ κατηγορῆται addidit, quia ultimae species (τὰ ἄτομα εἴδει) non praedicantur de prioribus: quare si speciei, cuius genus quaeritur, aliae species subiectae sunt, non omnes species quae ex eadem divisione natae sunt (ἐκ

τῆς αὐτῆς συστοιχίας) de illa praedicari poterunt, sed non nisi eae quibus ipsa subiecta est.

122 a 19 δι' ἐπαγωγῆς λητέον. Nam inductione facta in arte dialectica probanda sunt omnia, quorum vera demonstratio certis scientiae principiis nixa, quum subtiliorem quandam et reconditiorem doctrinam requirat, a disserendi arte aliena esse debet.

122 a 20 οὐκ ἀπόχρη... Nam etiam si summum genus de specie, de cuius genere proximo dubitatur, praedicatur, non consequitur genus proximum recte constitutum esse, quum omnia, in quae prima summum genus dividatur, de iis praedicentur, de quibus summum genus ipsum. Sit summum genus *A*, quod dividatur in genera proxima *B*, *B'*, *B''*... Iam si *A* praedicatur de specie *C*, incertum manet utrum *B* an *B'* an *B''* praedicetur de *C*.

122 b 28 cf. quae diximus ad 4 b 20. — Vs. 33 omisimus cum editionibus plerisque et Boethio verba ἡ φορά, quippe quae facile intelligantur. Vet. intp. transposita habet, adiecit enim vs. sq. post λέγεται.

123 a 8 οὕτω δ' ἀποδοθέντος, intell. ὡς εἴπομεν ἐν τοῖς πρότερον inde a vs. 37.

Cap. **3.** *Genus non recte constitutum est, si quod generi subiectum est vel contrarium participat vel quodcunque cum genere ipso coniunctum esse non potest,* 27 *si species et genus non eodem sensu dicuntur,* 30 *si generis una sola est species,* 33 *si genus non sensu proprio accipitur.* b 1 *Pluribus modis idem probari potest, si quid speciei contrarium est.* 124 a 1 *Genus recte constitutum esse, si quid speciei contrarium est, tribus modis probatur.* 10 *Ex iis quae ab eodem verbo derivantur argumenta petuntur et ad probandum et ad redarguendum utilia.*

123 a 27 Videndum est num genus voce ambigua exprimatur, ut, quum praedicetur de specie, non eo semper sensu accipi debeat, quo quod in speciei natura positum sit declaretur: nam genus non solum de nomine speciei, sed de specie ipsa praedicari et cum eius natura coniunctum esse debet (v. quae diximus ad 1 a 1 et 6). — Vs. 28 τοῖς εἰρημένοις v. lib. I. c. 15.

123 b 20 τῶν μὲν... Lucem affert huic loco quod habuimus

12 a 22, unde patet ὡς ὑποκείμενον ἀνὰ μέσον hic dici id, quod duabus rebus contrariis ita interiectum sit, ut res quaedam esse videatur quae per se sola constet διὰ τὸ εὔπορον εἶναι ἑνὶ ὀνόματι αὐτὸ ἀποδοῦναι.

123 b 24 εἰ τὸ ἐναντίον, intell. τῷ εἴδει, nam de hoc solo hic agitur.

123 b 32 recepimus lectionem quam Boethius, vet. intp. et edd. prr. habent; altera enim correctionis speciem habet quae facta videtur, ut verba ἀρετὴ κακίᾳ καὶ δικαιοσύνη ἀδικίᾳ iis similiora essent quae praecesserunt. — Vs. 35 πᾶσα ante γὰρ ex contextu eiecimus, quum et sensum turbet (nam quod de omnibus valet, idem de singulis non praedicari numquam poterit, ut, si omnis valetudo morbo esset contraria, item etiam singulae singulis contrariae esse deberent) et in versione Boethii et vet. intp. desit et in edd. prr. Adiectum autem videtur ab iis qui priorem enuntiationis partem alteri respondere vellent πᾶσα ὑγίεια — τὶς νόσος, quamquam apparet in verbis ἁπλῶς πᾶσα aut pleonasmum quendam inesse aut (quum e. g. νόσος ἁπλῶς non significet coniunctas morbi species omnes, sed universalem generis „morbi" notionem quae per se spectetur) repugnantiam.

Cap. 4. *Alia argumenta petuntur ex similitudine.* 35 *Quomodo de genere disputandum sit exponitur, si id quod speciei opponatur vel privatio sit vel* (b 7) *quod repugnet vel* (15) *relatione exprimatur; namque si species refertur ad aliud, item etiam genus.* 23 *Species, genus et reliqua genera in quibus insunt referri debent ad idem.* 35 *Eodem casu proferri debet id ad quod referuntur.* 125 a 5 *Etiam si convertuntur, casus idem manere debet.* 14 *Quot modis species refertur ad aliud, totidem etiam genus et vice versa.* 25 *Genus eius quod refertur ad aliud oppositum esse debet generi eius ad quod refertur.* 33 *Denique si genus et species ad aliquid relata dicuntur, eandem rationem habere debent ad ea quibus inhaerent.*

124 a 35 Si speciei opponitur privatio, genus non recte constitutum esse primum colligitur, si etiam privatio speciei in eodem genere inest, in quo species ipsa: nam species et privatio aut nullum genus commune habent aut certe genera proxima (quae hic appellat ἔσχατα, quippe quae quam proxime accedant ad τὰ καθ' ἕκαστα), quibus continentur, di-

versa sunt; deinde, ubi et generi et speciei privatio opponitur, si speciei privatio ad generis privationem non eandem rationem habet quam species ad genus.

124 b 7 *ἀνάπαλιν* v. 113 b 16.

124 b 10 recepimus lectionem difficiliorem codicum et vet. intp. lat. auctoritatem secuti, quamquam Boethio invito. Quae quomodo explicanda sit dubium esse non potest coll. iis quae diximus ad 47 b 26. Namque alterum *γὰρ* post *ἀδύνατον* non causam indicat, sed explicandi vim habet (nämlich), nisi quis ante *ἀδύνατον γάρ* mente intelligendum putet *τοῦτο δ' οὐκ ἐνδέχεται. ἀδύνατον γὰρ* ... coll. iis quae diximus ad 119 a 6.

124 b 24 *κατὰ τὸ γένος*, quatenus genus de specie praedicatur et cum eius natura necessario coniunctum est.

125 a 6 *ἀντιστρέφει*. De conversione *τῶν πρός τι* cf. 6 b 27. Notandum est quod *τὸ ὁμοίως ἀντιστρέφειν κατὰ τὰς πτώσεις* non significat cum eodem semper casu coniunctum esse debere id quod convertatur (*ἐπιστήμη*) atque id cum quo convertatur (*τὸ ἐπιστητόν*), quod non semper verum esse dixit 6 b 33, sed speciem conversam cum eodem semper casu coniungi debere cum quo genus conversum coniungatur, quod patefecit exemplo *ἐπιστήμης* et *ὑπολήψεως*.

125 a 25 Quod 124 b 1 de *ἕξει* et *στερήσει* habuimus, idem etiam dicendum est de iis quae sunt *πρός τι*.

125 a 38 *οἷον ἐνδέχεται ἐπιστήμην εἶναι ἐν ἐπιστητῷ, εἰ ἐπιστητὸν ἡ ψυχή*. Nam sic haec intelligenda esse aperte docent quae leguntur b 4: quare reiicienda est lectio quam vertunt Boeth. et vet. intp., qui pro *ἡ ψυχή* vs. 39 habuerunt *ἐν ψυχῇ*.

125 a 40 *οὐκ ἀναγκαῖον δ' ἐν ἐπιστητῷ εἶναι τὴν ἐπιστήμην· δυνατὸν γὰρ καὶ ἐν ἄλλῳ ἢ ἐν ἐπιστητῷ* (h. e. *ἐν οὐκ ἐπιστητῷ*, in animo qui cognitionem sui habeat nullam) *τὴν ἐπιστήμην ὑπάρχειν*. Apparet inde non probandum esse quod coniecit Alexander schol. 281 b 22.

125 b 5 Quum tres fecerit ordines *τῶν πρός τι*, considerandum dicit, si de genere disputetur, num genus et species non eidem ordini adnumerandae sint, sed diversam habeant rationem ad ea quibus inhaereant (*ἐάν τις θῇ τὸ τοιοῦτον εἰς τὸ μὴ τοιοῦτον*). — Articuli *τὸ* post *εἰς* adiecti eadem fere ratio est quam habemus 189 b 23, quem locum adscripsimus ad 10 b 10 coll. iis quae diximus ad 3 a 21 sub fin.

125 b 11 *οὐδὲν γὰρ διαφέρει*, intell. *πρὸς τὸ ἀνασκευάζειν* gumentatio eadem manet, sive genus sive accidens d est alterum alterius.

Cap. 5. *Deinde peccant in genere constituendo qu habitu actum* (20) *vel facultatem sumunt* (28) *vel pro g quod quomodocunque speciei sit consequens.* 126 a 3 *Gen species in eodem inesse vel fieri debent.* 17 *Species genus ticipare debet simpliciter, non quodammodo.* 26 *Peccan pro genere speciei partem sumunt,* 30 *qui quod malum* (b *quod per se bonum est in facultate ponunt,* 7 *qui uni g subiiciunt quod in pluribus est,* 13 *qui differentiam ge loco et genus differentiae loco collocant,* 34 *qui id quod citur affectionis genus faciunt.*

125 b 32 *τῇ ὀργῇ ἕπεται πρότερον ἡ λύπη*, v. 117 a 11. Q irae natura non exprimitur (*ἁπλῶς*) doloris notione, sicu nere speciei natura definiri debet. Nam quamquam eun irascatur dolore antea affectum esse sequitur, ut dol irae causa, tamen dolor non est genus irae, quia genus, q quam speciei semper est consequens, tamen ex ea elici, ut ex effectu causa unde fluxit effectus, nunquam po nam generis et speciei alia utique est ratio quam caus effectus. — Vs. 35 dedimus *ταὐτὰ* pro *ταῦτα*, quae sa in codd. confusa sunt (cf. quae diximus ad 16 a 6 sub nam *ταὐτὰ* sensui magis convenire videtur, quum exem de quo dicturus est iam commemoraverit vs. 29, ut nihil adiiciat (quod si fieret, alteram lectionem praeferendam tarem), sed id exponat quod ab initio indicavit, cuius e ratio est atque eius exempli quod modo expositum est.

125 b 37 *οὐ γὰρ ἐνδέχεται ἔτι διαμένειν τὶ τὸ αὐτό, ἂν πε τοῦ εἴδους μεταβάλῃ εἰς τὴν ἀντίφασιν, οἷον πίστις εἰς στίαν, ὥστ' οὐχ ἡ αὐτὴ ὑπόληψις ὅτε μὲν πίστις ἔσται ὁ μή.* Desideramus in his quod alias admirari solemus Ar telis ingenii acumen. Namque saepissime fit, ut idem g contrarias species complectatur (cf. 123 b 3 sq.): videntur tur et *πίστις* et *ἀπιστία* species *ὑπολήψεως* esse posse. *γὰρ μὴ ἀριθμῷ ταὐτὸ ὂν ἀλλὰ γένει ἐκ τοῦ εἴδους μετ λεῖ εἰς τὸ κατ' ἀντίφασιν ἀντικείμενον, ὥστ' ἡ αὐτὴ τῷ νει οὖσα ὑπόληψις ὅτε μὲν πίστις ἔσται ὅτε δ' ἀπιστία.*

125 b 40 Negligentius dixit *τὸν ὑπολαμβάνοντα καὶ πιστε*

quum ei qui evincere velit ὑπόληψιν fidei genus esse, dicendum sit ἐξ ἀνάγκης τὸν πιστεύοντα καὶ ὑπολαμβάνειν.

126 a 21 μετέχεται. Sic 129 a 14 sq. προστάττεται.

126 a 32 Veram lectionem quam Boethius, vet. intp. et optt. codices praebent restituimus. Verbum κλέπτειν deleverunt, opinor, qui definitionem κλέπτου hic proponi putarent, quippe in qua eadem voce uti non liceret. At primum quidem verbum κλέπτειν hoc loco ita accipi posset, ut non esset furari, sed dolo uti vel clam aliquid agere, ut verba τὸν δυνάμενον . . . κλέπτειν et ad sophistam et ad calumniatorem et ad furem pertinerent, aut, etiam si de fure solo dicta essent, certe non offenderet, quod de calumniatore et sophista nihil adiectum esset, quum uno exemplo res satis illustraretur. Deinde vero hic non id agit Aristoteles, ut furis definitionem det, sed ut exemplo proposito doceat quomodo fiat, ut facultas interdum pro mali genere habeatur: quare quod dicit est hoc: οἷον κλέπτην τίθησι οὐ τὸν κλέπτοντα ἀλλὰ τὸν δυνάμενον κλέπτειν. Unde apparet definitionem furis hic non proponi, ut nulla causa sit, ob quam verbum κλέπτειν non ferendum sit. Nostram lectionem etiam Alexander habuit (schol. 282 a 17).

126 b 20 Dedimus γένη quod et codd. et Boethius et vet. intp. habent.

126 b 24 παρέσται τῇ θαυμασιότητι ἡ ὑπερβολή, ὥστε καὶ ἡ ἔκπληξις. — Quod vs. 29 addunt codd. *ABCc*, quum in Boethii versione desit, Bkkum secuti omisimus.

127 a 3 Boethius et vet. intp.: „rursus si passionem cuius est passio, illius genus dicit", quam lectionem probarem, nisi et codicum auctoritas et exempla quae sequuntur adversarentur. Locus quem hic habemus verbis differt ab eo qui proxime antecessit, re idem est.

127 a 6 ὥστ' οὐχ, ὡς τὸ γένος τοῦ εἴδους, ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται ὁ ἀὴρ τοῦ πνεύματος. De hac demonstratione idem dicendum est quod observavimus ad 125 b 37: quod Aristoteles, licet non perspexit, tamen videtur sensisse, quum adiecerit ea quae legimus vs. 9.

127 a 10 τὸ τοιοῦτον, h. e. τὸ τοῦ πάθους εἶναι γένος τὸ πεπονθός. — Vs. 11 verba καθ' ὧν...γένος explicationis gratia addita sunt: οὔτι κατὰ πάντων ἤγουν οὐκ ἀποδεκτέον κατὰ τούτων καθ' ὧν μὴ ἀληθεύεται τὸ ἀποδοθὲν γένος.

Cap. 6. *Videndum est num ei quod genus perhil species subiectae sint nullae*, 26 *num quod omnium sit quens pro genere vel differentia sumtum sit*, b1 *num ge specie inhaereat*, 5 *num ei non synonymum sit*, 8 *num s melior non in meliore genere insit*, 18 *num, si genus g admittat, item etiam species*, 26 *num quod maiore vel iure genus dicatur non sit genus.* 37 *Quod vs.* 18 *hab non nisi ad redarguendum utile est, id vero quod vs.* 26 *ad constituendum.* 128 a 13 *Genus constituendum est id plures species complectitur cum quarum natura coniu est.* 20 *Quomodo genus a differentia distinguendum sit.* 3(*ligendum est e nomine et ex iis quae ab eo derivantur pro genere sumendum sit.* 38 *Denique videndum num al alterius sit consequens, ita ut non convertantur.*

127 a 28 Si quis τὸ ὄν pro genere sumsit, omnia huic g subiecta sint necesse est: nam τὸ ὄν praedicatur de om Quare quum τὸ ὄν latissime pateat et omnia complec sicut genus species et individua, etiam τὸ ἓν species es bebit τοῦ ὄντος. Quod si conceditur, de iisdem et ge speciem praedicari consequitur (de omnibus enim et et τὸ ἕν), ut alterum altero non latius pateat, quod a dum est.

127 b 18 Alterum orationis membrum, quod promittit par μέν, priore repetito sequitur vs. 37. Cf. quae collegim 61 a 19.

128 a 31 Lectionem quam Bkkus exhibuit, quum codicum a ritate destituta sit, reiecimus, quamvis speciosa sit coniec nostram Boethius et Alex. (schol. 283 b 8) videntur hab Eandem edd. prr. et plurimi codd. praebent. Vox τι adiecta videtur in codd. *BC* propter ea quae sequuntu στήμη τις. Ne quis verba male coniungat, minus acc haec ab Aristotele expressa esse monemus: nam quae ticula καὶ minus arcte coniunxit revera ita connexa sun alterum alterius rationem reddat: nam collatis iis quae xime sequuntur apparet dicendum fuisse ἐπεὶ δὲ δοκεῖ, μουσικόν, ἢ μουσικόν, ἐπιστῆμόν ἐστι, καὶ ἡ μουσικὴ στήμη τις εἶναι...

128 a 35 οἷον εἰ βούλει κατασκευάσαι τὴν ἐπιστήμην ὄπε στιν εἶναι σκοπεῖν δεῖ...

Lib. V. cap. 1. *Quod proprium est aut per se et semper aut ad aliquid relatum et aliquando proprium dicitur.* 22 *Quod refertur ad aliud duobus vel quattuor modis impugnari potest.* 34 *De discrimine eius quod per se et quod relatum ad aliud, eius quod semper et quod aliquando proprium dicitur.* 129 a 6 *Quod refertur ad aliud, id aut semper aut plerumque proprium est.* 17 *Disputantibus maxime est quaestio de eo quod per se proprium est et quod semper et quod refertur ad aliud.*

128 b 27 Nostram lectionem Boethius, vet. intp. et edd. prr. habent omnes, ut quod Bkkus dedit *κινοῖ τὸ* mendum esse videatur, coll. 134 a 7, 13, 16. — Quod dedimus vs. 33 *κείμενον*, id sensus postulare videbatur: nam *τὸ κείμενον* est *τὸ τεθέν, ἡ θέσις, τὸ ἀποδοθὲν ἴδιον*. Boethius vertit: „quod propositum est", vet. intp.: „quod positum est".

129 a 22 Ad verba *πρὸς πολλὰ* mente intelligendum esset *τοὺς λόγους ποιοῦντα* s. *τῶν λόγων γινομένων* (hoc enim vel aliud quid huiusmodi elici posset ex iis quae antecesserunt *οἱ λόγοι γίνονται πρὸς ταῦτα*), si Aristotelem ipsum hoc in mente habuisse verisimile esset. Nam *πρὸς πολλὰ* est „multarum rerum ratione habita, in vieler Beziehung, aus vielen Gesichtspunkten", coll. iis quae diximus ad 50 a 11. — Docet autem hic cur in sequentibus agatur de eo quod per se et semper proprium sit praetermisso eo quod aliquando proprium sit et quod relatum ad aliud, quippe quorum alterum (vs. 28) non sit argumentum artis dialecticae proprium (*λογικόν*), alterum vero (vs. 32) numerandum sit in accidentibus. — Vs. 28 delevimus verba *οὐκ ἐν ἄλλοις ἢ* quae neque Boethius habuit qui vertit: „quod vero aliquando ad aliud quod nunc dicitur tempus consideramus", neque vet. intp. cod. Goth. qui habet: „quod vero quando ad id quod nunc dicitur tempus tempus (sic) consideramus", neque intp. anonymus videtur legisse, cuius verba dedit Brandis schol. 283 b 46.

Cap. 2. *Proprietas rei, nisi et quid sit et* (13) *quo iure de ea praedicetur re ipsa sit manifestius, male constituta est.* 22 *Iisdem argumentis utendum est, ut proprietatem recte constitutam esse doceatur.* 30 *Deinde videndum est num quid ambigui habeat quod rei proprietatem exprimat,* 130 a 15 *num ambiguum sit id cuius proprietas constituatur,* 29 *num idem plus semel dictum sit,* b 11 *num in proprietate aliquid insit*

quod commune sit omnibus, 23 *num plura quae rei propria sint comprehendantur.*

129 b 1 *πρῶτον μὲν* ... cf. 132 a 22—24.

129 b 3 Magentenus (v. schol. nostra I. p. 72) habuit lectionem codicis *B γνωριμώτερον*. Interpretationem autem quam ille proponit falsam esse facile intelligitur: nam sententia haec est: *ἔστιν ἓν μὲν τοῦ μὲν μὴ καλῶς εἰ μὴ διὰ γνωριμωτέρων, τοῦ δὲ καλῶς, εἰ διὰ γνωριμωτέρων.* Ei vero quod incepit per *ἓν μὲν* ... respondet quod sequitur vs. 13 *τὸ δ'* ...

129 b 15 Veram lectionem solus habet cod. *q*: hanc enim et Boethius et vet. intp. praebet, qui vertunt: „sed huic inesse notius esse", et sensus requirit. Nam quod Aristoteles dicit est hoc. Non solum quae sit rei proprietas quae constituta est, sed etiam de re ipsa eam praedicari s. cum re ipsa eam coniunctam esse clarius nobis esse debet et certius quam quid sit res cuius proprietas constituitur. Quem sensum tolerabilem habeat Bkki lectio equidem non intelligo. Quod editiones priores exhibent idem exprimit quod nostra lectio, sed aliis verbis: namque habent *ἀλλὰ καὶ τῷδ' ὑπάρχειν γνωριμώτερον εἶναι.* — De collocatione verborum *ὁ μὴ γὰρ* cf. 167 b 16 et quae habuimus ad 4 b 22.

129 b 17 *ὁποτέρου τούτων συμβάντος*, h. e. *τοῦ εἰ μὴ γνωριμώτερόν ἐστι τοῦ πράγματος ἢ τοῦ εἰ μὴ γνωριμώτερόν ἐστιν ὅτι αὐτῷ ὑπάρχει.* Alterius rei exemplum dedit vs. 9, alterius exemplum sequitur vs. 18.

129 b 24 *τῶν γὰρ* ... Explicat cur in antecedentibus adiecerit *κατὰ τοῦτο.* Cf. quae dixit Alexander in schol. 287 a 7 coll. ib. vs. 34, ubi pro verbis *οὐ γὰρ* ... *ἴδιον* legenda sunt verba quae habemus vs. 24 *ἔσται γὰρ καλῶς* ... *ἴδιον*; nam de his Alexandrum loqui apparet.

130 a 7 *ὅταν ἐπὶ* ... si, qui redarguat vocem ambiguam, qua rei proprietas exprimatur, eo sensu eam accipiat, qui a re de qua agatur alienus sit.

130 a 27 Bkkus cum edd. prr. dedit *κατὰ τοῦ*, nos cum Boethio et vet. intp. *κατὰ τοῦτο*, quae quidem lectio, quum conveniat loquendi usui qui et in antecedentibus et in sequentibus locis exponendis observatus est, a nobis praelata est. Altera lectio, quamquam ferri potest, improbanda videtur maxime propterea, quod in rebus similibus eandem dicendi formulam ab Aristotele diligenter servari videmus.

130 a 38 *δεύτερον δ'...* Deinde si quis non aperte quidem bis posuerit eandem vocem, sed proprietatem rei ita constituerit, ut definita una vel altera notione qua usus sit idem vocabulum non iterari non possit.

130 b 9 dedimus *πλεονάκις* ex optt. codd., quod Boethius et vet. intp. et hic et a 29 vertunt „frequenter".

130 b 20 Quod Alexander (schol. 284 b 1) reprehendit facile excusatur eo, quod Aristoteles addidit *κατὰ τοῦτο*, h. e. *κατὰ τὸ χωρίζειν ἀπό τινων* (cf. enim 132 a 15, ubi redarguitur quod hic probatur), ut appareat non animam animalis propriam dici simpliciter, sed non nisi *καθὸ τὸ ψυχὴν ἔχειν οὐ πᾶσι κοινόν ἐστιν, ὥσπερ τὸ ἓν καὶ τὸ ὄν.*

Cap. 3. *Deinde videndum est num eo quod rei proprium dicatur res ipsa contineatur cuius proprietas constituitur,* 131 a 12 *vel num pro proprio sumtum sit id quod rei oppositum vel quodcunque re ipsa sit obscurius aut certe non clarius,* 21 *deinde num id quod aliquando cum re non coniunctum sit,* b 5 *num non indicaverit adversarius se non quod semper, sed quod nunc proprium sit constituisse,* 19 *num quod pro proprio sumtum sit non nisi sensu cognoscatur,* 31 *num quod proprii loco ponatur definitio rei sit,* 132 a 10 *vel in eius natura non necessario positum.*

131 a 2 *τι τῶν αὐτοῦ* non dicit id quod in alia re inhaeret, *τὸ ἐν ὑποκειμένῳ*, sed quod alii subiectum est sicut species generi: nam vs. 5 *τινὶ τῶν τούτου* est *ζῴῳ τινί, ἀνθρώπῳ.* Deinde de ea ratione quae inter speciem et genus intercedat sermonem esse maxime ex exemplo apparet quod vs. 8 apponitur: nam et corpus et anima eo sensu *τὶ τῶν ζῴου* dici posset, ut animalis essent partes. Quare verba *τὸ δέ τι τῶν αὐτοῦ ὕστερον* sic interpretari licebit: quodcunque vero rei, cuius proprietas constituitur, ita subiectum est, ut eandem rationem habeat ad illam quam species ad genus, quo continetur, posterius est, h. e. *ὕστερον τῷ λόγῳ* s. *καθ' αὑτό. τὸ γὰρ γένος τοῦ εἴδους φύσει πρότερον καὶ γνωριμώτερον. ἐκείνου γὰρ ἀναιρεθέντος τοῦτο συναναιρεῖται, θατέρου δ' ἀναιρεθέντος θάτερον οὐκέτι.* Cf. quae diximus de voce *πρότερον* ad 14 a 26 et ad 71 b 16.

131 a 28 Duos locos qui distingui debebant hic confudisse videtur Aristoteles: nam non idem est num pro proprio sumtum

sit τὸ μὴ ἀεὶ παρεπόμενον (id quod aliquando omnino non praedicetur de eo cuius proprietas constituatur) an τὸ γινόμενόν ποτε μὴ ἴδιον (id quod aliquando non sit proprium eius cuius proprium esse dicatur, quamquam semper de eo praedicari possit). In iis autem quae sequuntur vs. 29 (οὔτε γὰρ...) non nisi de eo quod μὴ ἀεὶ παρέπεται cogitavisse videtur Aristoteles: quare etiam vs. 34 non dixit εἴπερ τοιοῦτόν ἐστιν οἷόν ποτὲ μὴ ἴδιον γίνεσθαι, sed εἴπερ τοιοῦτόν ἐστιν οἷον ἀπολείπειν, h. e. οἷόν ποτε μὴ παρέπεσθαι, quamquam exemplum quod adiicitur vs. 35 non nisi de eo Aristotelem dicturum fuisse docet ὃ ποτε οὐ γίνεται ἴδιον (nam quae legimus vs. 36 accuratius expressisset, si dixisset ὃ γίνεταί ποτε μὴ ἴδιον, sicut vs. 28). Quod quam verum sit etiam ea comprobant quae leguntur vs. 38, ubi proprium ita constituendum esse dicit, ut sumatur τὸ ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ ὂν ἴδιον, h. e. id quod rei proprietatem ita exprimat, ut temporis rationem omnino non admittat. Accedit quod b 5 de tempore praesente dicitur quod hic de tempore universo profertur.

131 b 22 ἔξω γινόμενον τῆς αἰσθήσεως. Quomodo haec intelligenda sint exemplum docet vs. 29. Apparet autem haud multum differre hunc locum ab eo, quo quod proprium sit ita constituendum esse dixit, ut non alio tempore aliter se habeat: nam quae sensibus subiecta sunt tempore interiecto mutantur, ut temporis notio ab iis separari nequeat.

131 b 24 ἔσται δ' ἀληθὲς τὸ ἀφανὲς εἶναι εἰ ἔτι ὑπάρχει ἐπὶ τῶν μὴ ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ παρακολουθούντων αἰσθητῶν ὄντων. Quod dicit iis explicatur quae habemus vs. 32. Namque, ait, non recte constituitur rei proprietas, si pro proprio sumitur id quod non nisi sensu cognosci potest neque necessario et semper cum re coniunctum est, cuius proprium esse dicitur.

Cap. 4. *Non est proprium quod pro proprio sumtum est, si non ad singula convenit omnia quorum proprietas constituenda erat,* b 8 *si de quibus nomen rei praedicatur, de iisdem proprietas definita non praedicatur et vice versa,* 19 *si eius quod inhaeret in alio proprium dicitur id in quo inhaeret,* 35 *si pro proprio sumitur id quod res participat ut differentiam,* 133 a 12 *vel quodcunque natura prius est vel posterius re ipsa;* 24 *si eorum quae eadem sunt, quatenus sunt eadem, non*

eadem est proprietas, 35 *si eorum quae eidem speciei subiecta sunt non idem specie est proprium,* b 15 *si quod rei subiectae sit proprium, id coniunctae cum accidente non sit proprium et vice versa.*

132 a 23 Quum exposuerit unde cognoscatur, num rei proprietas bene expressa sit, iam eos locos traditurus est, ex quibus diiudicetur, num quod proprium dicatur omnino sit proprium an non sit: namque, ait, ii loci, ex quibus appareat num proprietas bene constituta sit, continentur iis qui docent unde cognoscatur, num quod pro proprio sumtum sit revera sit proprium: nam quod revera proprium est, id ab omni parte bene constitutum esse consequitur: quare si quid ex iis locis, quos iam expositurus est Aristoteles, vel probatur vel redarguitur, et num quod proprium dicatur revera sit proprium et num recte expressum sit simul intelligitur.

132 a 28 *οἷον*, quod Bkkus uncinis circumscripsit, coll. iis quae diximus ad 1 b 18 et ad 4 b 23 offensionem non habet.

132 a 29 *κατὰ τοῦτο*, intell. *καθ' ὃ τοιοῦτόν ἐστιν οὗ ἀπεδόθη τὸ ἴδιον.* Et hoc et quae sequuntur facile intelliguntur exempli quod b 1 proponitur ratione habita: namque si hominis exemplo utimur, id quod dicit vs. 29 est hoc: *ἢ εἰ τὸ ἀποδεδομένον μή ἐστιν ἴδιον ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ ἄνθρωπον εἶναι.*

132 a 36 Adiecimus particulam *μή*, quam optt. codd. habent, licet invito Boethio et vet. intp., quum eadem addita sit b 15, 30, 133 a 7, 19, 30, b 7; sensus enim hic est: „Erit enim proprium id quod proprium esse negat adversarius". Nam sicut vs. 31 ita etiam hic *τὸ κείμενον* dixit id quod posuit adversarius, cuius thesin impugnamus sive *ἀνασκευάζοντες*, si ille affirmet, sive *κατασκευάζοντες*, si propositionem negantem defendat.

132 b 3 *ἔστι δ' ὁ τόπος*... Quaeritur enim in exemplo quod habuimus vs. 1, num de quo nomen hominis, de eodem etiam praedicetur proprietatis definitio, quae quod hominis proprium sit ita constituat, ut sit animal scientiae capax. Tenendum est autem et hic et in sequentibus *τοὔνομα* semper id intelligi cuius proprietas constituatur, *τοὔνομα τὸ οὗ ἀποδίδοται τὸ ἴδιον*, *τὸν λόγον* vero id quod illius proprietatem declaret, *τὸν λόγον τὸν λέγοντα τὸ ἴδιον.*

132 b 8 Si res cuius proprietas exponitur et proprietas ipsa non

sit τὸ μὴ ἀεὶ παρεπόμενον (id quod aliquando omnino non praedicetur de eo cuius proprietas constituatur) an τὸ γινόμενόν ποτε μὴ ἴδιον (id quod aliquando non sit proprium eius cuius proprium esse dicatur, quamquam semper de eo praedicari possit). In iis autem quae sequuntur vs. 29 (οὔτε γὰρ...) non nisi de eo quod μὴ ἀεὶ παρέπεται cogitavisse videtur Aristoteles: quare etiam vs. 34 non dixit εἴπερ τοιοῦτόν ἐστιν οἷόν ποτὲ μὴ ἴδιον γίνεσθαι, sed εἴπερ τοιοῦτόν ἐστιν οἷον ἀπολείπειν, h. e. οἷόν ποτε μὴ παρέπεσθαι, quamquam exemplum quod adiicitur vs. 35 non nisi de eo Aristotelem dicturum fuisse docet ὃ ποτε οὐ γίνεται ἴδιον (nam quae legimus vs. 36 accuratius expressisset, si dixisset ὃ γίνεταί ποτε μὴ ἴδιον, sicut vs. 28). Quod quam verum sit etiam ea comprobant quae leguntur vs. 38, ubi proprium ita constituendum esse dicit, ut sumatur τὸ ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ ὂν ἴδιον, h. e. id quod rei proprietatem ita exprimat, ut temporis rationem omnino non admittat. Accedit quod b 5 de tempore praesente dicitur quod hic de tempore universo profertur.

131 b 22 ἔξω γινόμενον τῆς αἰσθήσεως. Quomodo haec intelligenda sint exemplum docet vs. 29. Apparet autem haud multum differre hunc locum ab eo, quo quod proprium sit ita constituendum esse dixit, ut non alio tempore aliter se habeat: nam quae sensibus subiecta sunt tempore interiecto mutantur, ut temporis notio ab iis separari nequeat.

131 b 24 ἔσται δ' ἀληθὲς τὸ ἀφανὲς εἶναι εἰ ἔτι ὑπάρχει ἐπὶ τῶν μὴ ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ παρακολουθούντων αἰσθητῶν ὄντων. Quod dicit iis explicatur quae habemus vs. 32. Namque, ait, non recte constituitur rei proprietas, si pro proprio sumitur id quod non nisi sensu cognosci potest neque necessario et semper cum re coniunctum est, cuius proprium esse dicitur.

Cap. 4. *Non est proprium quod pro proprio sumtum est, si non ad singula convenit omnia quorum proprietas constituenda erat,* b 8 *si de quibus nomen rei praedicatur, de iisdem proprietas definita non praedicatur et vice versa,* 19 *si eius quod inhaeret in alio proprium dicitur id in quo inhaeret,* 35 *si pro proprio sumitur id quod res participat ut differentiam,* 133 a 12 *vel quodcunque natura prius est vel posterius re ipsa;* 24 *si eorum quae eadem sunt, quatenus sunt eadem, non*

eadem est proprietas, 35 *si eorum quae eidem speciei subiecta sunt non idem specie est proprium,* b 15 *si quod rei subiectae sit proprium, id coniunctae cum accidente non sit proprium et vice versa.*

132 a 23 Quum exposuerit unde cognoscatur, num rei proprietas bene expressa sit, iam eos locos traditurus est, ex quibus diiudicetur, num quod proprium dicatur omnino sit proprium an non sit: namque, ait, ii loci, ex quibus appareat num proprietas bene constituta sit, continentur iis qui docent unde cognoscatur, num quod pro proprio sumtum sit revera sit proprium: nam quod revera proprium est, id ab omni parte bene constitutum esse consequitur: quare si quid ex iis locis, quos iam expositurus est Aristoteles, vel probatur vel redarguitur, et num quod proprium dicatur revera sit proprium et num recte expressum sit simul intelligitur.

132 a 28 *οἷον,* quod Bkkus uncinis circumscripsit, coll. iis quae diximus ad 1 b 18 et ad 4 b 23 offensionem non habet.

132 a 29 *κατὰ τοῦτο,* intell. *καθ' ὃ τοιοῦτόν ἐστιν οὗ ἀπεδόθη τὸ ἴδιον.* Et hoc et quae sequuntur facile intelliguntur exempli quod b 1 proponitur ratione habita: namque si hominis exemplo utimur, id quod dicit vs. 29 est hoc: *ἢ εἰ τὸ ἀποδεδομένον μή ἐστιν ἴδιον ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ ἄνθρωπον εἶναι.*

132 a 36 Adiecimus particulam *μή,* quam optt. codd. habent, licet invito Boethio et vet. intp., quum eadem addita sit b 15, 30, 133 a 7, 19, 30, b 7; sensus enim hic est: „Erit enim proprium id quod proprium esse negat adversarius". Nam sicut vs. 31 ita etiam hic *τὸ κείμενον* dixit id quod posuit adversarius, cuius thesin impugnamus sive *ἀνασκευάζοντες,* si ille affirmet, sive *κατασκευάζοντες,* si propositionem negantem defendat.

132 b 3 *ἔστι δ' ὁ τόπος...* Quaeritur enim in exemplo quod habuimus vs. 1, num de quo nomen hominis, de eodem etiam praedicetur proprietatis definitio, quae quod hominis proprium sit ita constituat, ut sit animal scientiae capax. Tenendum est autem et hic et in sequentibus *τοὔνομα* semper id intelligi cuius proprietas constituatur, *τοὔνομα τὸ οὗ ἀποδίδοται τὸ ἴδιον, τὸν λόγον* vero id quod illius proprietatem declaret, *τὸν λόγον τὸν λέγοντα τὸ ἴδιον.*

132 b 8 Si res cuius proprietas exponitur et proprietas ipsa non

praedicantur de iisdem, ut inter se commutari non possint, proprietas non recte constituta est. Exempla loci praecedentis quae modo exposuimus etiam huic loco conveniunt, quum alter ab altero non re, sed verbis differat.

132 b 22 *τοῦ κατηγορουμένου* negligentius dixit, quum optime ipse exposuerit (1 a 20) quid intersit inter id quod dicatur *καθ' ὑποκειμένου* et *ἐν ὑποκειμένῳ*. — Vs. 32 cur adiectum sit *τῷ εἴδει* ex iis intelligimus quae habentur 134 a 31.

132 b 33 Verba *ὡς τὸ ἴδιον κατηγορεῖται* aut ita explicari possunt ut fecit Alexander (schol. 285 a 21) — quod si admittitur, nihil his verbis exprimitur quam quod per se intelligitur ex iis quae proxime antecedunt — aut ita, ut Aristotelis animo iam obversata esse putemus ea quae sequuntur, ut verba *ὡς τὸ ἴδιον κατηγορεῖται* significent *οὐ κατὰ μέθεξιν*, ut dicit vs. 35, h. e. *οὐχ ὡς γένος ἢ ὡς διαφορὰ ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν τὸ τί ἦν εἶναι δηλοῦν*, vel quod dicit 133 a 21 *οὔτε διαφορὰ ὂν οὔθ' ὅρος*: nam genus et differentia, quibus ipsa rei natura definitur, rei proprietatem non exprimunt. Nobis quidem haec interpretatio praestare videtur ei quam dedit Alexander, quamquam res difficilis est ad diiudicandum, quum Aristoteles ipse nihil addiderit quod nos doceat quomodo haec accipienda sint.

133 a 12 Coll. exemplo quod sequitur et iis quae habentur vs. 18 apparet Aristoteli dicendum fuisse *εἰ ἐνδέχεται μὴ ἅμα ὑπάρχειν* pro *εἰ μὴ ἐνδ. ἅμα ὑπ.*: nam *τῷ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν* repugnat *τὸ μὴ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν*, h. e. *τὸ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν ἢ μὴ ὑπάρχειν*: cf. 21 b 23 — 26. — Vs. 13 *ἢ οὗ τοὔνομα*, h. e. *ἢ τοῦτο καθ' οὗ τοὔνομα ἀληθεύεται*, quam id cuius proprietas constituitur.

133 b 5 Quod Bkkus dedit facilius quidem est ad intelligendum quam quod nos exhibuimus, sed et a codd. et ab intpp. alienum. Boethius vertit: „quatenus utrique eorum ut animal est accidit", vet. intp. cod. Goth.: „in eo quod animal est utrumque eorum secundum quod accidit", ut quid habuerint non satis certum sit. Nostrae lectionis, quam etiam Alexander habuit (schol. 285 a 46 sqq.), sensus hic est: *ἢ τὸ συμβεβηκέναι ἑκάτερον* (*τὸ κινεῖσθαι καὶ ἑστάναι ὑφ' αὑτοῦ* intell.) *ἑκατέρῳ αὐτῶν ἐστὶ συμβεβηκέναι ἢ ζῴῳ*, quatenus utrumque de utroque, quatenus animal est, praedicatur. Equidem haud scio an ex codd. restituendum sit *ἑκάτερον* pro

ἑκατέρῳ, quum his verbis explicetur, cur τὸ κινεῖσθαι et τὸ ἑστάναι ὑφ' αὑτοῦ specie non differant. At quum ἑκάτερον, etsi non expressum, mente certe cogitandum sit, et quum locus difficilis etiam difficilior fiat ad intelligendum, si ἑκατέρῳ mutetur in ἑκάτερον (excusatur enim dativus ζῴῳ altero dativo sequente), Alexandri auctoritatem, qua commendatur lectio ἑκατέρῳ, deserere noluimus.

133 b 10 Ne iungas ὡς ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος: nam sensus est: ἢ τὰ μὲν (ἄνθρωπος καὶ ὄρνις intell.) ὡς εἴδη ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος ἐστί, τὰ δ' ὡς διαφοραὶ τοῦ ζῴου (τὸ πεζὸν δίπουν καὶ τὸ πτηνὸν δίπουν intell.).

133 b 12 Quamquam enim homo et equus in eadem specie sunt (uterque enim animal est), tamen proprietates non eadem specie continentur: nam τὸ πεζὸν δίπουν hominis proprietatem exprimit, sed quod in eadem specie est τὸ πεζὸν τετράπουν equi proprietatem non exprimit: nam praeter equum multae aliae sunt quadrupedes.

133 b 15 Quum aliquid idem esse vel diversum ab aliqua re non eodem semper sensu accipiatur, qui argutiis uti velit omnia fere redarguere poterit quae pro propriis sumantur. Namque quod adversarius proprium esse dixit, negabit dicens fieri non posse, ut diversarum rerum eadem sit proprietas, hominem vero et hominem album non idem esse, ut necesse sit aliam esse hominis, aliam hominis albi proprietatem, quam adversarius candem sumserit. Item (vs. 25) sophistice refellit quod recte constitutum est proprium qui eius quod dicatur κατὰ τὴν ἕξιν aliam proprietatem esse debere contendit quam ἕξεως ipsius: nam revera utriusque proprietas eadem est, quod in seqq. docetur inde a vs. 26.

133 b 31 Si quis vero probare velit hominis et hominis albi eandem esse proprietatem, dicendum est non simpliciter et reapse alterum ab altero diversum esse, sed non nisi quodammodo, ut eadem eorum proprietas esse et possit et debeat.

133 b 36 Si quis neget quod demonstravimus vs. 26—30 dicens μὴ εἶναι τῆς ἐπιστήμης ἴδιον τὸ ἀμετάπειστον ὑπὸ λόγου propterea, quod ἕξις et id quod κατὰ τὴν ἕξιν dicatur non eadem sint, ut peccet qui eandem eorum proprietatem constituat, quum ipse argutetur, sophistico argumento eum redarguere licebit, ita ut dicamus profecto non eandem utriusque constitutam esse proprietatem, quia ὁ ἐπιστήμων (ὁ κατὰ τὴν

ἕξιν λεγόμενος) dicatur ὁ ἀμετάπειστος, ἡ ἐπιστήμη vero (ἡ ἕξις) dicatur ἡ ἀμετάπειστος.

Cap. 5. Videndum est num pro eo quod semper proprium sit sumtum sit id quod cum rei natura coniunctum sit, 18 *num id cuius proprietas constituatur de alio primo praedicetur vel aliud de ipso primo (nam quod de altero, idem etiam de altero praedicari debebit)*, 26 *num satis accurate definitum sit, quomodo et cuius rei proprietas sumatur*, 135 a 9 *num res ipsa pro ipsius proprietate habita sit*, 20 *num in iis quae ex similibus partibus constent vel partis vel totius proprietas constituta sit.*

134 a 18 Proprietatem rei recte constitutam esse redarguitur, si id cuius proprietas declaratur de alio primo praedicatur: de utroque enim praedicabitur quod pro proprio sumtum est, ut proprium alterius simul esse non possit. Sic corpus dicitur album ὡς κατ' ἄλλο τι πρῶτον, κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν· ταύτῃ γὰρ πρώτως ὑπάρχει τὸ κεχρῶσθαι (v. quae diximus ad 16 a 6). ἡ δ' ἐπιφάνεια λέγεται κεχρῶσθαι ὡς πρῶτον αὐτό. Quae ita se habent ut corpus et superficies, eorum proprietatem constituere difficillimum est, quoniam quod de corpore (τῷ κατ' ἄλλο), id etiam de superficie (τῷ πρώτῳ s. τῷ καθ' ὃ λέγεται θάτερον) praedicatur, ut non verum sit proprietatem (quam dicit τὸν λόγον vs. 25) de eodem praedicari, de quo etiam rem (τοὔνομα) cuius proprietas constituatur: nam τὸ κεχρῶσθαι et τὸ ἐπιφάνειαν εἶναι, quum alterum etiam de corpore praedicetur, de quo alterum non praedicatur, non de eodem utique praedicantur. Cf. quae diximus ad 132 b 8. Aliud exemplum habemus vs. 32—34.

134 a 35 οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἢ..., h. e. οὐδένα γὰρ ἄλλον τρόπον ἀλλ' ἢ... Similia v. ad 52 a 29, 43 b 22. — τῷ ἔχειν, h. e. τῷ ἔχειν ἐπιστήμην s. τὸν ὀρθὸν λόγον.

134 b 2 καθάπερ ζῴου τὸ αἰσθάνεσθαι. τὰ ζῷα γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα μετέχει τοῦ γένους, τὸ δὲ γένος, τὸ ζῷον, μετέχεται· ὥσπερ οὖν τῶν καθ' ἕκαστα ζῴων ἴδιόν ἐστι τὸ ζῆν τῷ μετέχειν τοῦ γένους (ἢ γὰρ ζῷόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ζῇ), οὕτως καὶ ζῴου (τοῦ γένους) ἔσται ἴδιον τὸ αἰσθάνεσθαι τῷ μετέχεσθαι (ἢ γὰρ μετέχεται τὸ γένος αἰσθάνεται τὸ ζῷον).

134 b 8 οὐκ ἔσται..., h. e. ὅτι τὸ νῦν ὑπάρχον ἴδιόν ποτ' οὐκ ἔσται τοιοῦτον οἷον ὑπάρχειν ἐκείνῳ. Sententia haec est

Qui simpliciter proprium ponit quod non nisi nunc proprium est in eo peccat, quod pro proprio sumit id quod aliquando non erit tale, ut rei conveniat cuius proprietas declaranda est. Quamquam invito Boethio qui vertit: „quale nunc inest id (illud legendum opinor)", et vet. intp. cod. Goth. qui habet: „quale nunc est id", dedimus lectionem difficiliorem quam optimi codices praebent. Nam facilior lectio alienae correctionis speciem habet.

134 b 11 Qui non indicavit, ait, num id quod proprium dicat *ὡς πρῶτον ἢ ὡς κατ' ἄλλο* sit proprium, eo peccavit, quod proprietas et res cuius proprietatem constituit non convertentur inter se. Namque quum color superficiei sit proprium *ὡς πρῶτον*, corporis vero *ὡς κατ' ἄλλο*, si color proprietatem alicuius rei exprimere dicatur, incertum est num de superficie an de corpore sermo sit, ut, etiam si proprietatem recte constituimus (*εἴπερ καὶ ὁ λόγος ἀληθεύεται*), tamen nomen rei ipsius falsum esse possit. Corporis enim proprietas constituta erit ubi superficiei proprietatem exprimere debebamus et vice versa.

134 b 14 *οὐκ ἔσται ἴδιον*. Nam eadem esset (quod apparet ex exemplo vs. 17) duarum rerum proprietas. Nam (vs. 15) si quis constitueret quod proprium esset ei quod haberetur, simul etiam habenti proprium esset, et si constitueret quod habenti proprium esset; simul etiam ei quod haberetur proprium esset, quae quomodo distinguenda sint ostendit a 34 sqq.

134 b 19 *ἐὰν μὲν γὰρ τῷ μετέχεσθαι ἀποδῷ, οὐ μόνον τῷ μετεχομένῳ* (*τῷ ζῴῳ, τῷ γένει* vs. 2) *ὑπάρξει, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετέχουσιν, ἐὰν δὲ τῷ μετέχειν ἅμα τοῖς μετέχουσι καὶ τοῖς μετεχομένοις*.

134 b 30 Si species, cuius proprietas constituta est, alias species complectitur quae inter se differunt, proprietas quam diximus, quum omnibus convenire debeat, alii speciei magis, alii minus erit propria, quod absurdum est (vs. 34), nisi forte singulae species ita comparatae sint, ut et ipsae et proprietas gradum admittant simulque augeantur et minuantur gradus utriusque, velut si lux, flamma, pruna eo magis habeant ignis (*τοῦ ὀνόματος*) naturam, quo magis de iis praedicetur id quod ignis proprium sit (*ὁ λόγος*) — *τὸ λεπτομερέστατον* intell. Si vero singulae species ipsae gradum non admittunt, fieri non potest, quin simul augeatur id quod rei proprie-

tatem exprimat (ὁ λόγος) et res cuius proprietas constituatur (τοὔνομα).

135 a 2 τοῦ τε ἁπλῶς — τοῦ πυρός — καὶ τοῦ μάλιστα ὄντος τοιούτου — τοῦ φωτός. Nam utriusque proprium erat τὸ λεπτομερέστατον. Cf. 146 a 16.

135 a 6 Sin autem ipse proprietatem sic constitueris, non pati debes, ut adversarius talem obiectionem tibi faciat.

135 b 4 eiecimus articulum τῆς et vs. 5 particulam καί. Quod Aristoteles dicit est hoc. Rei quae ex similibus partibus composita est recte constituitur proprietas, si quod eius proprium dicitur praedicatur de quaque parte et proprium est singularum partium, quatenus ex his totum aliquid componitur. Quare recte constituit terrae proprietatem qui natura eam deorsum ferri dicit. Nam et omnis terra (h. e. unaquaeque terrae pars, πᾶσα γῆ, non πᾶσα ἡ γῆ, tota terra) natura deorsum fertur et cuiusque terrae proprium est, ut deorsum feratur, quatenus (κατὰ τὴν γῆν) quodcunque totum ex terra componitur natura deorsum fertur. Apparet ex hac interpretatione explicationis gratia addita esse quae in codd. *Bq* et *Duf* vs. 5 adiecta sunt. Simul intelligitur omittendam esse particulam καί, quia quae leguntur vs. 4 sq. ἐκ παραλλήλου dicta sunt iis quae particulis μὲν et δὲ distincta habuimus vs. 1 sq.

Cap. 6. Deinde videndum est, num oppositorum oppositae constitutae sint proprietates: contrariorum contrariae, 17 *relatorum relatae,* 27 *privationum privatione expressae;* 136 a 5 *num repugnantia eiusdem rei dicta sint propria,* 14 *num repugnantium non repugnantes constitutae sint proprietates,* 29 *num repugnantium eadem prolata sit proprietas,* b 3 *num eorum quae ex eadem divisione nata sint proprietates ita declaratae sint, ut non eundem divisionis ordinem teneant.*

135 b 18 eiecimus particulam γάρ, quum in iisdem codd. desit quos vs. 24 secuti sumus, quamquam et in sequentibus et in antecedentibus particulam γὰρ in simili constructione adiectam videmus, unde facilius eam addi quam omitti potuisse apparet. Accedit quod edd. prr. pleraeque eam omiserunt. — Quod recepimus vs. 24 deesse non posse ex exemplo intelligitur quod sequitur. Patet enim non τὰ δύο et τὸ ἓν propria hic dici τοῦ διπλασίου et τοῦ ἡμίσεος, sed τὸ

ὡς δύο πρὸς ἓν et *τὸ ὡς ἓν πρὸς δύο*, quod qui non viderent alterum membrum quod supervacaneum putarent omiserunt. Editiones omnes Isingriniana et Paciana exceptis omiserunt verba *τὰ δὲ δύο πρὸς ἕν*. Recte Buhlius veram lectionem reduxit. Nam quod Aristoteles dicit hoc est: *ἐπεὶ λέγεται τὸ μὲν διπλάσιον πρὸς τὸ ἥμισυ, ὁ δὲ λόγος τῶν δυεῖν πρὸς ἓν πρὸς τὸν λόγον τοῦ ἑνὸς πρὸς δύο* (coll. vs. 19 sq.), *ἔστι δὲ τοῦ διπλασίου ἴδιον τὸ ὡς δύο πρὸς ἕν, εἴη ἄν...* Accedit quod duo et unum non sunt notiones relatae, sicut duplex et simplex, nam quod unum est etiam non relatum ad duo cogitari potest (cf. schol. 286 a 16): quare insulsum esset, si Aristoteles diceret *τὰ δύο πρὸς ἓν λέγεσθαι*. Imo dicit *τὸ ὡς δύο πρὸς ἓν λέγεσθαι πρὸς τὸ ὡς ἓν πρὸς δύο*. Nam ratio unius ad duo cogitari nequit, nisi quatenus refertur ad rationem duorum ad unum.

136 a 4 *πεφυκότες ἔχειν*. Quae cur adiiciantur discimus 12 a 30.

136 a 15 dedimus *καὶ ἐξ ὧν*, quae lectio et difficilior est et melior. Nam quum vs. 6 dixerit existimandum esse *ἐκ τῶν κατηγορουμένων* num proprietas rei recte constituta sit, vs. 29 vero *ἐκ τῶν ὑποκειμένων* existimari idem velit, vs. 14 sq. exponit quomodo *ἐκ τῶν κατηγορουμένων καὶ ἐκ τῶν ὑποκειμένων* (s. *ἐκ τούτων ὧν κατηγορεῖται*) idem cognoscatur. Apparet inde lectionem vulgarem *καὶ καθ' ὧν* alienae correctionis speciem habere. — Eosdem codices secuti vs. 21 scripsimus *μὴ τοῦ* coll. 129 b 15 et 1068 a 29, quem locum adscripsimus ad 4 b 22.

136 a 36 Falli dicit eum qui quod affirmationis non sit proprium, negationis proprium esse contendat. Nam proprietas aut affirmatione aut negatione exprimitur; si affirmatione, negationis proprietatem, si negatione, affirmationis proprietatem significare non potest. Iam si verum esset negationis esse proprium quodcunque affirmationis non esset, sequeretur negationis proprietatem affirmatione exprimi posse, quamquam etiam quod affirmationis non est proprium affirmatione exprimi potest.

136 b 3 Si *A B C D* eundem divisionis ordinem tenent, item si *a b c d* ex eodem divisionis ordine sunt, notio *a* non exprimet proprietatem notionis *A*, si nulla e reliquis (*b c d*) nullius reliquarum (*B C D*) proprietatem significat. — Vs. 6 eieci-

mus vocem *θνητῶν*, quam explicationis gratia additam esse apparet (cf. schol. 286 b 6).

Cap. 7. Deinde num proprietas recte constituta sit cognoscitur ex casibus, 33 *ex iis quae similem rationem habent*, 137 a 8 *ex iis quae eandem rationem habent*, 21 *ex existentia, generatione et interitu*, b 3 *ex ideis et iis quae et quatenus cum rei natura necessario coniuncta sunt.*

137 a 8 Locus pluribus iisque haud exiguis difficultatibus impeditus primo quidem aspectu optime videtur explicari hoc modo. Ponamus notiones *a* et *b* eandem rationem habere ad notionem *A*: quare si *a* non exprimit proprietatem notionis *A*, neque *b* eius proprietatem exprimere consequitur. Sin autem *A* proprium est notionis *a*, non erit proprium notionis *b*, quum unum duorum proprium esse nequeat. Iam vero apparet exempli quo res illustratur alteram partem (vs. 16 *εἰ δ'*... 17 *αἰσχροῦ*) ita comparatam esse, ut rei expositae minime conveniat. Nam ut exemplum quadraret, dicendum erat *εἰ δ' ἔστιν ἴδιον ἡ φρόνησις τοῦ ἐπιστήμην εἶναι καλοῦ, οὐκ ἂν εἴη ἴδιον αὐτὴ τοῦ ἐπιστήμην εἶναι αἰσχροῦ* vel aliud quid huiusmodi. Quam quidem loci difficultatem quum animadverteret Iul. Pacius, qui ea quae leguntur vs. 9 sq. ita interpretatus est, ut sententia sit: „Si *A* non exprimit proprietatem notionis *a*, neque proprietatem notionis *b* exprimet; sin autem *A* est proprium notionis *a*, non simul erit proprium notionis *b*, quoniam non datur una duarum rerum proprietas", eiicienda putavit omnia quae de exemplo dicuntur (vs. 12 *οἷον*... 18 *ἴδιον*). Erit fortasse qui explicationem ab initio a nobis propositam praestare putet: ac primum quidem propterea quod, si probetur, ea certe quae legantur vs. 12 *οἷον*... 15 *αἰσχροῦ* non aliunde intrusa, sed ab Aristotele ipso profecta videantur, ut servari possint, Pacii vero interpretatio pro vera haberi nequeat, nisi omnia quae de exemplo dicantur aliena manu adiecta esse putentur; deinde quia omnis difficultas ex Aristotelis in scribendo negligentia orta videri possit (coll. iis quae habuimus 35 a 2, ubi terminis ita sumtis, ut rei parum conveniant, addit *ληπτέον δὲ βέλτιον τοὺς ὅρους*, et quae diximus ad 84 a 21 et ad 94 b 18); denique quia vitium esse possit in verbis *τὸ αὐτὸ πλειόνων* (vs. 18), quum non sit veri dissimile parum accurate ab Ari-

stotele expressum esse quod in mente habuerit: *ἀδύνατον γὰρ τὸ αὐτὸ* (intell. *τὸ ἐπιστήμην εἶναι*) *πρὸς πλείω καὶ ἐναντία λεγόμενον* (*πρὸς τὸ καλὸν γὰρ καὶ πρὸς τὸ αἰσχρὸν ἐλέγετο*) *εἶναι ἴδιον ἑνός τινος καὶ ὡσαύτως ἔχοντος*. At primum quidem coll. iis quae habentur 138 a 19 sq. haud improbabile est verba *ἀδύνατον γὰρ... ἴδιον* (vs. 17) prius in margine adscripta ad explicanda ea quae sequuntur vs. 19 *τὸ γὰρ... συγκρίνεται* postea alieno loco Aristotelis verbis inserta esse; deinde ex similitudine eius loci quem habemus 138 a 13 sq. veri simile est neque binas binarum rerum neque binas unius rei proprietates (quod in exemplo factum videmus) inter se comparari, sed de una binarum rerum proprietate sermonem esse: quod qui concedit eam hunc locum expediendi rationem quam I. Pacius iniit non probare non poterit. Denique ex iis quae leguntur vs. 19 de una binarum rerum proprietate hic agi manifestum est. Quae quum ita sint, nihil relictum videtur, nisi ut aut ipsum Aristotelem in eo peccavisse ponamus, quod non viderit se in exemplo vs. 16 sq. plures unius rei proprietates constituisse, quod minime absurdum est, dum ut redarguat quod proxime praecessit unam plurium rerum proprietatem esse non posse vs. 17 sq. moneat, ita ut alterum altero hic ipsum confudisse appareat (quae quidem loci interpretatio si probatur, de binis unius rei proprietatibus intelligenda erunt quae habuimus vs. 9—12, ut exempla quidem quadrent, sed et falsum sit id quod dicitur vs. 11 sq. et quae adduntur vs. 17 *ἀδύνατον γὰρ...* omnino non cohaereant cum antecedentibus), aut Iulio Pacio adstipulemur, qui verba *οἷον* vs. 12—18 *ἴδιον* aliunde intrusa putavit. Uncinis haec circumscribere non ausi sumus, tum quia aut haec aut alia exempla, quibus locum illustraret, Aristotelem ipsum addidisse verisimile est, tum quia argumenta quae modo exposuimus ita comparata sunt, ut auctorem ipsum in vitio esse non posse minime evincant.

137 a 19 Quae vera sit rei proprietas ex hoc loco probari non potest, quia *A*, si eandem rationem habet ad notionem *a* quam ad notionem *b* (*ἓν πρὸς πλείω συγκρίνεται*), aut neutrius aut simul utriusque proprietatem exprimere deberet, quod absurdum est, quum ipsa proprii notio postulet, ut unius rei semper sit una proprietas.

137 b 2 *καὶ πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν*, „et ad reliqua quaecunque ex

ipsis derivantur". Addidit haec, quoniam non solum argumentari licet ἐκ τοῦ γίνεσθαι καὶ ἐκ τοῦ φθείρεσθαι πρὸς τὸ εἶναι, sed etiam ἐκ τοῦ γίνεσθαι πρὸς τὸ φθείρεσθαι καὶ ἐκ τοῦ φθείρεσθαι πρὸς τὸ γίνεσθαι.

137 b 7 Verbis ἀλλ' ἢ ἰδέα, quum proprietatem rei non recte constitutam esse dixerit, si proprietas neque in ideam conveniat neque cum ipsa rei natura coniuncta sit, sensum turbari patet. Tamen ne uncinis quidem ea circumdare ausi sumus, quia et quae antecedunt et quae sequuntur negligentius ab Aristotele conscripta esse apparet. — Vs. 9 negligentius dixit ἢ λέγεται κατ' αὐτοῦ ἐκείνου, quum dicendum fuisset ἢ λέγεται αὐτὸ ἐκεῖνο. Patet enim e vs. 5 sententiam loci hanc esse: καλῶς ἀποδίδοται τὸ ἴδιον, εἰ τῇ ἰδέᾳ ὑπάρχει καὶ εἰ κατὰ τοῦτο ὑπάρχει, καθ' ὃ ἐκεῖνο (οὗ ἀποδίδοται τὸ ἴδιον intell.) τοῦτό ἐστιν ὅ ἐστιν, h. e. quatenus natura rei, cuius proprietas constituitur, talis est qualis est.

Cap. 8. *Deinde num proprietas recte declarata sit cognoscitur ex iis quae gradum admittunt* (138 a 30) *et ex iis quae similem inter se rationem habent.*

138 a 4 Quomodo haec differant ab iis quae habuimus 137 b 15, exempla docent: namque illic res, quae alius rei propria dicebatur, gradum admittebat, hic proprietatis ipsius gradus comparantur: nam μᾶλλον ἴδιον hic dicitur quod alicuius rei proprium esse verisimilius est quam aliud: εἰ τὸ μᾶλλον ἴδιον (id quod rectius exprimit proprietatem) μή ἐστιν ἴδιον τούτου οὗ μᾶλλόν ἐστιν ἴδιον (vs. 4): nam pro τοῦ μᾶλλον et τοῦ ἧττον vs. 4, 5 et 9 clarius dixisset τούτου οὗ μᾶλλόν (s. ἧττόν) ἐστιν ἴδιον. Praeterea tenendum est quod vs. 4 confert binas binarum rerum proprietates, vs. 13 unam binarum, vs. 21 binas unius.

138 a 30 Ut in antecedentibus, sic etiam hic primum comparat binas binarum rerum proprietates, deinde (b 6) binas unius, denique (vs. 16) unam binarum.

138 b 4 Articulum τοῦ (coll. iis quae diximus ad 3 a 21) ex optimorum codicum auctoritate delevimus.

138 b 12 sqq. Quamquam et Alexander habuit μέρους (schol. 287 a 7 sqq.) et Boethius qui vertit: „aliquid partium eius primo esse concupiscibile", et vet. intp. qui reddit: „partis eius esse concupiscibile primae", tamen edd. prr. secuti dedimus

μέρος, quum altera lectio sensum tolerabilem non praebeat. Praeterea offendit quod additur πρώτου, quod haud scio an satis excusetur eo, quod pluribus verbis interiectis separatum sit a substantivo (ψυχῆς) ad quod pertinet (coll. iis quae diximus ad 4 b 4 et ad 48 b 34). Lectionem faciliorem πρῶτον quam unus codex habet vel πρώτως quod edd. prr. pleraeque praebent recipere non ausi sumus.

138 b 18 Ratio eius quod et hic dicit et vs. 22 eadem est quam habuimus a 20.

138 b 23 exponit quomodo locus quem modo tradidit differat ab eo quem habuimus 136 b 33 sqq. Illic enim docebatur quomodo iis utendum sit quae sint ἀνάλογα, sive praedicatur alterum de altero sive non praedicatur, hic vero ostenditur quem usum habeant ea quorum eadem sit praedicandi ratio.

Cap. 9. *Docetur quando proprietatem male constituerit qui vel potentia* (139 a 9) *vel gradu superlativo eam definiverit.*

138 b 32 adiecimus ἴδιον quod et Boethius habet et edd. prr. pleraeque. — πρὸς μὴ ὃν ἀποδίδοσθαι dicit proprietatem, quae ita constituitur, ut ipsa (τὸ ἀναπνευστὸν εἶναι, h. e. τὸ τοιοῦτον εἶναι οἷον ἀναπνεῖσθαι) esse non possit, nisi simul existat alia res (τὸ ζῷον s. τὸ ἀναπνέον), cuius existentia non necessario coniuncta sit cum existentia eius (τοῦ ἀέρος) cuius proprietas exprimatur: ὅτε γὰρ (coll. 139 a 6) ἀήρ ἐστιν, οὐ καὶ ἀναπνεῖσθαί τι ἀνάγκη ἔσται, ἀλλ' ὅτε ζῷόν ἐστιν.

138 b 33 οἷον ἀναπνεῖν, h. e. ὃ τοιοῦτον πέφυκεν οἷον ἀναπνεῖν τὸν ἀέρα. — Vs. 35 ad δυνατὸν omissum est subiectum τί: v. quae diximus ad 3 b 22.

139 a 10 συμβαίνει γὰρ μὴ ἀντιστρέφειν τὸ καθ' ὑπερβολὴν λεγόμενον ἴδιον (h. e. τὸν λόγον) καὶ ἐκεῖνο οὗ ἀποδέδοται τὸ ἴδιον (h. e. τοὔνομα).

Lib. VI. cap. 1. *Quum de definitione disputatur, quinque sunt capita quorum ratio habenda est.* 36 *De tribus eorum egimus lib. II, IV et V,* b 6 *restat igitur ut exponamus quando definitio aut male exposita aut omnino falsa sit.*

139 a 37 ἐκ τῶν πρὸς τὸ συμβεβηκὸς τόπων. Ex his enim patebit num quod definitio declaret praedicari omnino possit de eo quod definiatur.

139 b 7 Item quum de proprietate ageret primum exposuit ubi

non recte expressa ex propriis. deinde ubi pro proprio omnium ex quod omnino non ex propriis lib. V. c. 2 init. et 4 init.

Cap. 2. Omnia ratio in definitionem cadit, sive res sola una quaque sive quod definitur ambiguum est, et a communibus ratio. 148 a 3 nec verba immutata. 6 si quid in definitione non rebus propriis dictum. 15 si contrarium non unum. ex eo intelligitur nec explicatione indiget id quod definitur.

139 b 20 Aut. si falluntur. Hic recipiendum erat ἐψεῦσθαι et ἢ ὅτι αὐτὸ ἐψεύσατο et καὶ ὅτι quod fecimus, quum iidem codices, qui praebent ἐψεύσατο, habeant etiam καὶ ὅτι: quum quidem lectionem veteris interpretis. Boethii et editionum Paciana prisarum omnium auctoritas defendit.

139 b 25 Quum latet ambiguitas eius quod definitur, qui definitionem impugnare velit ita ei occurrere potest, ut definitionem propositam non omnia quae notioni definiendae subiecta sint, sed non nisi partem complecti dicat (quod qui faciat cum συκοφαντεῖν dicit Aristoteles, quia notionis ambiguae una definitio esse omnino non potest), sive (vs. 28) ita, ut ipse patefacta ambiguitate convincat adversarium, si demonstrare possit definitionem propositam in nullam notionis ambiguae significationem quadrare.

139 b 31 *κατὰ τρόπον*, „ut decet": 639 a 5 *πεπαιδευμένου γάρ ἐστι κατὰ τρόπον τὸ δύνασθαι κρῖναι εὐστόχως τί καλῶς ἢ μὴ καλῶς ἀποδίδωσιν ὁ λέγων.* Eodem sensu particulam ὡς cum praepositione *κατὰ* saepissime coniungit Aristoteles: 653 a 28, 690 a 28, 781 b 21, 785 a 12 *ὡς κατὰ μέγεθος*. Idem fere sensus quem hic habet *κατὰ τρόπον* est eius quod legimus 414 a 25 *οὕτω δὲ γίνεται καὶ κατὰ λόγον*. 989 a 31 *Ἀναξαγόραν δ' εἴ τις ὑπολάβοι δύο λέγειν στοιχεῖα, μάλιστ' ἂν ὑπολάβοι κατὰ λόγον, ὃν ἐκεῖνος αὐτὸς μὲν οὐ διῆρθρωσεν.* Aliud est quod habemus 415 a 19 *κατὰ τὸν λόγον*, de quo v. Trdlbg. de an. p. 351 coll. 716 a 18 et 20.

140 a 12 *ἡ ὁμοιότης*, id quod dici solet „tertium comparationis". Loquitur enim Aristoteles de iis rebus quarum similitudo, quamquam appareat quandam earum esse similitudinem, qua in re posita sit non satis eluceat.

140a19 dedimus *ἀποδιδόμενοι* quod edd. pleraeque, Boethius et optimi codices praebent.

Cap. 3. *Supervacaneum est in definitione, si quid adiectum est quod de omnibus aut certe de iis omnibus praedicatur, quae in eodem genere sunt atque res definienda,* 33 *si demta aliqua definitionis parte etiam quod relinquitur rem definit,* b16 *si quid est in definitione quod non de omnibus praedicari potest quae eidem speciei subiecta sunt,* 27 *si idem compluries dictum est,* 141a15 *si quod universe dictum est idem etiam de parte dictum adiicitur.*

140a25 Nam quum definitio componatur e genere et differentia, id quod de omnibus praedicatur genus esse non potest, id vero quod de omnibus quae eodem genere continentur pro differentia haberi nequit (ut docet vs. 29—31), ut utrumque a definitione alienum esse debere appareat.

140a31 Delevimus praepositionem *ἀπό*, quae etiam abest a plerisque edd. prr. Nam quum ter eam habuerimus vs. 27—29, verisimilius est aliena manu eam adiectam quam deletam esse. — Vs. 35 *ἐν τῷ τοῦ ἀνθρώπου λόγῳ τῷ λέγοντι τὸν ἄνθρωπον εἶναι ζῷον πεζὸν δίπουν.*

140b4 Quod modo dixit ipse impugnat dicens notionem numeri non deesse debere in definitione animae, ne genus rei definiendae in definitione praetermittatur. Utrumcunque autem, ait, verum est, disputanti rebus dubiis ita semper utendum est, ut non nisi ea ponat ex quibus redarguat adversarium: quod quomodo faciendum sit alio exemplo illustratur in seqq. — Particula *γὰρ* vs. 8 explicat quomodo eadem definitione alii aliter utendum sit: ac primum quidem ei qui probare velit supervacaneum esse *τὸ ἄπεπτον*. Inde a vs. 12 quid adversario dicendum sit exponit.

140b19 *ὁ λοιπός*, h. e. *ἀφαιρεθέντος τούτου ὃ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς οὖσιν.*

140b23 Articulum cum optimis codicibus omisimus, quum in definitionibus propositis non adiici soleat ab Aristotele, v. vs. 8 et 34, 139b20 al.

140b28 Namque, ait, quum omnis appetitus voluptatem appetat, per se intelligitur appetitus definitionem (*τὸ ταὐτὸν τῇ ἐπιθυμίᾳ*, h. e. *ἡ ὄρεξις ἡδέος*) voluptatis notionem complecti, ut supervacanea sit, si expresse adiiciatur. Hoc certe est

argumentum quod Aristoteles in mente habuit (eodem enim utitur 141 a 11, ubi non exprimendum esse dicit in definitione quod per se intelligatur), quamquam quae sequuntur satis ostendunt ipsi hoc non satis perspectum fuisse, quum doceat cur non reprehendendus sit qui in exemplo modo proposito iteret vocem ἡδέος. Si satis clarum ei fuisset quod hic exponere voluit, duo locos ex uno fecisset: unum, quod in definitionem non assumendum sit quod per se intelligatur, velut si voluptatis notio in appetitus definitionem assumatur, alterum, quod eadem notione non plus semel utendum sit, velut si quis ἐπιθυμίαν ita definiat ut sit ὄρεξις ἡδέος: sequitur enim ut ἐπιθυμίαν ἡδέος dicere cogatur ὄρεξιν ἡδέος ἡδέος. — Exemplum quod proponit 141 a 7 rectius adscripsisset loco sequenti (141 a 15), quem ab eo quem tradidit 140 b 27 revera non diversum esse significavit 141 a 21 coll. 140 b 27.

Cap. 4. Definitio falsa est, nisi ea per quae definitur re definita priora sunt et clariora. b 3 *Alia nobis, alia simpliciter clariora sunt.* 15 *Vera definitio non fit ex iis quae nobis vel alii cuicunque, sed ex iis quae simpliciter et per se clariora sunt:* 142 a 17 *quare quod quiescit et constans est non definiri debet per id quod movetur et inconstans est,* 22 *neque contrarium per contrarium,* 34 *neque per id ipsum quod definiendum est,* b 7 *neque per id quod eundem divisionis ordinem tenet (coordinatum),* 11 *neque per ea quae rei definiendae subiecta sunt.*

141 a 26 διὰ προτέρων. Cf. Anal. post. I. c. 1 et 2 et quae ibi diximus.

141 b 11 adiecimus vocem ἐπιπέδου, quam et Boethius habuit et vetus interpres et editiones Paciana priores fere omnes. Accedit, quod, quum adiecto ἐπιπέδου locus fiat difficilior, aliena manu illud additum esse minime est probabile. Conf. quae habuimus 112 a 33.

141 b 13 περιττῆς διανοίας, v. quae diximus ad 118 a 6.

141 b 28 εἶδος vocat rem definiendam, quum definitio constet e genere et differentia, quae coniunctae speciei naturam exprimunt.

142 a 20 Codices optimos et Boethium secuti addidimus ἡμῖν, quod abest ab editionibus prioribus et a vetere interprete.

142 a 28 καθ' αὑτὰ πρός τι dicuntur quae non per se consistunt sicut pater et filius, qui, quamquam alter ad alterum

refertur, tamen etiam non relati ad se invicem subsistunt, sed quae nisi referantur ad aliud cogitari omnino nequeunt. Cf. quae diximus I. p. 266.

142 b 5 et 19 Boethii et vet. intp. lectionem exhibuimus.

Cap. 5. *Deinde videndum est, num genus rei definiendae omissum sit*, 30 *num quid praetermissum sit eorum ad quae res definienda pertineat*, 143 a 9 *num non ad melius, sed ad deterius res definienda relata sit*, 12 *num genus non recte constitutum sit*, 15 *num non sumtum sit genus proximum.*

142 b 23 Admittitur, ait, hoc vitium, ubicunque definitioni propositae non praemittitur quid sit res definienda, h. e. ubicunque definitio non incipit ab eo quod naturam rei definiendae exprimit.

143 a 15 Peccat qui relictis generibus inferioribus reique definiendae propioribus in definitionem pro genere assumit id quo illa continentur. Bkkus et in maiore et in minore editione praebuit *ὑπερβαίνειν*, quod neque codices praebent neque interpretes neque editiones priores. Fortasse mendum est. — *οὐσίαν* vs. 18 dicit *τὴν κατὰ τὸν λόγον, τὸ τί ἦν εἶναι* s. *τὸν ὁρισμόν.*

143 a 23 v. Anal. post. 97 a 35 sqq. — Vs. 25 *τὸ ὑποκάτω γένος*, h. e. *τὸ ἐγγυτάτω.*

Cap. 6. *Differentiarum ratio habenda est.* b 11 *Deinde videndum, num genus divisum sit per negationem*, 144 a 5 *num pro differentia sumta sit species* (9) *vel genus* (20) *vel quodcunque substantiae* (23) *vel accidentis notionem habeat*, 28 *num differentia vel species quae definiatur de genere* (31) *vel genus de differentia praedicetur*, b 4 *vel species quae definiatur de differentia*, 12 *num eadem differentia etiam ad aliud genus pertineat*, 31 *num locus ubi aliquid sit* (145 a 3) *vel affectio pro differentia substantiae sumtus sit*, 13 *num differentia eorum quae referantur ad aliud non referatur ad aliud*, 19 *num ea sumta sint ad quae proprie* (28) *et proxime referatur id quod definiatur*, 33 *num affectio revera insit in eo cuius affectio definiatur*, b 21 *num temporis ratio conveniat ei quod definiatur.*

143 a 33 dedimus *διαφοραὶ* coll. iis quae collegimus ad 4 a 8.

143 b 2 Mirum est quod adiecit *καὶ τῷ δίποδι*, quum 144 b 24 *τὸ δίπουν* sumatur pro differentia *τοῦ πεζοῦ* et *τοῦ πτηνοῦ*

(cf. quae diximus ad 1 b 18, ubi in fine pro τετράκουν scribendum erat πολύπουν), unde apparet τὸ δίπουν (praesertim quum homo definiri soleat ab Aristotele ζῷον πεζὸν δίπουν) non ἀντιδιῃρημένον esse τῷ πεζῷ, quod hic expresse dicitur. — Ib. ἢ εἰ ἔστι..., h. e. ἢ εἰ ἔστι μὲν ὡς ἀληθῶς διαφορὰ ἡ διαφορὰ ἡ ἀντιδιῃρημένη τῇ λεχθείσῃ s. εἰ ἔστι μὲν ὡς ἀληθῶς διαφορὰ τὸ τῇ εἰρημένῃ ἀντιδιῃρημένον. Similia dedimus ad 67 a 35. Cf. etiam quae diximus ad 20 a 31. — Vs. 6 εἰ ἀληθεύεται μέν, intell. ἡ διαφορὰ ἡ ἀντιδιῃρημένη τῇ εἰρημένῃ.

143 b 11 Ut haec recte intelligantur, eorum ratio habenda est quae leguntur vs. 29—31. Namque qui genus unam rem finitam esse putat quae per se sola consistat (ein concretes Ding), is genus in species non ita dividere debebit, ut altera species affirmet quod altera neget: nam quum species insint in genere, genus ipsum sibi repugnabit.

143 b 13 συμβήσεται οὖν, intell. εἰ ἓν ἀριθμῷ ἐστὶ τὸ γένος καὶ ἄτομον, quam quidem conditionem semper in mente habere debemus, ut intelligamus quae sequuntur.

143 b 21 τὸ ἐπιδέχεσθαι τὸ γένος τὸν τοῦ εἴδους λόγον idem est quod vs. 14 expressit τῷ μετέχειν τὸ γένος τοῦ εἴδους, quod cur fieri non debeat exposuit 121 a 10 sqq. Cum iis quae sequuntur cf. 122 b 20 sqq.

143 b 30 Quum aut recipiendum sit οἷ πᾶν aut ὅσοι τὸ, dedimus quod Boethius, vet. intp. et edd. prr. habent omnes.

144 a 11—19 Quod modo proposuit exemplum quomodo redargui possit ostendit.

144 a 33 καθ' ὧν ἡ διαφορά, h. e. κατὰ τοῦ εἴδους καὶ τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος. — Vs. 37 πολλὰ ζῷα, h. e. πολλάκις τὸ ζῷον.

144 b 1 Aliud argumentum affertur, quo probetur genus non praedicari de differentia. Nam de quibuscunque praedicatur genus „animal", ea aut species sunt animalium aut individua, ut differentiae aut species aut individua essent, quod ineptum est. — Mutati numeri (διαφοραὶ — ἔσται) similia exempla habuimus ad 4 a 8.

144 b 9 Differentia specie prior esse debet, quia differentia cum genere coniuncta speciem constituit (143 b 8).

144 b 26 οὐκ ἀνάγκη τὴν διαφορὰν... εἰ γὰρ ἡ αὐτὴ διαφορὰ δύο γενῶν ἐστὶ μὴ περιεχόντων μὲν ἄλληλα ὑπὸ ταὐτὸ δ'

ὄντων, οὐκ ἀνάγκη τὴν διαφορὰν ἑκάτερον ἐπιφέρειν τὸ οἰκεῖον γένος.

145 a 33 Lectionem codicum *AB* etiam interpreti cuidam, cuius nomen ignoramus, notam fuisse discimus ex schol. 289 a 37. Vulgarem lectionem quam servavimus etiam Boethius habuit. Articulum *ἡ* ante *διάθεσις*, quamquam orationem turbare videtur (quare Iul. Pacius eum delendum putavit et Buhlius revera eum delevit), non eiecimus; nam quod dicitur hoc est: *ἔτι εἰ τοῦτο οὗ πάθος εἴρηται τὸ ὡρισμένον*, h. e. *ἔτι εἰ τοῦτο οὗ ὁρίζεται τὸ πάθος ἢ ἡ διάθεσις, μὴ δεκτικόν ἐστι τοῦ πάθους ἢ τῆς διαθέσεως.*

145 b 6 Est enim consequens, ait, ut etiam inanimata doleant, si membra quae natura coniuncta sunt discindantur: haec enim erat doloris definitio (nam *ἀλγηδὼν* vs. 7 brevius dixit pro definitione eius vs. 2 proposita). — Vs. 16 lectionem vulgarem codices et vet. intp. cod. Goth. secuti reduximus.

145 b 23 et 29 *νῦν ἀθάνατον*, h. e. *νῦν μόνον ἀθάνατον, οὐ πρότερον οὐδ' ὕστερον, ὥστ' οὐχ ἁπλῶς ἀθάνατον ἔσται.* At, ait, fortasse hoc exemplum non quadrat, quia quod nunc sempiternum dicitur non solum id significat quod nunc vel non perit vel perire nequit, sed etiam id quod nunc ita comparatum est, ut nullo tempore interire possit, ut quod nunc sempiternum sit etiam significet *τὸ ἁπλῶς ἀθάνατον*. Sin autem (vs. 30) aliquando fit, ut definitio (*τὸ κατὰ τὸν λόγον ἀποδοθέν*) temporis praesentis vel praeteriti notionem habeat, dum a re ipsa (*τὸ κατὰ τοὔνομα*) temporis finiti ratio aliena sit, definitionem non idem exprimere quod notionem definiendam apparet.

Cap. 7. Videndum est, num aliud quid naturam rei definiendae rectius exprimat quam definitio proposita, 146 a 3 *num definitio gradum admittat, dum id quod definiatur non admittat et vice versa*, (7) *vel num non simul admittat*, 13 *num, si et definitio et notio definita de aliis praedicentur, gradus quem utraque admittat non simul augeatur*, 21 *num definitio ad plura pertineat quae seiuncta nominata sint*, 33 *num generis et differentiae definitiones in generis et differentiae locum substituere non liceat.*

146 a 17 addidimus articulum *ἡ* quem codices praebent.

mus vocem *θνητῶν*, quam explicationis gratia additam esse apparet (cf. schol. 286 b 6).

Cap. 7. Deinde num proprietas recte constituta sit cognoscitur ex casibus, 33 *ex iis quae similem rationem habent*, 137 a 8 *ex iis quae eandem rationem habent*, 21 *ex existentia, generatione et interitu*, b 3 *ex ideis et iis quae et quatenus cum rei natura necessario coniuncta sunt.*

137 a 8 Locus pluribus iisque haud exiguis difficultatibus impeditus primo quidem aspectu optime videtur explicari hoc modo. Ponamus notiones *a* et *b* eandem rationem habere ad notionem *A*: quare si *a* non exprimit proprietatem notionis *A*, neque *b* eius proprietatem exprimere consequitur. Sin autem *A* proprium est notionis *a*, non erit proprium notionis *b*, quum unum duorum proprium esse nequeat. Iam vero apparet exempli quo res illustratur alteram partem (vs. 16 *εἰ δ'*... 17 *αἰσχροῦ*) ita comparatam esse, ut rei expositae minime conveniat. Nam ut exemplum quadraret, dicendum erat *εἰ δ' ἔστιν ἴδιον ἡ φρόνησις τοῦ ἐπιστήμην εἶναι καλοῦ, οὐκ ἂν εἴη ἴδιον αὐτὴ τοῦ ἐπιστήμην εἶναι αἰσχροῦ* vel aliud quid huiusmodi. Quam quidem loci difficultatem quum animadverteret Iul. Pacius, qui ea quae leguntur vs. 9 sq. ita interpretatus est, ut sententia sit: „Si *A* non exprimit proprietatem notionis *a*, neque proprietatem notionis *b* exprimet; sin autem *A* est proprium notionis *a*, non simul erit proprium notionis *b*, quoniam non datur una duarum rerum proprietas", eiicienda putavit omnia quae de exemplo dicuntur (vs. 12 *οἷον*... 18 *ἴδιον*). Erit fortasse qui explicationem ab initio a nobis propositam praestare putet: ac primum quidem propterea quod, si probetur, ea certe quae legantur vs. 12 *οἷον*... 15 *αἰσχροῦ* non aliunde intrusa, sed ab Aristotele ipso profecta videantur, ut servari possint, Pacii vero interpretatio pro vera haberi nequeat, nisi omnia quae de exemplo dicantur aliena manu adiecta esse putentur; deinde quia omnis difficultas ex Aristotelis in scribendo negligentia orta videri possit (coll. iis quae habuimus 35 a 2, ubi terminis ita sumtis, ut rei parum conveniant, addit *ληπτέον δὲ βέλτιον τοὺς ὅρους*, et quae diximus ad 84 a 21 et ad 94 b 18); denique quia vitium esse possit in verbis *τὸ αὐτὸ πλειόνων* (vs. 18), quum non sit veri dissimile parum accurate ab Ari-

stotele expressum esse quod in mente habuerit: *ἀδύνατον γὰρ τὸ αὐτὸ* (intell. *τὸ ἐπιστήμην εἶναι*) *πρὸς πλείω καὶ ἐναντία λεγόμενον* (*πρὸς τὸ καλὸν γὰρ καὶ πρὸς τὸ αἰσχρὸν ἐλέγετο*) *εἶναι ἴδιον ἑνός τινος καὶ ὡσαύτως ἔχοντος*. At primum quidem coll. iis quae habentur 138 a 19 sq. haud improbabile est verba *ἀδύνατον γὰρ ... ἴδιον* (vs. 17) prius in margine adscripta ad explicanda ea quae sequuntur vs. 19 *τὸ γὰρ ... συγκρίνεται* postea alieno loco Aristotelis verbis inserta esse; deinde ex similitudine eius loci quem habemus 138 a 13 sq. veri simile est neque binas binarum rerum neque binas unius rei proprietates (quod in exemplo factum videmus) inter se comparari, sed de una binarum rerum proprietate sermonem esse: quod qui concedit eam hunc locum expediendi rationem quam I. Pacius iniit non probare non poterit. Denique ex iis quae leguntur vs. 19 de una binarum rerum proprietate hic agi manifestum est. Quae quum ita sint, nihil relictum videtur, nisi ut aut ipsum Aristotelem in eo peccavisse ponamus, quod non viderit se in exemplo vs. 16 sq. plures unius rei proprietates constituisse, quod minime absurdum est, dum ut redarguat quod proxime praecessit unam plurium rerum proprietatem esse non posse vs. 17 sq. moneat, ita ut alterum altero hic ipsum confudisse appareat (quae quidem loci interpretatio si probatur, de binis unius rei proprietatibus intelligenda erunt quae habuimus vs. 9—12, ut exempla quidem quadrent, sed et falsum sit id quod dicitur vs. 11 sq. et quae adduntur vs. 17 *ἀδύνατον γὰρ ...* omnino non cohaereant cum antecedentibus), aut Iulio Pacio adstipulemur, qui verba *οἷον* vs. 12—18 *ἴδιον* aliunde intrusa putavit. Uncinis haec circumscribere non ausi sumus, tum quia aut haec aut alia exempla, quibus locum illustraret, Aristotelem ipsum addidisse verisimile est, tum quia argumenta quae modo exposuimus ita comparata sunt, ut auctorem ipsum in vitio esse non posse minime evincant.

137 a 19 Quae vera sit rei proprietas ex hoc loco probari non potest, quia *A*, si eandem rationem habet ad notionem *a* quam ad notionem *b* (*ἓν πρὸς πλείω συγκρίνεται*), aut neutrius aut simul utriusque proprietatem exprimere deberet, quod absurdum est, quum ipsa proprii notio postulet, ut unius rei semper sit una proprietas.

137 b 2 *καὶ πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν*, „et ad reliqua quaecunque ex

ipsis derivantur". Addidit haec, quoniam non solum argumentari licet ἐκ τοῦ γίνεσθαι καὶ ἐκ τοῦ φθείρεσθαι πρὸς τὸ εἶναι, sed etiam ἐκ τοῦ γίνεσθαι πρὸς τὸ φθείρεσθαι καὶ ἐκ τοῦ φθείρεσθαι πρὸς τὸ γίνεσθαι.

137 b 7 Verbis ἀλλ' ἡ ἰδέα, quum proprietatem rei non recte constitutam esse dixerit, si proprietas neque in ideam conveniat neque cum ipsa rei natura coniuncta sit, sensum turbari patet. Tamen ne uncinis quidem ea circumdare ausi sumus, quia et quae antecedunt et quae sequuntur negligentius ab Aristotele conscripta esse apparet. — Vs. 9 negligentius dixit ἡ λέγεται κατ' αὐτοῦ ἐκείνου, quum dicendum fuisset ἡ λέγεται αὐτὸ ἐκεῖνο. Patet enim e vs. 5 sententiam loci hanc esse: καλῶς ἀποδίδοται τὸ ἴδιον, εἰ τῇ ἰδίᾳ ὑπάρχει καὶ εἰ κατὰ τοῦτο ὑπάρχει, καθ' ὃ ἐκεῖνο (οὗ ἀποδίδοται τὸ ἴδιον intell.) τοῦτό ἐστιν ὅ ἐστιν, h. e. quatenus natura rei, cuius proprietas constituitur, talis est qualis est.

Cap. 8. *Deinde num proprietas recte declarata sit cognoscitur ex iis quae gradum admittunt* (138 a 30) *et ex iis quae similem inter se rationem habent.*

138 a 4 Quomodo haec differant ab iis quae habuimus 137 b 15, exempla docent: namque illic res, quae alius rei propria dicebatur, gradum admittebat, hic proprietatis ipsius gradus comparantur: nam μᾶλλον ἴδιον hic dicitur quod alicuius rei proprium esse verisimilius est quam aliud: εἰ τὸ μᾶλλον ἴδιον (id quod rectius exprimit proprietatem) μὴ ἐστιν ἴδιον τούτου οὗ μᾶλλόν ἐστιν ἴδιον (vs. 4): nam pro τοῦ μᾶλλον et τοῦ ἧττον vs. 4, 5 et 9 clarius dixisset τούτου οὗ μᾶλλόν (s. ἧττόν) ἐστιν ἴδιον. Praeterea tenendum est quod vs. 4 confert binas binarum rerum proprietates, vs. 13 unam binarum, vs. 21 binas unius.

138 a 30 Ut in antecedentibus, sic etiam hic primum comparat binas binarum rerum proprietates, deinde (b 6) binas unius, denique (vs. 16) unam binarum.

138 b 4 Articulum τοῦ (coll. iis quae diximus ad 3 a 21) ex optimorum codicum auctoritate delevimus.

138 b 12 sqq. Quamquam et Alexander habuit μέρους (schol. 287 a 7 sqq.) et Boethius qui vertit: „aliquid partium eius primo esse concupiscibile", et vet. intp. qui reddit: „partis eius esse concupiscibile primae", tamen edd. prr. secuti dedimus

μέρος, quum altera lectio sensum tolerabilem non praebeat. Praeterea offendit quod additur πρώτου, quod haud scio an satis excusetur eo, quod pluribus verbis interiectis separatum sit a substantivo (ψυχῆς) ad quod pertinet (coll. iis quae diximus ad 4 b 4 et ad 48 b 34). Lectionem faciliorem πρῶτον quam unus codex habet vel πρώτως quod edd. prr. pleraeque praebent recipere non ausi sumus.

138 b 18 Ratio eius quod et hic dicit et vs. 22 eadem est quam habuimus a 20.

138 b 23 exponit quomodo locus quem modo tradidit differat ab eo quem habuimus 136 b 33 sqq. Illic enim docebatur quomodo iis utendum sit quae sint ἀνάλογα, sive praedicatur alterum de altero sive non praedicatur, hic vero ostenditur quem usum habeant ea quorum eadem sit praedicandi ratio.

Cap. 9. *Docetur quando proprietatem male constituerit qui vel potentia* (139 a 9) *vel gradu superlativo eam definiverit.*

138 b 32 adiecimus ἴδιον quod et Boethius habet et edd. prr. pleraeque. — πρὸς μὴ ὃν ἀποδίδοσθαι dicit proprietatem, quae ita constituitur, ut ipsa (τὸ ἀναπνευστὸν εἶναι, h. e. τὸ τοιοῦτον εἶναι οἷον ἀναπνεῖσθαι) esse non possit, nisi simul existat alia res (τὸ ζῷον s. τὸ ἀναπνέον), cuius existentia non necessario coniuncta sit cum existentia eius (τοῦ ἀέρος) cuius proprietas exprimatur: ὅτε γὰρ (coll. 139 a 6) ἀήρ ἐστιν, οὐ καὶ ἀναπνεῖσθαί τι ἀνάγκη ἔσται, ἀλλ' ὅτε ζῷόν ἐστιν.

138 b 33 οἷον ἀναπνεῖν, h. e. ὃ τοιοῦτον πέφυκεν οἷον ἀναπνεῖν τὸν ἀέρα. — Vs. 35 ad δυνατὸν omissum est subiectum τί: v. quae diximus ad 3 b 22.

139 a 10 συμβαίνει γὰρ μὴ ἀντιστρέφειν τὸ καθ' ὑπερβολὴν λεγόμενον ἴδιον (h. e. τὸν λόγον) καὶ ἐκεῖνο οὗ ἀποδέδοται τὸ ἴδιον (h. e. τοὔνομα).

Lib. VI. cap. 1. *Quum de definitione disputatur, quinque sunt capita quorum ratio habenda est.* 36 *De tribus eorum egimus lib. II, IV et V,* b 6 *restat igitur ut exponamus quando definitio aut male exposita aut omnino falsa sit.*

139 a 37 ἐκ τῶν πρὸς τὸ συμβεβηκὸς τόπων. Ex his enim patebit num quod definitio declaret praedicari omnino possit de eo quod definiatur.

139 b 7 Item quum de proprietate ageret primum exposuit ubi

non recte expressa sit proprietas, deinde ubi pro proprio sumtum sit quod omnino non sit proprium (lib. V. c. 2 init. et 4 init.).

Cap. 2. *Obscuritatis vitium in definitionem cadit, sive ipsa utitur voce ambigua sive quod definitur ambiguum est,* 32 *si translatione utitur,* 140 a 3 *vel verbis inusitatis,* 6 *si quid in definitione non sensu proprio dicitur,* 18 *si contrarium non simul ex ea intelligitur vel explanatione indiget id quod definitur.*

139 b 20 Aut, ni fallor, Bkko recipiendum erat ῥηθὲν et ἢ ὅτι aut εἰρημένον et καὶ ὅτι, quod fecimus, quum iidem codices, qui praebent εἰρημένον, habeant etiam καὶ ὅτι: quam quidem lectionem veteris interpretis, Boethii et editionum Paciana priorum omnium auctoritas defendit.

139 b 25 Quum latet ambiguitas eius quod definitur, qui definitionem impugnare velit ita ei occurrere potest, ut definitionem propositam non omnia quae notioni definiendae subiecta sint, sed non nisi partem complecti dicat (quod qui faciat eum συκοφαντεῖν dicit Aristoteles, quia notionis ambiguae una definitio esse omnino non potest), sive (vs. 28) ita, ut ipse patefacta ambiguitate convincat adversarium, si demonstrare possit definitionem propositam in nullam notionis ambiguae significationem quadrare.

139 b 31 κατὰ τρόπον, „ut decet": 639 a 5 πεπαιδευμένου γάρ ἐστι κατὰ τρόπον τὸ δύνασθαι κρῖναι εὐστόχως τί καλῶς ἢ μὴ καλῶς ἀποδίδωσιν ὁ λέγων. Eodem sensu particulam ὡς cum praepositione κατὰ saepissime coniungit Aristoteles: 653 a 28, 690 a 28, 781 b 21, 785 a 12 ὡς κατὰ μέγεθος. Idem fere sensus quem hic habet κατὰ τρόπον est eius quod legimus 414 a 25 οὕτω δὲ γίνεται καὶ κατὰ λόγον. 989 a 31 Ἀναξαγόραν δ' εἴ τις ὑπολάβοι δύο λέγειν στοιχεῖα, μάλιστ' ἂν ὑπολάβοι κατὰ λόγον, ὃν ἐκεῖνος αὐτὸς μὲν οὐ διήρθρωσεν. Aliud est quod habemus 415 a 19 κατὰ τὸν λόγον, de quo v. Trdlbg. de an. p. 351 coll. 716 a 18 et 20.

140 a 12 ἡ ὁμοιότης, id quod dici solet „tertium comparationis". Loquitur enim Aristoteles de iis rebus quarum similitudo, quamquam appareat quandam earum esse similitudinem, qua in re posita sit non satis eluceat.

140a19 dedimus *ἀποδιδόμενοι* quod edd. pleraeque, Boethius et optimi codices praebent.

Cap. 3. *Supervacaneum est in definitione, si quid adiectum est quod de omnibus aut certe de iis omnibus praedicatur, quae in eodem genere sunt atque res definienda,* 33 *si demta aliqua definitionis parte etiam quod relinquitur rem definit,* b16 *si quid est in definitione quod non de omnibus praedicari potest quae eidem speciei subiecta sunt,* 27 *si idem compluries dictum est,* 141a15 *si quod universe dictum est idem etiam de parte dictum adiicitur.*

140a25 Nam quum definitio componatur e genere et differentia, id quod de omnibus praedicatur genus esse non potest, id vero quod de omnibus quae eodem genere continentur pro differentia haberi nequit (ut docet vs. 29—31), ut utrumque a definitione alienum esse debere appareat.

140a31 Delevimus praepositionem *ἀπό*, quae etiam abest a plerisque edd. prr. Nam quum ter eam habuerimus vs. 27—29, verisimilius est aliena manu eam adiectam quam deletam esse. — Vs. 35 *ἐν τῷ τοῦ ἀνθρώπου λόγῳ τῷ λέγοντι τὸν ἄνθρωπον εἶναι ζῷον πεζὸν δίπουν.*

140b4 Quod modo dixit ipse impugnat dicens notionem numeri non deesse debere in definitione animae, ne genus rei definiendae in definitione praetermittatur. Utrumcunque autem, ait, verum est, disputanti rebus dubiis ita semper utendum est, ut non nisi ea ponat ex quibus redarguat adversarium: quod quomodo faciendum sit alio exemplo illustratur in seqq. — Particula *γὰρ* vs. 8 explicat quomodo eadem definitione alii aliter utendum sit: ac primum quidem ei qui probare velit supervacaneum esse *τὸ ἄπεπτον*. Inde a vs. 12 quid adversario dicendum sit exponit.

140b19 *ὁ λοιπός*, h. e. *ἀφαιρεθέντος τούτου ὃ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς οὖσιν.*

140b23 Articulum cum optimis codicibus omisimus, quum in definitionibus propositis non adiici soleat ab Aristotele, v. vs. 8 et 34, 139b20 al.

140b28 Namque, ait, quum omnis appetitus voluptatem appetat, per se intelligitur appetitus definitionem (*τὸ ταὐτὸν τῇ ἐπιθυμίᾳ*, h. e. *ἡ ὄρεξις ἡδέος*) voluptatis notionem complecti, ut supervacanea sit, si expresse adiiciatur. Hoc certe est

quia quae specie vel genere sint eadem, etiam numero eadem esse possint. Verum quidem hoc, at loci sententia haec est. Quaerendum est, num quae numero eadem dicantur, non numero, sed non nisi specie vel genere sint eadem. Nam quae genere vel specie eadem sunt, ea aut non necesse est numero semper eadem esse aut interdum certe, si sumantur ea quae proprie dicuntur specie tantum vel genere eadem esse (velut homo et equus), etiam numero eadem esse omnino nequeunt. Unde apparet haec quidem bene habere, omittendam vero fuisse particulam *καὶ* quam vs. 30 Bkkus adiecit. Hanc igitur, quam etiam vet. intp. omisit et Boethius, delevimus, praesertim quum probabile sit ex sequente *καθ'* eam ortam esse per scribentis errorem.

Cap. 2. *Loci quos modo habuimus omnes ad evertendam, non ad construendam definitionem conducunt.*

153 a 4 Verba *τὰ ἄλλα πάντα* respicere videntur ad ea quae dixit 139 a 27—35.

Cap. 3. *Quomodo definitio cogi possit ostenditur,* 23 *quomodo et genus et differentia ex contrariis eliciantur, ut definitio ipsa ex contrarii definitione conficiatur,* b 25 *quomodo casibus et iis quae alio quocunque modo deriventur utendum sit ad definitionem componendam,* 36 *quomodo iis utendum sit quae eandem inter se rationem habeant,* 154 a 4 *quomodo aliarum definitionum comparatio ad definitionem formandam conferat.*

153 a 9 *τὸ τοιοῦτον*, h. e. *τὸν ὅρον*. Similia generis neutrius exempla collegimus ad 4 b 4.

153 a 11 *ἄλλης, τῆς ἀναλυτικῆς*. Cf. vs. 24, ubi respicit ad Anal. post. II, 13. — Vs. 16 alt. *καί*, quod etiam in versione Boethii et vet. intp. omissum est, delevimus. — *ὅτι* vs. 20 negligentius additum est, quum vs. 18 iam adiectum sit *ὡς*. Idem habuimus 47 b 8, de quo loco cf. quae diximus ad 12 b 29 sub fin. Similia notavimus ad 24 a 7, 21 b 29 et ad 14 b 30, quibuscum cf. repetitionem particulae *καὶ* quam habuimus 91 b 23 sq., particulae *ἄν* 140 b 36, particulae *μὲν* 91 b 28.

153 a 30 Ex coniugationibus contrariorum, quas habuimus lib. II. c. 7, ea seligenda est, qua si utimur ad definitionem constituendam, quam facillime definitio nobis concedatur: nam *φανῇ* vs. 31 est *φανερὸς ᾖ*.

153 a 26 Primum, ait, totam definitionem veram esse ita probari potest, ut eius quod rei definiendae contrarium sit etiam contrariam esse definitionem doceamus. Deinde (vs. 32) etiam ita, ut singulas eius partes recte constitutas esse demonstremus eodem utentes argumento, quod a contrariis repetitur.

153 b 4 Non necesse est contrarias species, quae non eidem generi subiectae sint, sed contrariis, contrarias habere differentias: namque species, quarum genera contraria sunt, ambae etiam eandem differentiam habere possunt, quod exemplo iustitiae et iniustitiae probatur. — Monendum est, quod quae leguntur vs. 6 *ὧν δὲ* ..., quamvis per particulam *δὲ* quodammodo opponi videantur iis quae praecesserunt, tamen sensu haud multum ab iis differunt: nam quod dixit *μὴ ἐν τῷ αὐτῷ γένει* idem fere est, ac si dixisset *ἐν ἐναντίοις γένεσι*, quum contraria aut in eodem genere insint aut in contrariis (vs. 16 sq.).

153 b 21 *αἱ δὲ λοιπαὶ αἱ αὐταί.* Nam si definiuntur species contrariae quae eidem generi subiectae sunt, quaedam certe differentiae contrariae esse debebunt, quamquam aliae eaedem esse possunt. Etenim si cum summo genere coniunguntur differentiae contrariae, inde nascuntur genera inferiora inter se contraria sive anonyma sive nominata, quorum differentiae eaedem esse possunt.

Cap. 4. *Qui loci maxime sint utiles.*

154 a 17 reduximus lectionem *τὰ καθ' ἕκαστα*, quam et codd. et pleraeque edd. prr. habent.

Cap. 5. *Cur facilius definitio evertatur quam construatur.* b 13 *Idem etiam de proprietate* (24) *et de genere dicendum est.* 32 *Accidens, si universale est, facilius evertitur* (36), *si particulare, facilius probatur.* 155 a 3 *Definitio omnium facillima est ad evertendum, difficillima ad comprobandum,* 23 *e reliquis omnibus proprietas.* 28 *Accidens vero omnium difficillime evertitur, facillime probatur.*

154 a 29 Nam si praeter genus et differentias inveniuntur quaedam alia quae cum rei definiendae natura necessario coniuncta sunt, definitioni propositae quae e genere et differentiis constructa est aliquid deesse videbitur, ut dubitari possit, num definitio probanda sit. Nam ut definitio cogatur, praeterea

etiam necesse est (quod dixit 153 a 17), ut concedatur genus et differentias solas exprimere veram rei definiendae naturam.

154 a 34 *πρὸς ἕνα*, intelligendum videtur *συλλογισμόν*, quum de cogenda definitione sermo fuerit in antecedentibus.

154 b 5—10 negligentius scripta sunt. Nam primum quidem (quod Buhlius recte animadvertit) vs. 7 pro *τινὸς* scribendum erat *οὐδενός*: nam qui de aliquo eorum de quibus notio definienda praedicetur definitionem ipsam non praedicari docet, is definitionem universam evertere (*καθόλου ἀνασκευάζειν*) dici non potest, quum non universam definitionem, sed unam quandam eius partem refutet: quare aut dicendum erat *κατ' οὐδενὸς ὧν* omissa voce *οὐ* vs. 8 aut *καθ' ὧν* servata negatione, quod ita intelligi posset, ut *καθ' ὧν* dictum esset pro *κατὰ πάντων ὧν*. Deinde etiam quae sequuntur plures habent difficultates. Nam ut sensus exiret huic loco conveniens, scribendum erat *τὸ δ' ἀνάπαλιν οὐκ ἀναγκαῖον, τὸ δεῖξαι ὅτι καθ' ὧν ὁ λόγος κατηγορεῖται τοῦνομα οὐ κατηγορεῖται*. Et haec ultima quidem non recte expressa esse bene observavit Alexander (schol. 291 b 18 sqq.): nam quod legitur vs. 9 *ὅτι ... τοῦνομα κατηγορεῖται*, quamquam ex conversione natum est eius quod habuimus vs. 7 *ὅτι ... οὐ κατηγορεῖται*, tamen huic loco non convenit; apparet enim conversionem fieri debuisse qualem modo indicavimus. Deinde verba *πρὸς τὸ δεῖξαι*, nisi ita interpretari velis, ut significent *πρὸς τὸ ἀνασκευάζειν*, h. e. *πρὸς τὸ δεῖξαι ὅτι οὐχ ὥρισται* (quod durius dictum est), sensum non habent. Nam nemo certe erit qui particulam *ὅτι* cum verbo *δεῖξαι* coniungendam putet, quum verbis *ὅτι καθ' ὧν* explicari appareat id quod modo praecessit, *τὸ ἀνάπαλιν*. Quibus quidem difficultatibus expositis erit fortasse qui invitis codicibus, qui cum Boethii versione conspirant (vet. intp. autem vs. 7 sq. eam lectionem praebet quam Buhlius recipiendam putavit) aut mutanda esse censeat ea quae non recte expressa esse modo exposuimus aut aliena manu intrusa putet quae leguntur vs. 5 *καθόλου* — 10 *καί*. Nos quidem Aristotelis in scribendo negligentiae hoc tribuere non dubitavimus.

154 b 16 *ἐν συμπλοκῇ*. Proprietas rei, ait, non sola definiri solet, sed ita, ut qui proprietatem rei constituat simul eius definitionem plerumquè velit proponere. — Vs. 23 *λέγεται*. Indicativi praesentis similia exempla dedimus ad 32 a 17.

154 b 29 dedimus ἢ τινὶ ἢ παντί. Vulgo pro παντί scribitur μηδενί, quod etiam Boethius habuit, quamquam vet. intp. ἢ μὴ παντί. Nostram lectionem veram esse facile intelligitur, quum μηδενί ab iis profectum esse appareat qui negationem praecedentem cum παντί coniungendam esse non viderent et quod hic legeretur simile esse debere putarent iis quae habuimus vs. 26. Id vero quod dedit Bkkus μὴ παντί non defendi potest nisi ita, ut μὴ παντὶ ὑπάρχειν idem significet quod τινὶ μὴ ὑπάρχειν quod modo praecessit. Quod cur non ferendum sit facile intelligitur e vs. 25 et 26.

155 a 4 Definitio quum plures habeat partes quam genus, proprietas et accidens, et in illa constituenda plura observanda sint quam in reliquis (quod docuit lib. VI. init.), facilius impugnatur quam reliqua.

155 a 22 καὶ τοῦτο... Haec expresse addi non mirabitur qui meminerit quae habuimus 139 b 7 et quae ibi diximus. — Vs. 23 τοιοῦτον, intell. χαλεπώτατον κατασκευάζειν.

Lib. VIII. cap. 1. *Quid in hoc libro agatur.* 7 *Quid philosopho commune sit cum dialectico, quid non.* 17 *Distinguuntur propositiones quae non necessariae disputantibus assumuntur.* 29 *Quae necessariae sunt maxime occultari debent et aliunde cogi.* 156 a 9 *Conclusiones vero non statim, sed postremo conficiendae sunt,* 23 *neque propositiones continuae sumendae;* 27 *definitio non ita proponenda est, ut statim definiatur quod velimus, sed id a quo notio definienda derivetur.* b 4 *Occultandum, utrum per se an propter aliud concedi velis quod quaeras, item utrum affirmari an negari velis.* 10 *E rerum similitudine propositio quam concedi vis elicienda est.* 18 *Traduntur alia quaedam quibus dissimulare possis quod evincere velis.* 157 a 6 *Inductione et divisione ad ornandam,* (14) *exemplis et similitudine ad illustrandam orationem utimur.*

155 b 17 De locis, unde petenda sint argumenta ex quibus evincas quod velis (αἱ ἀναγκαῖαι προτάσεις), egit lib. II — VII. Reliquum est, ut etiam ea exponat, quae, quamquam non necessaria sint ad probandum quod velis, tamen requiruntur, ut disputatio et apte instituatur et rite procedat. — Quid dicat vs. 32 ὄγκον τοῦ λόγου explicat 157 a 6 sqq.

155 b 27 Eas propositiones quas non sumimus, nisi ut occulte-

mus quod conficere velimus, certandi causa proponimus. Namque etiam his utendum est, quoniam ars dialectica omnis in eo versatur, ut convincatur adversarius.

155 b 30 adiecimus *αὐτάς*, quod, quum sensum turbare videatur, a scribentibus consilio omissum esse probabile est. Cur hanc vocem adiiciendam putaverimus, apparebit ex iis quae collegimus ad 12 b 29 et ad 52 a 29.

156 a 1 Propositiones necessariae vel syllogismo vel inductione conficiendae sunt, tum quia sic magis occultatur quod cogere velimus, tum etiam quia, si per syllogismum vel per inductionem (*ἐκείνως* vs. 2) eas probare non valeamus, nihil prohibet, quin ipsas proponamus. Hoc enim semper nobis relinquitur, si illud efficere non possimus. Vs. 3 *τὰς παρὰ ταύτας εἰρημένας* intelligit *τὰς οὐκ ἀναγκαίας* v. 155 b 21. — Vs. 5 Praepositionis omissae exempla v. quae dedimus ad 3 b 13.

156 a 10 dedimus *ταῦτα* pro *ταύτας*, quod alienae correctionis speciem habet. Idem habemus 158 b 3, ubi *ταῦτα* intelligit *τὰς ἀρχάς*. Cf. quae diximus ad 4 b 4 et ad 48 b 34.

156 a 20 Singula membra (propositiones) ex quibus componitur syllogismus, per quem conficimus quod evincere volumus, quam maxime occultantur, si non ea ipsa proponamus ex quibus continuo consequatur quod probare velimus, sed ea ex quibus illa suspensa sint. *ὁ συλλογισμὸς* hic significat ipsam ratiocinationem, per quam conclusio ad quam tendimus efficitur. — *λημμάτων* (vs. 21) et *ἀξιωμάτων* (vs. 23) nullum discrimen est in arte dialectica, quippe quae non quomodo veritatem investigare debeamus nos doceat, sed quomodo refellamus adversarium.

156 a 29 Articulum *τοῦ* ex optt. codd. adiecimus. — Vs. 31 Boethius omisit verba *διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν*. In cod. Guelpherb. et a vet. intp. verba *ληφθείη... ὀλιγωρίαν* omissa esse Buhlius refert, quod per scribentis errorem factum esse apparet. Simul patet in exemplaribus, ex quibus cod. Guelpherb. descriptus sit et quae ante oculos habuerit vet. intp., non defuisse quae Boethius omisit, quum explicari vix posset, quomodo illa excidere potuerint, nisi praecessissent verba *διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν*.

156 b 30 Exspectabas ut diceret *εἰλῆφθαι*, sed scripsit *εἴληπται*, ac si praecessisset *διότι*.

Cap. 2. De inductione quae in disputando adhibeatur. 34 *Quando postulandum sit, ut proferatur obiectio,* (37) *et quomodo proferatur,* b 2 *quomodo ei occurrendum* (24) *vel quomodo depellenda sit.* b 34 *Demonstratio recta praestat ei quae ad absurdum deducit.* 158 a 3 *Proponenda sunt ea quibus occurrere difficile sit.* 7 *Conclusio ut concedatur non peti debet, sed cogi.* 14 *Non omnis propositio universalis est dialectica propositio.* 25 *Idem non plus semel interrogari debet.*

157 a 20 εἴρηται respicere videtur ad ea quae habuimus 105 a 16: quare vs. 21 lectio τούτου, quam ex optt. codd. recepimus, huic loco magis convenire videtur quam τούτων. Nam illa ita interpretanda est, ut dicat se prius iam exposuisse cur syllogismo utendum sit ei qui cum dialecticis disputet, inductione ei qui vulgo aliquid persuadere velit; haec vero ita, ut dicat de syllogismo et inductione se egisse in antecedentibus. — Vs. 25 lectionem optimorum codicum, quam etiam editiones excepta Paciana fere omnes praebent, reduximus.

157 a 21 In aliis quidem facile est propositionem universalem, quam quis per inductionem probare velit, exprimere et ut concedatur petere, in aliis vero qui inductionem facit eo impeditur, quod id quod singulis rebus, quarum similitudine exposita propositio universalis efficitur, commune est nomine caret. Quod ubi fit, de similitudine ipsa facile fallimur.

157 a 37 Postulandum est autem ab eo qui occurrere velit thesi propositae, ut eam rem, de qua ipsa disputetur, solam non excipiat de lege universa, cui similia omnia adstricta esse inductione facta probatur, nisi si revera una sit et sola, cuius exceptio facienda sit. Nam qui eam rem solam excipit de qua certatur dicis causa exceptionem proferre videtur, ne propositionem universalem concedere cogatur. Quare (b 1) ei qui excipiat aut aliud quid praeter id de quo certetur de lege universa excipiendum esse docendum erit aut hoc solum ita comparatum esse, ut excipiendum sit; veluti numerus binarius solus est parium primus, reliqui vero pares numeri omnes non primi.

157 b 6 De particula οὖν et aliis in apodosi adiectis diximus I. p. 336.

157 b 23 Exemplo docet, quomodo non solum id ipsum quod ab adversario excipiatur (ὑγίεια καὶ νόσος) iam in thesi ipsa de regula quae proponatur eximendum sit, sed simul etiam

quaecunque similis reprehensionis ansam praebere possint. Namque in thesi ipsa quod excipitur quam maxime generatim atque universe exprimendum est, ne alio exemplo eiusdem generis allato eandem exceptionem repetat adversarius. Quare quod thesi adiicitur vs. 23 non sic expressit: *ἐὰν μὴ θάτερον ὑγίεια ᾖ θάτερον δὲ νόσος*, sed universe *ἐὰν μὴ συνεπιφέρῃ θάτερον θάτερον*. At, ait vs. 24, non semper exspectandum est donec adversarius exceptionem faciat, sed etiam si simpliciter neget quod proponamus, quamquam aliquid certi nondum habeat quod obiiciat, sed praevideat tantum esse aliquid quod de regula, quam nobis concedi velimus, excipiendum sit, imo propositioni universali quam defendimus statim ab initio id ipsi addere debemus quod excipiendum est, ne adversario exceptionis faciendae copia detur.

157 b 36 *οὐδὲν διαφέρει*. Aliter de hac re statuit Anal. post. I. c. 26, unde haud scio an elici possit, quod Aristoteles, quum Topica scriberet, nondum satis perspectam habuerit veram demonstrationis et syllogismi naturam.

158 a 11 Ex coniectura scripsimus *ὅτι* pro *ὅ τι*. Eandem mutationem fecimus 46 a 37. Nam non iis, qui non videant quid ex propositionibus concessis consequatur, non convinci videtur adversarius, sed iis qui non videant id revera ex iis cogi quod ille coactum esse neget. Opponuntur enim verba *ὅτι συμβαίνει*, h. e. *ὅτι ὡς ἀληθῶς ἔπεται*, ei quod dixit vs. 9, *τῷ ὡς συμβαῖνον ἐπιφέρειν*, ut sententia loci sit haec: *οὐ δοκοῦσιν ἐλέγχεσθαι τοῖς μὴ συνορῶσιν ὅτι οὐ μόνον ὡς συμβαῖνον ἐπιφέρεται τὸ συμπέρασμα ἐκ τῶν τεθέντων ἀλλ' ὅτι καὶ ὡς ἀληθῶς συμβαίνει*. Si quis autem, addit vs. 11, ne speciem quidem syllogismi servet, sed petat ut concedatur id quod cogere debet, adversarius vero neget, minime eum convicisse videbitur.

158 a 14 De propositione dialectica v. lib. I. c. 10.

158 a 29 *εἰ δὲ μὴ ἀποκρινομένου ἕνα λόγον πολὺν χρόνον ἐρωτᾷ, κακῶς πυνθάνεται, ὅτι οὐκ ἐπιτιμᾷ ἢ ἀφίσταται· ἐπιτιμητέον γὰρ τοῖς μὴ ἀποκρινομένοις ἢ ὅλως ἀποστατέον*.

Cap. 3. Principia et extrema difficilia sunt ad impugnandum, facilia ad defendendum. b 5 *Difficilia etiam ad impugnandum quae principio proxima sunt.* 8 *Quae definitiones sint difficillimae ad evertendum.* 16 *Quibus difficultatibus impediri soleat qui adversarii thesin refellat.* 24 *Haud raro*

difficultas in eo est, quod definitio non recte constituta est.
159 a 3 *Num concedenda sint ea quae problemate ipso difficiliora sint.*

158 a 35 ἢ, h. e. εἰ δὲ μὴ διὰ πολλῶν.

158 a 38 Quamquam autem omnis demonstratio a definitione proficisci debet, tamen qui thesin alterius impugnant saepissime in eo peccant, quod neque postulant definitionem rei de qua disputatur, si non data sit, neque datam exactissimo iudicio examinant.

158 b 8 ταῦτα intelligit τὰς ἀρχάς, sicut vs. 3. — Vs. 20 τρόπων et Boethius habet et codices omnes.

158 b 13 διὰ δὲ τὸ..., quia non intelligitur num metaphora ipsa in causa sit, quod definitio sit obscura. Praepositionis παρὰ ea vis est, ut vitii notionem adiunctam habeat: nam verbis παρὰ τὸ κατὰ μεταφορὰν λέγεσθαι definitionem falsam esse significatur, quia metaphora utatur; cf. 47 b 17, 48 a 1 et 24, 49 b 33, 66 a 16, 1404 b 38, 160 b 24, 35, 164 a 19, 168 b 6 παρὰ τοῦτο, i. e. hoc vitio, quod eos latet, decepti: qui quidem usus loquendi frequentissimus est in Soph. Elench. (Top. IX.), quamquam aliis locis (v. e. g. 62 a 4 et 162 a 33) παρὰ idem plane significat quod διά (cf. Trdlbg. de an. p. 398). Alium eiusdem praepositionis usum habemus 602 a 13 συμφέρει δὲ τοῖς κοραξίνοις ὡς εἰπεῖν παρὰ τοὺς ἄλλους ἰχθῦς (plus quam reliquis piscibus) τὰ αὐχμώδη μᾶλλον τῶν ἐτῶν. 1315 a 15 ἔτι δὲ πάσης μὲν ὕβρεως εἴργεσθαι, παρὰ πάσας δὲ (prae ceteris autem) δυοῖν. 470 b 16 πολὺν χρόνον ἐν τοῖς ὕδασι δύνανται διαμένειν παρὰ τὴν τοῦ σώματος ἰσχύν (quamquam corpus ipsum non satis validum sit, ut sub aqua manere possint). 335 b 1 τούτων δὲ τὰ μὲν ἀδύνατον μὴ εἶναι, τὰ δὲ ἀδύνατον εἶναι διὰ τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι παρὰ τὸ ἀναγκαῖον ἄλλως ἔχειν.

158 b 31 Linea quae est parallelos lateri parallelogrammatis ita secat latus ipsum et aream, ut lateris et areae partes eandem inter se rationem habeant. Quod ut probetur, definitione opus est eius quod dicitur ἀνάλογον (τοῦ αὐτοῦ λόγου vs. 35): nam si eandem rationem habent quae ita comparata sunt, ut quot partes ab uno demantur totidem simul etiam demantur ab altero, latus et aream eadem ratione secari ex hac ipsa definitione intelligitur.

158 b 38 Datis elementorum definitionibus facillime demonstrantur prima, quae continuo ex his definitionibus derivantur et

consequuntur. Elementa geometrica hic dicit lineam, circulum et alia huiusmodi. Eundem sensum habuimus 14 a 39, ubi cf. quae diximus.

159 a 1 Sicut in rebus geometricis est, ita etiam in rebus dialecticis se habet. Item atque hoc loco 71 a 5 (*περὶ τοὺς λόγους*) ea quorum non certam quandam disciplinam habemus et de quibus disputare solemus opponuntur iis de quibus dubitari non licet, quum certa eorum scientia constituta sit, sicut mathematicorum.

159 a 3 Quum dixerit de difficultatibus quibus teneri soleant qui adversarium convincere velint, iam quaerit, num adversario concedendum sit, si quid sibi dari velit (*ἀξίωμα ἢ πρότασιν*) quod etiam difficilius sit quam id ipsum de quo disputetur. Nam si illud non concedimus, iniqui esse videbimur in adversarium, quippe a quo postulemus, ut probet quod ipsa thesi difficilius sit; si concedimus, faciliora e difficilioribus adversarius eliciet, quamquam secundum rerum naturam e facilioribus difficiliora semper intelligi et probari debent. Tollitur difficultas eo, quod discenti quidem a facilioribus ad difficiliora progrediendum est, disputanti vero dandum est adversario quodcunque verum videtur sive difficilius est sive facilius eo cuius causa disputatio instituitur: unde apparet (vs. 13) postulandum non esse, ut eadem ponat et sibi concedi velit qui impugnet quod adversarius proposuerit et qui alium doceat.

Cap. 4. De officio interrogantis et respondentis.

159 a 18 Qui thesin impugnat (*ὁ ἐρωτῶν*) efficere debet, ut adversarius quam maxime absurda contendere cogatur, quae consequentia sint eius quod defendat, ei vero qui thesin defendit (*τῷ ἀποκρινομένῳ*) id agendum est, ut doceat non propter vitium a se admissum concedenda esse ea quae absurda dicat adversarius, sed necessario haec confici e thesi quam defendat. Nam a respondente peccatum est, si thesin male defendit; si vero thesis ipsa falsa est, id respondenti vitio verti non poterit. Etenim peccavit quidem, etiam si defendendum sibi proposuit quod falsum est, at certe in respondendo non peccavit, sed alio modo: peccavit enim eo, quod ab initio sumsit pro vero quod falsum est.

Cap. 5. Aliam in disputando rationem adhibere debet qui docere, aliam qui vincere vult, aliam denique qui in rem inquirit. 38 *Thesis aut probabilis est aut improbabilis aut neutra, ut qui thesin refutet cogi debeat vice versa aut quod improbabile sit aut probabile aut neutrum.* b 8 *Quae dare debeat qui thesin improbabilem defendat,* 16 *quae qui probabilem,* 20 *quae qui neutram.* 25 *Quomodo defendendum sit quod non simpliciter probabile sit vel improbabile.* 28 *Quomodo aliena sententia defendenda sit.*

159 a 25 ἐπεὶ δ'... Orationis anacoluthi apodosin habemus vs. 37. Ea autem quae legimus vs. 25 sic supplere licebit: ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἀδιόριστα τὰ περὶ ἀποκρίσεως, h. e. ἐπεὶ δ' οὐκέτι ὥρισται παρὰ τῶν πρότερον γραψάντων περὶ τούτων τίνων στοχαστέον καὶ τίνα δοτέον τοῖς γυμνασίας... (coll. vs. 34 sq.).

159 a 38 Iam iis qui sine studio disputant, ut rei de qua disserant naturam perscrutentur et explorent, haec ratio ineunda est. Alter defendit thesin sive per se et simpliciter omnibus probabilem vel improbabilem vel neque probabilem neque improbabilem sive thesin non simpliciter, sed non nisi alicui probabilem vel improbabilem vel neutram: namque iam non refert utrum thesis simpliciter et omnibus sit probabilis an non sit (ὁπωσοῦν b 2): nam qui respondet eadem concedere et non concedere debet, sive huic sive illi est probabilis sive etiam omnibus. Apparet autem adversario qui probabilem thesin refellat cogendum esse id quod improbabile sit, ei vero qui improbabilem refutet id quod probabile sit. Iam igitur ut apte disputetur, qui thesin simpliciter improbabilem defendit (vs. 9) non dare debet nisi ea ex quibus rite convinci possit, h. e. non nisi ea ex quibus cogi possit quod simpliciter sit probabile (nam qui disserendi artem bene callet, is, quum disputat ut rei naturam exploret, ne concedit quidem adversario ea ex quibus nullo modo cogi posse appareat quod ille velit): quare neque dare debet quae sunt simpliciter improbabilia neque quae minus probabilia sunt quam id quod cogere debet adversarius: nam si quae adversario darentur simpliciter improbabilia essent, thesin refutare non posset, quia ut refutaret cogere deberet quod probabile esset; sin autem quae darentur minus probabilia essent quam id quod cogere debet, non recte refutaret, quia in omni syllogismo ab iis quae probabiliora sunt et notiora pro-

cedendum est ad ea quae minus nota sunt et minus probabilia. — Notandum est, quod τὸ κείμενον vs. 10 thesin, τὸ προκείμενον vs. 14 vero id significat quod cogere vult qui eam evertere studet (τὸ συμπέρασμα). — Si vero (vs. 16) thesis probabilis est, improbabile esse debet quod ab adversario cogitur: quare quum semper danda sint quaecunque probabiliora sint et notiora quam conclusio ipsa, concedenda erunt et quae per se probabilia sunt et quae minus improbabilia quam id quod ille cogere debet.

159 b 23 οὕτω γάρ, h. e. οὕτω γὰρ ἐξ ἐνδοξοτέρων καὶ γνωριμωτέρων τὸ προβληθὲν συμβήσεται ἀποδείκνυσθαι. — Vs. 25 τὴν σύγκρισιν dicit comparationem eorum quae a nobis concedi sibi vult adversarius cum iis quae simpliciter vel non simpliciter sunt probabilia et improbabilia: namque si thesis quam defendimus est simpliciter improbabilis, dare debemus quae simpliciter probabilia sunt; sin autem non simpliciter, sed non nisi alicui improbabilis sit, dare debemus non quae simpliciter probabilia sint, sed quae eidem probabilia videantur.

159 b 34 Idem faciunt qui quod alius proposuit defendendum suscipiunt: ponunt enim omnia quae ab illo ad thesin defendendam prolatum iri putant.

Cap 6. *De concedendis et recusandis iis quae ad rem pertineant et quae non.*

160 a 7 συμβαίνειν, intell. id quod cogere velit adversarius, τὸ ἐλέγχεσθαι τὴν θέσιν. — Vs. 11 οὐδὲν δόξει... quod respondentis officium esse dixit 159 a 21. — Vs. 12 προορῶν, intell. τὸ συμβαῖνον ἐξ αὐτῶν.

Cap. 7. Quid respondenti faciendum sit, si quod adversarius dicat obscurum sit vel ambiguum.

160 a 24 Priori particulae μὲν respondet δὲ quod habemus vs. 29. Si ambiguitatem eius quod adversarius dixit perspicimus, quod ambigue dicitur concedendum est, si quod de notione ambigua dicatur utrovis sensu admisso verum sit; si vero falsum sit quod adversarius dicat, si altera notionis ambiguae significatio sumatur, verum autem, si altera, indicandum est quo sensu recte dici possit quod ille contendat, quo sensu falsum sit.

Cap. 8. Dicis causa contradicit qui neque habet quod inductioni factae obiiciat neque unde probet contrarium.

160 a 35 Oratio *ἀνακόλουθος* est: nam in apodosi particula *οὖν* additur vs. 39, de qua v. quae diximus I. p. 336. Quum omnis propositio quam adversarius proponat aut per se ipsa ad thesin refellendam utilis sit aut eius causa sumatur quod, si ex ea eliciatur, ad illam refutandam conducat — apparet autem non per se, sed propter alia sumi singula ex quorum similitudine propositio universalis derivetur —, is qui respondet singula quidem concedere potest, quamquam contra propositionem universalem quae inde derivetur exceptionem facere debet. Quam si non in promptu habet, dicis causa contradicere videbitur.

160 b 3 recepimus lectionem *φαινομένου*, quam praestare facile intelligitur. Eandem habet vet. intp. Quod Aristoteles dicit est hoc. Si in multis singulis rebus conspicuum est id quod per inductionem universale facere vult adversarius... — Item vs. 8 et 10 optimos codices in lectione constituenda secuti sumus. Ne quis vs. 10 *ἐνίστασθαι* pro *ἔνστασιν* scribendum putet, quia sequatur infinitivus *ἀντεπιχειρεῖν*, conferat quae habemus 167 a 5, ubi similiter coniungitur *διὰ τὸ πάρεγγυς τῆς λέξεως καὶ μικρὸν διαφέρειν...*, quamquam utrumque infinitivo exprimi poterat *διὰ τὸ ὁμοίαν εἶναι τὴν λέξιν καὶ μικρὸν διαφέρειν'...*

160 b 6 *καίτοι...*, quamquam ne hoc quidem (intell. ut aliam demonstrationem opponamus, qua probetur contrarium) ad solvendam difficultatem, in quam per adversarii demonstrationem inducimur, sufficit. — Monendum est, quod sequente particula *γὰρ* non exponitur causa eorum quae proxime antecesserunt, sed docetur quomodo et cur fieri possit, ut argumentationi qua adversarius usus sit aliam opponere liceat ex qua, quamquam non perspiciatur qua in re peccaverit ille, tamen contrarium verum esse intelligatur: namque, ait, non propterea quod Zeno (de cuius argumentis v. Phys. VI, 9) motum non dari docuit, nihil moveri putamus, ut appareat aliam demonstrationem dari, quae contrarium verum esse ostendat. Hanc igitur adversario opponere debebit qui non habet unde ipsius argumentationem refellat. Bene cohaererent omnia, si scriptum exstaret *καίτοι οὐδὲ τοῦτ'* (intell. *τὸ ἀνανεύειν μὴ ἔχοντα ἀντεπιχειρεῖν*) *δεῖ δυσκολαίνειν ἐστίν.*

Aliquid huiusmodi certe in mente habuisse videtur Aristoteles.

160 b 12 *ἀπόκρισις παρὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους*, h. e. responsio eius qui neque exceptionem habeat neque demonstrationem contrarii.

Cap. 9. *Utile est disputanti ipsum secum reputantem thesin et definitionem sibi proponere*, 17 *id vero quod improbabile est non defendere.*

Cap. 10. *Si quid falso coactum est, causa ob quam hoc factum sit, investiganda est.* 161 a 1 *Quattuor modi sunt quibus impediri potest, quominus cogatur*, 13 *quamquam optime hoc non fit nisi detecta erroris causa.*

160 b 29 *τὸ ἀξίωμα*, intell. *τὸ ἀναιρεθέν*, propositionem minorem, quam vs. 32 significat pronomine *τοῦτο*.

161 a 1 Primum modum, quo impedire possimus, quominus conficiatur syllogismus, per quem adversarius thesin refellat, in antecedentibus exposuit; secundus est, si, quamquam nos lateat cur falsum sit quod adversarius sumserit, eum reprehendamus, quod argumentationem qua thesin refutet ad finem perducere nesciat; tertius est, si quae adversario concessa sint (*τὰ ἠρωτημένα*) ad thesin redarguendam non sufficiant, sed si praeter illa etiam alia propositione opus sit quae ut sibi detur adversarius non petiit: quare vs. 9 *εἰ δὲ δύναται* ita intelligendum est, ut sit *εἰ δὲ δύναται μέν, μὴ γίνεται δὲ ὃ βούλεται ἐκ τῶν ἠρωτημένων μηδενὸς προστεθέντος*. — Vs. 9 sicut 160 b 24 optimos codices secuti a Bkki lectione recessimus.

Cap. 11. *Aliud est ipsa argumenta reprehendere, aliud reprehendere disputantem qui illis utatur.* b 19 *Recensentur vitia argumentationis ipsius.* 34 *Argumentatio, quamvis per se reprehendenda sit, interdum tamen melior esse non potest ratione habita eius quod probatur.* 162 a 12 *Per ratiocinationem quae aliquid probat quod cum thesi omnino non cohaeret, sed reapse ab ea diversum est, thesis non refellitur.* 19 *De probabilitate conclusionis.* 24 *Peccat qui aliquid per ambages cogit vel ex iis quae non patefaciant qua ratione coactum sit.*

161 a 17 Male disputetur necesse est, quamquam sine vitio disputantis, primum si adversarius nihil concedat eorum ex quibus thesis rite refelli possit: nam quum disputatio et ex iis

suspensa sit quae concedantur et e ratione qua concessis utatur adversarius, si ille obstinate neget quaecunque huic utilia esse possint, bene disputari non posse apparet: nihil enim relictum erit disputanti quam ut illum re ipsa de qua agatur neglecta quo modo cunque redarguere studeat. Deinde (vs. 25) si thesis vera nobis evertenda est, etiamsi optime disputemus, neque quod verum sit cogere neque omnino bonis argumentis uti licebit: nam qui disputat non ex ipsa veritate, sed ex iis quae ab adversario probentur et concedantur, argumenta petere debet, ut interdum etiam (vs. 30) falsam thesin falsis argumentis refellere debeamus, si falsa adversario magis probentur quam vera. Quamquam igitur falsis argumentis interdum utendum est disputanti, tamen cavendum est (vs. 33) ne argutiis et paralogismis adhibitis ad aliena disputationem traducat (cf. 162 b 8 sqq. et Anal. post. I. c. 7), ut qui rem geometricam per argumenta probet quae a geometria aliena sint.

161 b 11 Deinde quum saepius accidat, ut homines ipsi secum reputantes repugnantiam a se admissam ipsi non perspiciant vel non demonstratum sumant quod probare velint, et pravam non esse non posse disputationem in qua aliquid huiusmodi accidat et non disputantis, sed respondentis vitio hoc fieri apparet. — Vs. 16 *τὰ μὲν οὐ διδούς*, h. e. ea quidem ex quibus rite redargui possit thesis quam ipse defendat (*ὁ ἀποκρινόμενος*) non concedens, dum concedat ea (*τὰ δὲ τοιαῦτα*) quae cum thesi ipsa aperte pugnent vel ea ex quibus per petitionem principii quae dicitur thesis refellatur. — Monendum est, quod vs. 17 *τοῖς ἐρωτῶσι* idem est quod *τοῖς διαλεγομένοις*: nam inde a vs. 11 exposuit quomodo qui respondeat interdum solus in causa sit, ut male disputetur, vs. 2 autem indicavit quomodo fiat, ut qui interroget pravae disputationis auctor sit. Quare quod hic dicit *φανερὸν οὖν*... non ex iis quae proxime antecesserunt inde a vs. 11 colligit, sed addit, ut summam complectatur eorum quae inde ab initio huius capitis disputavit.

161 b 19 A gravissima reprehensione ad leviora pergit. Idem facit 162 b 3 sqq. Primum reprehendit argumentationem quae ex propositionibus improbabilibus vel falsis nihil cogat, neque si quid addatur neque si quid dematur, tum eam quae ex propositionibus improbabilibus vel falsis aliud quid cogat quam id

quod debeat, deinde eam quae cogat quod debeat, si quid adiiciatur quod minus probabile sit quam id quod demonstretur, (*καὶ* vs. 28 explicandi vim habet. Similia dedimus ad 93 b 26), vel si quid dematur (vs. 30 *τῷ ταῦτ' εἶναι*, v. quae diximus ad 24 b 18), denique eam quae probabilia ex improbabilibus vel faciliora ex difficilioribus colligat (coll. 159 b 8 et 71 b 21).

161 b 34 Iam ostendit aliud esse ipsam argumentationem reprehendere, aliud reprehendere id quod per eam probetur: nam qui argumentationem reprehendit quatenus confecit quod revera ex ea efficitur, non ipsam reprehendit, sed id quod per eam demonstratur. Quare (vs. 40) argumentatio quae per se spectata merito reprehenditur, eius quod probari debet ratione habita interdum laudanda est, si ea ex quibus melius colligeretur quod probandum erat ab adversario non dantur vel si quod defendimus falsum est, ut non nisi falsis argumentis comprobari possit. Contra argumentatio per se bona vituperanda est problematis ratione habita, si id, ad quod difficilia et improbabilia argumenta adhibuimus, facile effici poterat e multis argumentis iisque veris et probabilibus.

162 a 5 *εὐηθῶν*, h. e. *ἀδόξων*. Nam per se intelligitur alteram lectionem quam Magentenus commemorat (v. I. p. 75) reiiciendam esse. Idem dicendum est de lectione quam habuit Alexander 159 a 5 (v. schol. 293 b 24) et de varietate quam indicat schol. 294 b 41. Sententia haec est. Qui non cogit melius argumentatur quam qui cogit, si hic ex improbabilibus colligat quod probabile sit, ille vero, ut conficiat quod velit, non nisi probabilibus quibusdam iisque veris propositionibus ab adversario sibi non concessis egeat (cf. b 2), quibus ipse nervus demonstrationis non contineatur.

162 a 9 *οὐ δίκαιον ἐπιτιμᾶν*, intell. si propositiones falsae, ex quibus vera conclusio eliciatur (cf. Anal. pr. II, 2), ab adversario concedantur et magis ei probentur quam propositiones verae ex quibus idem confici possit.

162 a 12 Si quid, ait, demonstratur et si est alia propositio quae ab eo quod demonstravimus revera diversa est neque ullo modo cum eo cohaeret, idem syllogismus per quem illud effecimus non simul etiam hanc propositionem demonstrabit: nam eadem demonstratio ab alio ad aliud quod genere diversum est transferri nequit (cf. b 8 sqq. et Anal. post. I. c. 7), ut, si quando utrumque per eandem demonstrationem con-

fectum esse videatur, hoc non nisi per sophisma factum esse possit. — *περὶ ἐκείνου* vs. 14, quum omnes codices praebeant (vet. intp. habet „de illo", Boethius „ex illo"), pro *παρὰ ἐκείνου* recipere non dubitavimus. Significatur autem pronomine *ἐκεῖνο* id quod non confectum est, sed confici debebat, *τὸ μηδαμῶς ἔχον πρὸς τὸ συμπέρασμα.*

162 a 21 *τὸ δὲ μηδετέρως*, h. e. *τὸ δὲ μήτε δοκοίη μήτε μὴ δοκοίη* sive *τὸ δὲ μήτε ἔνδοξον εἴη μήτ' ἄδοξον.* — Vs. 22 *εἰ μὲν ὁμοίως τὸ μὲν δοκοίη τὸ δὲ μήτε δοκοίη μήτε μὴ δοκοίη, ἢ εἰ ὁμοίως τὸ μὲν δοκοίη τὸ δὲ μὴ δοκοίη, τὸ συμπέρασμα ὁμοίως ἂν εἴη ἔνδοξον καὶ ἄδοξον.* — Vs. 24 Boethius „ad syllogismos", vet. intp. „circa orationem".

162 a 26 Veluti si quis aliam opinionem alii praestare, quatenus utraque sit opinio, demonstraturus sic argumentetur. Idea cuiusque rei naturam maxime exprimit, datur autem vera de idea opinio, quare idea rei naturam melius refert quam singula quae eodem nomine appellantur. Quum autem ipsa rei natura altiorem gradum admisit, etiam id quod ad eam refertur altiorem gradum habere debet. Porro idea opinionis, quae subtilior est et accuratior singulis, vera est. Posuimus autem et opinionis ideam veram esse et ideam cuiusque rei naturam maxime exprimere: unde consequitur hanc opinionem (ideam opinionis intell.) accuratiorem esse. — Lectionem quam dedimus vs. 24 optimi codices et edd. prr. omnes praebent. Eandem Boethius videtur habuisse. — Vs. 32 eiecimus verba *ἢ μάλιστα ἀληθὴς* quae explicationis gratia ex antecedentibus videntur illata esse: nam verba *ἢ μάλιστα* et in versione Boethii et vet. intp. et in quibusdam editionibus prioribus omissa sunt. Alexander (schol. 295 a 11 sq.) non habuit quae delevimus. Ut ideam significet, plerumque Aristoteles eam notionem cuius idea significatur cum pronomine *αὐτὸ* ita coniungit, ut novum vocabulum fingat: 137 b 6, 991 a 29, b 19, 1096 a 35 *αὐτοάνθρωπος*, 137 b 11 *αὐτόζῳον*, 990 b 32 *αὐτοδιπλάσιον.* Aliis locis pronomen *αὐτὸ* cum voce ipsa non connectit: 1001 a 22 *εἰ δὲ μὴ ἔστι τι ἓν αὐτὸ μηδ' αὐτὸ ὄν...* Ib. 17 *εἰ δ' ἔστι τι αὐτὸ ἓν καὶ ὄν...* 204 a 17 *αὐτὸ ἄπειρον.* 985 a 10 *αὐτὸ ταγαθόν.* 997 b 8 *αὐτὸ γὰρ ἄνθρωπόν φασιν εἶναι.* Cf. quae habuimus 147 a 8 sq. 987 b 18 *τὸ δὲ εἶδος αὐτὸ ἓν ἕκαστον μόνον.* De voce *αὐτοέκαστον*, quam habemus 162 a 27, 31, 1096 a 35 al., v. Zell ad Ethic.

Nicomach. I, 6, 5. Aliam esse notionem vocis *αὐθέκαστος* (v. 1127 a 23 coll. 703 a 33 *αὐτὸς ἕκαστος ποιεῖ τὰ αὑτοῦ ὡς τέτακται* et 1114 b 6 *αὐθαίρετος*) idem docuit ib. VI, 7, 4. — 162 a 28 simplici pronomine *αὐτό* idea significatur; idem factum est 178 b 37 *παρ' αὐτόν*.

Cap. 12. *Quae argumentatio sit perspicua,* b 3 *quae falsa.* 16 *Num argumentantis vel argumentorum sit vitium, si falsa sit.* 25 *Quae in examinanda argumentatione spectanda sint.*

162 b 2 dedimus *συμπεραινόμενος* (intell. *ὁ λόγος*, qui et subiectum est verbi sequentis *ἐλλείπει* et praecessit a 35. Idem subiectum etiam habemus vs. 9 et 23), quod et optimi codices praebent et sensus postulat (Boethius habuit *συμπεραινόμενα*, vet. intp. vertit: „est autem per conclusiones conclusum"): nam *συμπεραινόμενα* ad nihil aliud referri posset quam ad *εἰλημμένα*. Quamquam autem *εἰλημμένα* etiam ea dici possunt quae coguntur, tamen, quum hic agatur de argumentatione quae non ex iis ipsis quae concessa sint continuo cogat quod velit, sed ex iis quae ex concessis coacta sint (h. e. ex prosyllogismorum qui dicuntur conclusionibus, quae ad novum syllogismum faciendum copulentur), apparet *εἰλημμένα* hic ea intelligi quae non extorqueantur adversario per syllogismos, sed quae sponte ab eo concedantur. Non satis perspicue Aristoteles expressit quod voluit. Clarius certe dixisset: *ὅταν εἰλημμένα μὲν ᾖ ἐξ ὧν ἀναγκαῖον εἶναι* (*τὸν λόγον* intell.), *ἐξ αὐτῶν δὲ* (*τῶν εἰλημμένων* intell.) *μὴ συμπεραίνηται δ δεῖ δεικνύναι*, h. e. *ὅταν διὰ τῶν εἰλημμένων οὐ συνεχῶς συμπεραίνηται αὐτὸ τὸ προκείμενον ἀλλ' ἕτερά τινα συμπεράσματα, δι' ὧν μέσων ἀποδεικνύηται ἐκεῖνο.* Unde apparet *τὰ εἰλημμένα* hic non ea dici quae cogantur ex iis quae ab adversario concessa sint: nam si haec intelligerentur, non dici possent *διὰ συμπερασμάτων συμπεραινόμενα*, sed *διὰ τῶν δοθέντων συμπεραινόμενα*. Quare si *εἰλημμένα* sunt quae non coacta dantur ab adversario, eadem *διὰ συμπερασμάτων συμπεραινόμενα* dici nullo modo possunt. — Eosdem codices secuti sumus vs. 4 et 7.

162 b 16 Arctissime haec cohaerent cum iis quae proxime antecesserunt. Nam quum vitiosam dixerit demonstrationem quae falsis argumentis utatur, iam exponit qua ratione falsae propositiones argumentanti admittendae sint. Namque, ait

(vs. 18), demonstrationem quae fit ex propositionibus falsis multis argumentationibus veris iure praeferimus, velut si ad absurdum deducentes utimur propositionibus falsis quidem, sed valde probabilibus, ex quibus colligimus id quod absurdum est et veritati repugnat. Apparet igitur per deductionem ad absurdum primum quidem redargui aliquid veri et everti, sed hoc per hypotheticam quandam argumentationem non evertitur nisi eo consilio, ut id quod verum sit iam inde eliciatur. Nam ex hoc ipso, quod, si illa argumentatio admittatur, aliquid veri evertendum sit, probatur verum esse non posse id quod ab initio sumsimus et a quo demonstratio profecta est. Ex eo igitur, quod ex hypothesi data aliquid veri falsum esse consequeretur, aliud quid (intell. id quod hypothesi repugnet, *ἑτέρων ἀληθῶν* vs. 20) verum esse demonstramus. Unde patet (vs. 22) eam argumentationem quae ex propositionibus falsis iisque valde improbabilibus aliquid veri colligat deductioni ad absurdum, quae e falsis falsi aliquid cogat, longe postponendam esse. Talis argumentatio vero (eam intell. quae propositionibus falsis utatur iisque improbabilibus) etiam aliquid falsi cogere potest. Quod si fiat, plane eam reiiciendam esse apparet (quod significavit iis quae addit vs. 29). — Vs. 17 adiecimus ex optimis codicibus quod in reliquis omissum videtur, ne quid reperiretur in Aristotele quod abesse posset. — De numerorum mutatione vs. 19 *καθ' αὑτὸν — ἀποδεχόμεθα* diximus ad 28 a 6 et ad 69 b 3. — Vs. 29 *ἢ ἁπλῶς ἢ τοῦ πράγματος*, h. e. *ἢ καθ' αὑτὸν ἢ πρὸς τὸ προβληθέν* (161 b 39).

Cap. 13. *De principii petitione.* 163 a 14 *De petitione contrariorum.* 24 *Quid intersit inter utramque exponitur.*

162 b 32 respicit ad Anal. pr. II. c. 16. — Vs. 35 *αἰτήσει* in suspicionem incurrit coll. 163 a 2, 3, 6, 10. Fortasse scribendum est *αἰτήσειεν* vel *αἰτήσαι*, quamquam de lectione vulgari, quam optt. codd. tuentur, aliquid mutare noluimus, quum ferri certe possit. — Quod dedimus 163 a 9 *πρόβλημα* etiam Boethius habet, non habet vet. intp.

163 a 24 *ἡ ἀντικειμένη ἀντίφασις*, binarum propositionum oppositio quae repugnantiam habet. De *ἀντιφάσει* diximus ad 17 a 33.

Cap. 14. *Ad exercitationem disputandi consequendam conversione syllogismorum utendum est.* 31. *Perscrutandum quomodo quaeque thesis et defendenda sit et impugnanda.* b 17 *Maxime parati esse debemus ad ea quae saepissime in quaestionem veniunt et a quibus primis disputatio orditi solet.* 34 *Una adversarii argumentatio in plures dividenda* (164 a 3) *et quam maxime universalis facienda est,* 6 *dum ipsi nostram quam minime universalem facere debemus.* 12 *Quomodo inductione et quomodo ratiocinatione utendum sit.* 16 *Quis sit finis exercitationis.* b 8 *Non cum quovis adversario exercitationis gratia disputandum est.* 16 *Ad problemata difficillima argumenta nobis parata esse debent.*

163 a 30 De conversione syllogismorum v. Anal. pr. II. c. 8. — Conversio, ait (vs. 30), propterea utilis est, quod ex ea intelligi potest, quomodo thesis (*τὸ λεγόμενον*), quam defendat adversarius, redargui possit (ostendit enim conversio utram propositionem falsam sumserit adversarius, si conclusio — thesis quam impugnamus — falsa sit), deinde quod patefecit quomodo pauci termini ad plures argumentationes conficiendas adhiberi possint.

163 a 37 Quaerenda sunt argumenta in utramque partem utilia et, si inventa sint, quomodo redargui possint investigandum. Eligentes simul (b 4) argumenta, quibus eandem thesin, quam modo defendimus, impugnare possimus, utraque argumenta iuxta ponere et inter se comparare debemus, ut appareat utra sint potiora. Patet inde quomodo interpretanda sit lectio quam ex optt. codd. recepimus. Vet. intp. lat. videtur habuisse *παραλλήλα τε ἐκλεκτέον τὰ πρὸς τὴν αὐτὴν θέσιν ἐπιχειρήματα.* Vertit enim: „alternatim eligendum quae sunt ad eandem positionem argumenta". Quae quidem lectio inde orta videtur, quod primum quidem excidit verbum *παραβάλλειν* per scribentis negligentiam, quae simili initio vocis praecedentis *παράλληλα* excusari videtur. Quo facto participium *ἐκλέγοντα* cur mutari debuerit in *ἐκλεκτέον* in promptu est. Boethius quid legerit incertum est, quum vertat: „sensim comparanda sunt quae attinent ad ipsam positionem argumenta". — Duplicem autem (vs. 5) habet utilitatem qui in utramque partem disputare scit: unam, quod adversarium redarguere eique quodcunque velit extorquere possit, ut facili negotio eum confundat, alteram (vs. 9), quod qui videat

quid cuiusque propositionis sit consequens, veritatem ipsam facilius cognoscat: relictum est enim ad inveniendam veritatem, ut e duabus propositionibus quae inter se pugnent alteram recte eligat, alteram reiiciat. — De *εὐφυΐᾳ* v. quae dixit Biese II, p. 278. not.

163 b 22 Quum vs. 17 utile esse dixerit, si quis de iis problematis, de quibus maxime disputari soleat, disserere sciat, iam ea argumenta, quibus maxime uti soleant disputantes — locos intell. quos in prioribus libris exposuit — in promptu nobis esse debere ostendit. Haec enim elementa sunt (cf. quae diximus ad 84 b 21) in quibus maxime exercitari debet qui apte disputare velit, sicut in geometria optime versatus esse debet in elementis qui ad difficiliora et reconditiora velit ascendere. — Vs. 23 *οἱ ἄλλοι λόγοι* sunt ii qui non pertinent ad ea quae plerumque tractari solent et quae prima sunt et probabilia. Haec enim commemoravit in antecedentibus.

163 b 25 Adiecimus particulam *καὶ* ante *μέγα*, quam etiam Boethius habet: optime enim haec lectio habet, si locum ita intelligas, ut infinitivus *ἔχειν* sicut *γεγυμνάσθαι* quod praecessit pendeat a verbo antecedente *πρὸ ἔργου ἐστίν*, ad sequentia vero mente repetatur particula *ὥσπερ*, ut sententia haec sit: *καὶ ὥσπερ τοῦτο* (intell. *τὸ περὶ τοὺς κεφαλισμοὺς προχείρως ἔχειν*) *μέγα διαφέρει πρὸς τὸ...*, *ὁμοίως καὶ...*

163 b 29 Nam ut loci memoriae traditi rerum ipsarum memoriam nobis reducunt, ita etiam loci dialectici quos in antecedentibus exposuimus ansam nobis praebent ad conficiendum id quod volumus: faciunt enim, ut certas propositiones et argumenta definita et numerata ante oculos habeamus, quae nobis indicent quo quidque referamus et quo intuentes ab eo quod nobis propositum sit minus aberremus. — De significatione pronominis *αὐτὸς* diximus ad 6 a 8. — *ταῦτα* vs. 30 intell. *τὸ πρόχειρον εἶναι καὶ ἐξεπίστασθαι* vs. 27 sq.

163 b 34 Ex una adversarii argumentatione plures faciendae sunt (sic enim demonstratio quam facere debet longior erit et difficilior), quod fieri debet quam occultissime, ut adversarium lateat ab eo de quo disputetur sermonem transire ad alia quae ab illo quam longissime remota et quam minime cum eo cognata sint. Praecipue autem hoc fieri potest in iis quae maxime universalia sunt. Haec enim quam plurimas divisiones admittunt. Quare (164 a 3) etiam quod adversa-

rius de parte pronuntiavit, id universale faciendum est, ut una adversarii argumentatio in plures dividi possit. Item etiam oratori quod de parte dictum est universe pronuntiandum est. (De enthymemate v. quae diximus ad 70 a 3.)

164 a 11 *τῶν καθόλου*, quod aliena manu correctum esse non est verisimile, quum vs. 10 legatur *τοῦ καθόλου*, omnes codices praebent et quaedam edd. prr. — Vs. 15 *ἐν τούτῳ* etiam Boethius et vet. intp. habuerunt. — Vs. 19 *καὶ παρὰ τί ἑκάτερον*, h. e. *καὶ διὰ τί συμβέβηκε τὸν μὲν ὀρθῶς ἔρεσθαι τὸν δὲ μὴ ὀρθῶς*. Unde apparet immerito Iul. Pacium reprehendi a Buhlio, quod verterit: „et qua ratione utrumque acciderit".

164 b 5 Quomodo ferri possit quod Bkkus dedit *ἐν ὅλῳ* invitis codd. optt. equidem non intelligo. Nostram lectionem etiam Boethius praebet et vet. intp.

Lib. IX. Quae inscribi solent *περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων*, ea nos Topicorum librum nonum fecimus, sicut neque libro III, quem Io. Italus et alii interpretes inscribunt *περὶ τῶν συγκριτικῶν τόπων*, peculiaris titulus praeponi solet, quem libro nono additum esse ex ipsa libri celebritate facile explicatur. Alexander (schol. 296 a 12, 21 et 29) et Boethii versio titulum *σοφιστικοὶ ἔλεγχοι* exhibent, auctor vero scholii quod dedimus I. p. 42 cod. Marc. 257 ad 20 b 26 librum Topicis adnumerandum putavit. Quod quo iure fecerit ex iis apparet quae legimus 170 b 9, ubi Aristoteles ostendit dialecticum scire debere qua in re posita sit argumentatio sophistica, coll. 172 b 6: unde patet artem sophisticam pro dialecticae parte habendam esse. Deinde quae leguntur 183 a 37 sqq. ad Topicorum initium respicere manifestum est: epilogum enim qui in fine libri sophist. elench. additur simul Topicorum epilogum esse in primis ex iis intelligitur quae habentur 183 b 10—15. Accedit quod 172 b 27 Aristoteles nos remittit ad Topic. II. c. 5 dicens *καθάπερ ἐλέχθη πρότερον* (cf. quae dicemus ad 166 b 14), quod non fecisset, nisi hic liber cum Topicis arctissime coniunctus esset: namque in hoc item atque in Topicis investigantur *τόποι*, ex quibus aliquid cum quadam veritatis specie probari possit (v. 169 a 18, 170 a 35, 172 b 25, 173 a 7): quare etiam in hoc libro vocabulo *στοιχεῖα*, quo loci significantur unde argumenta petantur, eodem sensu Aristoteles utitur atque in Topicis (v. 172 b 21 et 31).

Praeterea v. quae de coniunctione artis dialecticae et sophisticae diximus supra ad init. Top., imprimis ea quae ex ipso Aristotele (1355 b 15) adscripsimus. Eandem coniunctionem produnt quae de syllogismo ἐριστικῷ dicuntur initio Topicorum (100 b 24 sqq.). Denique si liber quem de sophisticis elenchis Aristoteles conscripsit a Topicis separandus esset, etiam ea quae Rhetoric. II. c. 24 sq. de enthymemate sophistico disputantur a libris rhetoricis seiungi deberent. Quae quum ita sint, hunc librum Topicorum nonum facere non dubitavimus, praesertim quum iam Iul. Pacius Aristotelem verbis ἐν τοῖς Τοπικοῖς 65 b 16 (ubi v. quae diximus) ad eundem respicere recte observaverit. Quare iam ipsi probare non possumus quod diximus ad 20 b 22 sub fin., ubi Aristotelem verbis ἐν τοῖς Τοπικοῖς 20 b 26 ad Topic. VIII init. respicere diximus, quum appareat ea in mente eum habuisse quae leguntur 175 b 39 sqq. et 181 a 36.

Cap. 1. *Non semper sunt veri syllogismi qui syllogismorum speciem habent*, 165 a 5 *cuius rei quae potissima sit causa exponitur.* 19 *Qui scientiam quaerit veritatem persequitur, sophista speciem veritatis.* 34 *Quae agantur in sequentibus.*

164 a 22 ἀρξάμενοι κατὰ φύσιν ἀπὸ τῶν πρώτων. Cf. quae dedimus ad 93 a 16.

165 a 2 Codices fere omnes et editiones priores pleraeque habent ἐξ ἀνάγκης τι, non τι ἐξ ἀνάγκης quod Bkkus dedit. Verba διὰ τῶν κειμένων in quibusdam libris et in vet. intp. per scribentium negligentiam omissa sunt, quae cur abesse non possint ex iis apparet quae habuimus 24 b 18, ubi conf. quae diximus.

165 a 3 Redarguit qui colligit quod repugnat ei quod ab adversario coactum est (τὸ συμπέρασμα). Cf. 66 b 10 sq. — Quod vero non revera semper refutant qui refutare videntur, eius rei una causa (τόπος vs. 5) eaque potissima reique ipsi maxime consentanea in eo est, quod qui disputant non res ipsas, sed verba tantum quae illas repraesentant proferre possunt. Quoniam autem verborum finitus, rerum vero infinitus est numerus, et eadem oratione et uno eodemque nomine plures res significentur necesse est (vs. 13). Quod quidem in redarguendo vitium b 24 appellat τὸ παρὰ τὴν λέξιν.

165 a 10 τὸ δ' οὐκ ἔστιν ὅμοιον. Non recte haec interpretatur Alexander schol. 297 b 1: patet enim ex sequentibus sensum

huius loci hunc esse: *οὐκ ἔστι δ' ὅμοιον τὸ ἐπὶ τῶν ὀνομάτων συμβαῖνον καὶ τὸ ἐπὶ τῶν πραγμάτων.*

165 a 19 omisimus particulam *μὲν* ante *οὐκ*, quam neque codd. neque Boethius neque vet. intp. habuerunt. Eandem etiam plures editiones priores omiserunt. Accedit, quod in eadem constructione vs. 21 sq. *μὲν* non adiectum est.

165 a 24 *ὡς ἓν πρὸς ἓν εἰπεῖν*, h. e. *ὡς εἰπεῖν συγκρινόμενον πρὸς ἄλληλα τὰ τῶν διαλεγομένων ἔργα*, intell. *τὸ τοῦ ἐρωτῶντος ἔργον πρὸς τὸ τοῦ ἀποκρινομένου.*

165 a 29 *τὸ τῶν εἰρημένων λόγων γένος*, h. e. *τὸν εἰρημένον τοῦ διαλέγεσθαι τρόπον*, eam disserendi rationem qua quodcunque placeat et demonstrare et refellere possint. Qua in re si veritatis speciem servare sciant, consequentur quod propositum habent: nihil enim agunt, nisi ut ab imperitis pro sapientibus habeantur.

Cap. 2. Quattuor sunt sermonum genera. Quam rationem habeat hic liber ad Analytica et ad reliquos libros Topicorum exponitur.

Ars syllogistica, quam Aristoteles tradidit in Anal. pr. (conf. quae diximus ad Anal. pr. I. c. 30) triplicem habet usum: adhibetur enim aut ab eo qui docet ad ipsam veritatem investigandam — quare quomodo scientiae principia invenienda sint et constituenda ostendit Aristoteles in Anal. post. — aut ab iis qui disputant sive ut videant quomodo thesis aliqua defendi et quomodo impugnari possit sive ut quam uterque in disputando facultatem habeat explorent (*ἢ σκέψεως ἢ πείρας χάριν*, qua re artem dialecticam quae proprie dicitur contineri et ab Analytica et a sophistica distingui docuit Top. VIII, 5), aut ab iis qui adversarium quo modo cunque redarguere velint, quod quomodo fiat iam in hoc libro exponetur. — Distinguuntur *διαλεκτικοὶ* et *πειραστικοὶ λόγοι*, quamquam de utrisque egit in Top. lib. I—VIII: ambo enim colligunt ex propositionibus probabilibus, illi quidem ex iis quae omnibus probari solent, hi vero ex iis quae probantur adversario (165 b 3—6).

165 b 2 Particulam *οὐκ* Boethius et vet. intp. habent, quamvis delenda videatur coll. 159 a 29. Repugnantia utriusque loci tollenda videtur hoc modo. Qui discit non nisi ea ponere debet quae ipse probet et persuasa habeat, quamquam qui

docet, ut demonstratio quam conficere velit intelligatur ab eo qui discat, argumentationem non ab iis incipere debet quae a discente concedantur ut probabilia, sed a veris scientiae quam tradere velit principiis: nam vera doctrina non pendet ex probabilitate quadam et verisimilitudine propositionum, ex quibus demonstratio conficitur, sed e veritate principiorum, quibus nititur omnis scientia quae demonstrationem admittit. — Verba *ἀναγκαίων εἰδέναι* vs. 5 et vs. 6 *δν τρόπον δὲ* quomodo intelligenda sint facile perspicitur ex iis quae habuimus Anal. post. I, 1. — Quod Alexander (schol. 298 a 8) de lectionis varietate dicit e mendo ortum esse apparet. — Vs. 8 Boethius omisit verba *συλλογιστικοὶ ἢ*, vet. intp. verba *ἢ φαινόμενοι συλλογιστικοί*, quae per scribentium negligentiam excidisse verisimile est coll. 100 b 24. — Vs. 10 articulum *τοῖς* codices optimos secuti omisimus, quum adiectus esse videatur ab iis qui libros quos Organi nomine complectimur ab ipso Aristotele ita coniunctos esse putaverint, ut arctiori quodam vinculo inter se connexi ad communem finem tendant. Etenim si Topica persequuntur quod in Analyticis inceptum est, offendere non potest, quod illa significentur verbis „in reliquis" (*ἐν τοῖς ἄλλοις*); sin autem non nisi levior quaedam cognatio intercedit inter Analyticam et dialecticam doctrinam (quod quam verum sit facile intelligitur, quum illa ad ipsam veritatem investigandam pertineat — scientiam enim ipsis principiis constitutis efficere vult — haec vero nihil nisi veritatis speciem quaerat) Topica, ubi Analytica commemorata sunt, *τὰ ἄλλα* vocari vix poterunt. Ne quis autem hunc librum iniuria a nobis pro Topicorum libro nono haberi inde probet, quod hic Aristoteles ad Topica respiciat verbis *ἐν ἄλλοις*, conferat 1055 b 7, ubi verbis *ἐν ἄλλοις εἴρηται* delegamur ad 1022 b 22.

Cap. **3.** *Quinque sunt quae efficere student qui vincere volunt in disputando.*

165 b 21 *ἐκ τοῦ λόγου*, h. e. *διὰ τὸν λόγον* s. *τῷ ταῦτα εἶναι, ἃ δέδωκεν ὁ ἀποκρινόμενος*, cf. 172 b 34.

Cap. **4.** *Redarguendi vitia in dictione ipsa posita haec sunt. Primum in homonymia est,* 166 a 5 *alterum in amphibo-*

lia, 22 *tertium in coniungendo*, 33 *quartum in disiungendo*, b 1 *quintum in prosodia*, 10 *sextum in figura dictionis.*

Cf. cum vitiis quae hic enumerantur ea quae recensentur Rhetor. II. c. 24.

165 b 23 Vitia quae in redarguendo admittuntur aut in dictione sunt, quum verbis ita abutimur, ut eadem non eodem semper sensu accipiamus, sed aliam sententiam ex iis exprimamus, quam quae ab adversario iis subiiciatur (cf. 165 a 5), aut non in dictione, quum sententiam verborum quidem talem accipimus qualem adversarius ipse intelligi vult, argumentandi vero artificio quodam adhibito quod adversarium lateat per falsam ratiocinationem eum refellimus. Alterum vitium positum est in prava verborum interpretatione (Wortverdrehung), alterum in falsa argumentatione (Schlufsfehler).

165 b 27 τούτου δὲ... Intelligitur autem sex esse refutationis vitia quae in dictione posita sint quum inductione facta — namque si vitium in dictione positum quodcunque proferatur, demonstrari facile poterit, id non novum aliquod esse vitium, sed contineri uno eorum quae enumeravimus — tum etiam syllogismo adhibito: sic enim argumentabimur. Quod iisdem verbis exprimitur sex modis duplicem interpretationem admittit, vitia refutationis in dictione posita tot sunt, quot modis eadem sententia duplicem interpretationem admittit, ergo refutationis vitia in dictione posita sex sunt.

166 a 4 πλὴν quam vim habeat exposuimus I. p. 444 init. Verum, ait, et sanatur aliquis dum aegrotat et sanatur qui aegrotat, sanus est autem aliquis non dum aegrotat, sed is qui aegrotat, h. e. sanus est non qui nunc aegrotat, sed qui prius aegrotavit. Quare sanari aegrotum ambiguum est, quum et aliquem dum aegrotet sanari et eum qui aegrotaverit sanum fieri significet.

166 a 14 τὰ λεγόμενα, intell. σιγῶντα εἶναι. Quem quidem paralogismum v. ap. Plat. Euthyd. 300, B.

166 a 16 οἷον ἀετὸς καὶ κύων, v. schol. 299 a 9 et 41 b 34. Auct. paraphr. soph. elench. ed. Spengel. Monach. 1842. p. 13 init. — Vs. 17 ὅταν..., h. e. ὅταν εἰωθότες ὦμεν τὸ πλεοναχῶς λεγόμενον εἴτ' ὄνομα εἴτε λόγον κατὰ θάτερον μόνον τὸ σημαινόμενον λέγειν, οἷον τὸ ἐπίσταται γράμματα οὐχ οὕτως εἰώθαμεν λέγειν ὥστ' αὐτὰ τὰ γράμματα ἐπιστήμην ἔχειν, ἀλλ' οὕτως ὥστ' ἄλλον ἔχειν ἐπιστήμην τῶν γραμμάτων.

166a25 Non idem est utrum participium *καθήμενον* coniungatur cum verbo *βαδίζειν* an ab eo disiungatur: namque si coniunguntur, dicimus „posse aliquem ambulare sedentem", si disiunguntur, „eum qui sedeat posse etiam ambulare". Quasi de altero exemplo nihil adhuc dixisset, pergit vs. 27 *καὶ τοῦθ'*... Item res se habet, si coniungimus „posse aliquem scribere non scribentem", h. e. „fieri posse ut quis scribat non scribens", quod absurdum est: si non coniungimus „scribere posse eum qui non scribat". Quod vs. 26 et 27 pro *τὸν* scripsimus *τὸ* non solum ferri posse apparet, si articulus non coniungatur cum participio, sed cum infinitivis *βαδίζειν* et *γράφειν*, sed etiam lectionem *τὸν* probari neutiquam posse facile intelligitur ex eo quod *τὸ δύνασθαι τὸν καθήμενον βαδίζειν* nullam omnino habet ambiguitatem: nam nullo modo hoc ita intelligi poterit, ut significet „posse aliquem eundem dum sedeat simul etiam ambulare". Quod exhibuimus vs. 28 *μὴ γράφων* codices meliores et editiones fere omnes praebent. Vix autem erit, opinor, quin videat nostram lectionem rei ipsi longe melius convenire: nam participium quod casu nominativo poni potest, quum idem subiectum habuerimus in antecedentibus (*ἔχει*) — idem enim esset, si dixisset *δύναται μὴ γράφων γράφειν* — maiore cum vi pronuntiatur. — Cum eo exemplo quod habemus vs. 31 cf. quod est in Plat. Euthyd. 294, A.

166a33 Tertium dictionis vitium in eo erat, quod verba non recte inter se coniunguntur, quartum in eo, quod distrahuntur quae coniuncta pronuntiari debent, ut si numerus *a* aequalis est numeris *b* et *c* coniunctis, non dici poterit aequalis numero *b* soli. Item in oratione si verba male distinguuntur, non idem semper exit sensus. Exemplum quod affertur vs. 36 e Menandro sumtum esse docuit Buhlius coll. Terent. Andr. I, 1, 10: „feci e servo ut esses libertus mihi".

166b5 Exemplum ab Aristotele allatum legitur Iliad. *ψ'* 328. Alterum exemplum (vs. 7), cuius ambiguitas in eo est, ut aut scribatur *δίδομεν* (damus) aut *διδόμεν* (dare), non habetur Iliad. *β'* 1—35, ubi de somnio narratur quod Agamemnoni a Iove mittitur. Iliad. *φ'* 297 habentur quidem verba *δίδομεν δέ τοι εὖχος ἀρέσθαι*, sed facile intelligitur hunc locum non esse eum quem Aristoteles in mente habuerit: quare Iul. Pacius Iliad. *β'* 15 (imo vs. 32) pro *Τρώεσσι δὲ κήδε'*

ἐφῆκται Aristotelem legisse putat id quod hic habemus διδόμεν δὲ οἱ εὖχος ἀρέσθαι. Quod quamquam audacius quam rectius coniectum esse apparet, hoc certe inde comprobari videtur, quod tantum absit ut carmina Homerica in pristinam formam restituere possimus, ut ne explorare quidem liceat qualia Aristotelis tempore constituta fuerint. Alexander (schol. 300 a 4) Aristotelem ipsum hoc exemplum finxisse putavit, quod expresserit ex iis quae leguntur Iliad. β' 28. Etiam ea quae leguntur 166 a 38 ex Homero desumta esse haud improbabile, quamquam ubi exciderint ignoramus. Notandum est autem quod utriusque loci veram lectionem accentu mutato primus restituisse traditur Hippias Thasius (v. 1461 a 22).

166 b 10 In figura dictionis peccatum esse dicit Aristoteles, si quid propter formae qua exprimatur similitudinem non ad eam categoriam referatur cui revera subiectum sit, sed ad aliam cuius externam speciem prae se ferat.

166 b 14 Verbis ὡς διῄρηται πρότερον Aristoteles non ad librum quem de categoriis conscripsit, sed ad Top. I. c. 9 videtur respicere. — τὸ μὴ τῶν ποιεῖν ὂν est τὸ μὴ ὂν τῶν ὑπὸ τὴν τοῦ ποιεῖν κατηγορίαν τεταγμένων.

Cap. 5. *Vitiorum refutationis quae non in dictione posita sunt* (28) *primum in accidente est*, 37 *alterum in eo, quod simpliciter vel non nisi quodammodo verum est*, 167 a 21 *tertium in inscitia eorum quae ad redarguendum pertinent*, 36 *quartum in principii petitione*, b 1 *quintum in consequentia* (*conversione*), 21 *sextum in ratione non recte reddita*, 37 *septimum in coniunctione plurium quaestionum.*

166 b 28 Cur syllogismus, qui quod de accidente praedicetur idem etiam de re ipsa praedicari colligat, falsus sit ex iis apparet quae diximus de accidente ad 43 a 34 et ad 71 b 10. Ut verus syllogismus conficiatur, idem terminus praedicari debet et de re ipsa (quam significavit verbis καθ' οὗ κατηγορεῖται vs. 31) et de eo quod de illa praedicatur, h. e. terminus maior (*A*) et de medio (*B*) et de minore (*C*) praedicari debet. Quare si maior non necessario coniunctus est cum medio et cum minore, sed non nisi κατὰ συμβεβηκός de iis praedicatur, ita ut et praedicari possit et non praedicari, non exit verus syllogismus. Unde apparet sophismate uti eum qui cogat Κορίσκον ἕτερον εἶναι Κορίσκου, si sum-

serit *Κορίσκον ἕτερον ἀνθρώπου εἶναι* et pro *ἀνθρώπῳ* substituerit *Κορίσκον*, quasi sit *Κορίσκος* = *ἄνθρωπος*, quum Coriscus homo sit: praedicatur enim „homo" de Corisco. Item falso cogitur *Κορίσκον ἕτερον ἀνθρώπου εἶναι*, si ponitur *Σωκράτης* = *ἄνθρωπος*: verum enim est *Σωκράτους ἕτερον εἶναι Κορίσκον*. — Non male Casaubonus vs. 32 *ταὐτὰ πάντα* scribendum esse coniecit, quod recepissem, nisi omnes libri haberent *ταῦτα*, quod ferri certe potest, quum praecesserit *πολλὰ* vs. 30: nam *ταῦτα πάντα* intelligenda sunt *πάντα τὰ συμβεβηκότα*.

166 b 37 Aliud vitium est, si quod non nisi quodam modo de aliqua re praedicatur simpliciter de ea dicitur. De quo quidem discrimine v. quae diximus ad 21 a 5, ubi etiam docuimus quo sensu *τῷ ἁπλῶς* opponatur *τὸ ἐν μέρει* quod habemus vs. 38: nam *τὸ ἐν μέρει* est *τὸ εἶναί τι*, ut existendi modum vel rationem significet, *τὸ εἶναι ἁπλῶς* (167 a 2) existentiam ipsam „in abstracto". Revera hoc vitium quod secundo loco posuit aut aliquid aut nihil differre ab eo quod modo habuimus quum ex exemplo intelligitur quod habetur 167 a 3 (hoc enim simillimum est ei quod habuimus 166 b 34) tum etiam ex eo, quod *τὸ κατηγορούμενον* sensu proprio acceptum (cf. quae diximus ad 2 a 20) ab eo quod non nisi *κατὰ συμβεβηκός* praedicatur plane eodem modo differt atque *τὸ ἁπλῶς καὶ κυρίως λεγόμενον* ab eo quod non simpliciter praedicatur (*μὴ κυρίως, πῇ, ἐν μέρει*).

167 a 5 *καὶ μικρόν...*, h. e. *καὶ διὰ τὸ μικρὸν διαφέρειν*. Nam *καὶ* explicandi vim habet, cuius usus alia exempla dedimus ad 93 b 26. — Exemplo usus quod habetur vs. 8 A. G. Winckelmannus ed. Plat. Euthyd. Lips. 1833. p. X. not. explicuit quod legitur apud Plutarch. Praecept. Sanit. Tuend. p. 136, B *τὸν Ἰνδὸν ἀναλύειν*.

167 a 21 Aliud in redarguendo vitium admittitur, si in argumentatione qua adversarius refellitur quaedam praetermissa sunt sine quibus vera demonstratio esse non potest. Quae qualia sint in sequentibus ostendit dicens fieri debere syllogismum *ἐκ τῶν δοθέντων, ἐξ ἀνάγκης, μὴ συναριθμουμένου τοῦ ἐν ἀρχῇ*, h. e. ex propositionibus ab adversario concessis, in quibus non debet numerari vel ut concessum assumi id quod demonstrandum est, h. e. in quibus petitio principii non admittenda est. (Videmus inde vitium de quo

agitur vs. 36 iam eo contineri, de quo nunc sermo est.) Quae vero servanda sunt, ait vs. 27, in vero syllogismo conficiendo, eadem, si negliguntur, ut falsus syllogismus exeat, efficiunt: unde fit, ut qui praetermittant aliquid eorum quae modo recensuimus (vs. 23—27), quamvis non refutent adversarium, tamen eum refellere videantur, ut si quis demonstret (vs. 29) idem et duplum esse et non duplum, at non unius et eiusdem rei duplum et non duplum (mente enim intelligendum est *ἀλλ' οὐ τοῦ αὐτοῦ*, quod vs. 29 revera Aristotelem in mente habuisse apparet e vs. 31, ubi docet etiam eiusdem rei idem et duplum et non duplum esse posse, quamquam non eadem ratione).

167 a 36 De principii petitione quae dicitur egit Aristoteles Anal. pr. II. c. 16, Top. VIII. c. 13. Qui pro concesso sumit quod demonstrandum est, eum veram refutationem confecisse putant qui non satis distinguere sciunt quod idem est ab eo quod diversum est: non intelligunt enim id ipsum quod concedant idem esse quod demonstrandum sit, sed quod concedunt ab eo quod demonstrandum sit reapse diversum esse opinantur.

167 b 1 Aliud in redarguendo vitium admittunt qui ex propositione data eliciunt quod revera non eius sit consequens, ut si quis propositionem hypotheticam convertat: nam ex conditione consequens recte derivatur, non ex consequente conditio. Cf. quae diximus ad 34 a 5 et ad 53 b 12. — Opponuntur vs. 8 *τὰ ῥητορικὰ τοῖς συλλογιστικοῖς* vs. 13. Illa enim verisimilitudinem comparare student, haec vero ipsam veritatem quaerunt. — De signo v. Anal. pr. II. c. 27. — *ταῦτα μὲν* vs. 11 intell. *τὰ ἑπόμενα*, vs. 12 *τὸ δὲ κατηγορούμενον* intell. *τὸ ᾧ ἕπεται ἐκεῖνα.*

167 b 13 De Melissi argumentatione v. Phys. I. c. 2 sq. Namque ille quidem sic ratiocinatur: *τὸ πᾶν ἀγένητόν ἐστι, τὸ ἀγένητον ἀρχὴν οὐκ ἔχει, τὸ δ' ἀρχὴν οὐκ ἔχον ἄπειρόν ἐστιν, ἄπειρον οὖν ἐστὶ τὸ πᾶν.* Cui quidem argumentationi sic adversatur Aristoteles: *ἀληθὲς μέν ἐστι τὸ γενόμενον ἅπαν ἔχειν ἀρχήν, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο καὶ πᾶν τὸ ἀρχὴν ἔχον γέγονεν* (nam propositio universe affirmans non in universalem convertitur, sed in particularem), *οὐδ' ἄρα διὰ τοῦτο* (h. e. *διὰ τὸ γενόμενον ἅπαν ἔχειν ἀρχήν*) *ἀληθὲς ἔσται ὅπερ φησὶν ὁ Μέλισσος, τὸ ἀγένητον ἀρχὴν μὴ ἔχειν. τοῦτο γὰρ*

ἕπεται τῷ γεγονέναι πᾶν τὸ ἀρχὴν ἔχον (coll. 53 b 12. Sit enim *A* τὸ ἀρχὴν ἔχον, *B* τὸ γενόμενον).

167 b 21 Vitium de quo hic agitur iam habuimus Anal. pr. II. c. 17. — Vs. 23 ἐὰν οὖν ἐγκαταριθμηθῇ, intell. τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον s. ἐὰν τὸ οὐκ ἀναγκαῖον πρὸς τὸ συμβαίνειν τὸ ἀδύνατον ἐγκαταριθμηθῇ ἐν τοῖς ἐρωτήμασιν ὡς ἀναγκαῖον ὂν πρὸς τὴν εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγήν. — Argumentatio quam exempli gratia proponit inde a vs. 27 optime procedit, nisi quod minime efficit id quod demonstrandum erat, sed ponit τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον: non cogitur enim quod in fine additur vs. 30 οὐκ ἄρα ... Namque eadem plane quam modo fecimus deductio ad absurdum locum habere poterit (vs. 31 sqq.), etiam si adversarius minime contendat id quod per illam deductionem redargui perhibetur, idem esse vitam et animam, ut neminem per illam deductionem redargui appareat: haec enim ut fiat, non dandum est idem esse vitam et animam (quamquam qui vere deducit ad absurdum pro vero semper sumere debet id quod repugnat propositioni quam ipse demonstraturus est), dummodo concedantur ad deductionem conficiendam ea quae supra proposuimus de vita et morte, de generatione et interitu.

168 a 3 In quibusdam quaestionibus difficilius est videre, num una sit interrogatio an plures in ea lateant, quod ubi fit, aut unam esse quaestionem tacite concedunt qui ad quaestionem propositam omnino non respondent aut ita respondent, ut unam esse aperte profitentes revera redargui videantur.

168 a 11 Interdum etiam revera redargui potest qui plures quaestiones simul concessit. Ut si quis dedit eadem ratione multa dici caeca, qua unum caecum dicatur (latent enim multa in hac una concessione: nam ut revera sit simplex et unum quod concedatur, unum cum uno comparari debet, non cum multis, quorum — τῶν προσληφθέντων vs. 11 — numerus aut infinitus sit aut certe non definitus, quod pronomine indefinito τινῶν vs. 11 significatur): quare si praeter id quod videndi facultatem non habeat assumatur aliud quid quod videndi facultatem habeat, quum de multis valere concessum sit quod de uno recte dicatur, ambo caeca erunt, aut si praeter id quod videndi facultatem habeat assumatur aliud quod non habeat, ambo videntia esse colligetur, quod absurdum est.

Cap. 6. Vitia quae in redarguendo admittuntur, et quae in dictione posita sunt (34) *et quae extra dictionem, omnia ab artis syllogisticae inscitia repeti possunt.*

168 a 18 Quocunque modo alter ab altero refellitur, in omnem utique refutationem convenire debet refutationis definitio (ἔστι γὰρ ὁ ἔλεγχος συλλογισμὸς ἀντιφάσεως (cf. vs. 35—37), h. e. λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἡ ἀντίφασίς τινος τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει τῷ ταῦτα εἶναι): ad hanc igitur normam et regulam omnis refutatio composita esse debet, quod Aristoteles significavit verbo ἀναλύειν: nam ut omnis syllogismi regula tribus figuris syllogisticis continetur, ad quas reducitur (ἀναλύεται, v. quae diximus I. p. 366), ita omnis refutationis regula definitio est quam modo diximus. Primum igitur videndum est (vs. 21), num qui adversarium refutaverit verum syllogismum, qui ex propositionibus concessis necessario cogat quod velit, non fecerit, quamvis hoc effecisse videatur, deinde in singulis definitionis quam dedimus partibus quaerendum est, num quid praetermissum sit. Namque tria paralogismorum genera, quorum vitium in dictione positum est — ea nempe quae habuimus 163 b 30, 166 a 6 et b 10: apparet enim simplici verbo ὁ λόγος (inteli. ὁ διττός) vs. 25 sicut 169 a 23 significari τὴν ἀμφιβολίαν, orationis ambiguitatem quae vocis ambiguitati (τῇ ὁμωνυμίᾳ) opponitur — per duplicem sensum quem eadem verba admittunt veritatis speciem qua fallimur efficiunt: fallimur enim (vs. 26), quia non plura, sed unum aliquid quod per se consistat (cf. 169 a 34—36 et quae dix. ad 3 b 10) una oratione verbis iisdem manentibus significari solet: peccant igitur hi paralogismi et adversantur verae refutationis definitioni in eo, quod non fiunt διὰ τῶν κειμένων: nam qui refutat non eodem sensu accipit propositiones concessas quo intelligi vult adversarius. Reliquorum paralogismorum (quos habuimus 166 a 23, 33 et b 1) vitium in eo est, quod qui refutat vel universam propositionem ab adversario concessam non eandem sumit quam ille dedit (aliter enim quae ille dixit vel coniungit vel distinguit) vel unum quoddam verbum diverse pronuntiat. Quibus quidem in paralogismis quomodo peccetur contra definitionem elenchi quam supra habuimus docet in sequentibus, quibuscum cf. 167 a 23 sqq. Debet enim, ait, omnibus numeris eadem esse propositio quae ab adversario datur et qua

utitur qui illum refutat: neque enim prosodia neque alio modo quocunque verbum a verbo differre debet, ita ut ne aliam quidem vocem quae idem plane significet in alius locum substituere liceat (vs. 30). — Vs. 28 *ἢ τὸ ὄνομα . . .*, h. e. *ἢ τῷ μὴ ταὐτὸν εἶναι τὸ ὄνομα τὸ διαφέρον κατὰ τὴν προσῳδίαν.* Nam quae praecesserunt vs. 27 *τῷ . . . λόγον* dicta videntur de iis paralogismis qui fiunt *παρὰ τὴν σύνθεσιν καὶ παρὰ τὴν διαίρεσιν.* Simul inde apparet quo iure reduxerimus articulum ante *διαφέρον* vs. 28, quem etiam paraphr. soph. elench. ed. Spengel. p. 35, 16 sq. et quaedam editiones priores habent.

168 a 37 Accidentis cur non detur scientia ex iis patet quae collegimus ad 71 b 10. — Vs. 39 *τοῦτο δ' ἐστὶ λευκόν*, h. e. *τοῦτο δ' οὐκ ἐστὶ τὸ λευκῷ εἶναι ἀλλὰ συμβέβηκεν αὐτῷ τὸ λευκὸν εἶναι.*

168 b 2 Particula *ὅτι* pendet e verbo *ἀποδέδεικται*, quod Aristotelem in mente habuisse apparet ex iis quae sequuntur. — *τοῦτο*, intell. *ἔχει*, h. e. *οὐκ ἀποδέδεικται διὰ τοῦτο ὅτι σχῆμα ἢ ἀρχὴ ἢ πρῶτον δυοῖν ὀρθαῖν ἴσας ἔχει τὰς γωνίας.*

168 b 11 Verbum quod deest repetendum videtur ex iis quae antecesserunt *ἀνάγονται εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν* (a 18). — *ὅτι οὐ τοῦ αὐτοῦ . . .*, h. e. *ὅτι οὐχ ὡς ἀληθῶς ἀντίφασιν συνάγει οὗτος ὁ ἔλεγχος, ὅπερ ἔδει, εἰ μέλλοι ἀληθὴς ἔλεγχος εἶναι, ἀλλὰ φαινομένην ἀντίφασιν.*

168 b 19 Quam dicat *τοῦ λόγου τὴν ἔλλειψιν* explicuit 167 a 28 sqq. — *ἡ φαντασία*, h. e. *τὸ φαίνεσθαι ἐλέγχειν.* — Vs. 20 *διαιρουμένοις οὕτως*, intell. *ὡς ἔλεγεν ἐν τοῖς πρότερον* (a 18).

168 b 23 *δῆλοι διὰ τοῦ ὁρισμοῦ*, h. e. *δῆλοι εἰσὶ παραλογισμοὶ ὄντες διὰ τοῦ ὁρισμοῦ τοῦ συλλογισμοῦ.* — Vs. 24 delevimus quae Bkkus ex codicibus recepit quamquam invitis et edd. prr. omnibus et Boethio et vet. intp. Accedit, quod verba *αἴτια τοῦ* sensum non habent, nisi quis scribat *αἴτιά του*, quod, quamquam non omni sensu destitutum esset, tamen melius abesse nemo est quin videat. — Vs. 25 dedimus *ἐναριθμουμένου* quod et Boethius et vet. intp. videntur habuisse qui vertunt „connumerato". Sensus loci hic est. Ubi vitium refutationis in eo est, quod quaedam assumuntur in demonstrationem quae nihil omnino faciunt ad conficiendum id quod volumus, conclusio non fit *τῷ ταῦτα εἶναι* (cf. 24 b 20 sqq.): nam ubi cogitur ex *ἀναιτίοις*, conclusio non provenit *τῷ*

ταῦτα εἶναι (hoc est enim quod dicit ὅπερ οὐκ ἦν ἐν τοῖς ἀναιτίοις). Is vero qui principii petitionem faciat quomodo peccet contra refutationis definitionem 167a25 ab Aristotele expositum est: peccat enim in eo, quod id ex quo demonstrat (τὸ κείμενον) non diversum est ab eo quod demonstrat, quae diversa esse debere expresse dixit 24b19 verbis ἕτερόν τι τῶν κειμένων.

168b29 τὸ μὲν συμβεβηκὸς ἐν τῷ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς παραλογισμῷ ἑνὶ μόνῳ ἀεὶ ἀντιστρέφει τῷ ᾧ συμβέβηκε, οἷον τὸ ξανθὸν τῷ μέλιτι, τὸ δ' ἑπόμενον ἐν τῷ παρὰ τὸ ἑπόμενον παραλογισμῷ πλείοσιν, οἷον τὸ ξανθὸν τῷ μέλιτι καὶ τῇ χολῇ, ὥστε ταὐτὰ εἶναι μέλι καὶ χολήν· τὰ γὰρ ἑνὶ... (vs. 31). Quare vitium quod semel in illo, bis in hoc admittitur. — Vs. 34 optt. codd. et vet. intp. secuti omisimus vocem λευκόν, quippe quae explicationis gratia ex sequentibus hic inserta videatur.

168b38 τὸ ἔχον ἀρχήν, id quod non infinitum est in spatio, τὸ πεπερασμένον: namque mendum est quod apud Bkkum legitur vs. 40 τὸ πεπερασμένων.

169a2 dedimus λαμβάνειν ex optt. codd. — idem habuisse videtur auct. paraphr. soph. elench. ed. Spengel. p. 39, 5 — quod pendet e verbo ἀξιοῖ, quod ex antecedentibus repetendum est: docet enim verbum λαμβάνει quod habemus vs. 3 aliquid huiusmodi mente intelligendum esse. Nam si scribitur λαμβάνει, non video quem sensum hic locus habere possit, nisi ante καὶ vs. 2 adiiciatur negatio οὐ. — Vs. 5 ἐπισκεπτέον δὲ . . . v. c. 24 et 28.

169a7 Verba ἢ μὴ διαιρεῖν, quae, quum explicationis gratia aliena manu adiecta esse pateat, optt. codd. secuti omisimus, etiam in vet. intp. desunt. Sententia totius loci haec est. Definitio propositionis quae simpliciter dicitur et propositionis unius eadem est: definitio enim ipsa eadem semper erit, sive rem definis quatenus una est quae est sive quatenus talis est qualis simpliciter esse dicitur. Quare si una propositio est enuntiatio, in qua unum de uno praedicatur (cf. 18a14 et 24a26), quum refutatio sine syllogismo, syllogismus vero sine propositionibus esse nequeat, contra refutationis definitionem peccat qui peccat contra propositionis definitionem. — De significatione vocis ἐρώτησις vs. 12 v. quae diximus ad 20b22

et ad 42a39. — Vs. 15 οὗτος, h. e. ὁ τὰ πλείω ἐρωτήματα ἓν ποιῶν παραλογισμός.

169a20 Eorum paralogismorum quos habuimus 168a17—33 (τῶν παρὰ τὴν λέξιν) vitium in eo esse dicit, quod non cogant id quod revera repugnet ei quod adversarius contendat, quamvis pugnare cum eo videatur, reliquos vero peccare in eo, quod syllogismi definitio in eos non conveniat. Qua in re Aristoteli adstipulari non possumus. Demonstravimus enim in iis quae supra diximus paralogismos quorum vitium in dictione sit peccare in eo, quod non cogant διὰ τῶν κειμένων: propositiones enim ab adversario concessas qui refutat non eo sensu capit quo ille eas intelligi voluit. Ex iis vero quorum vitium non in dictione est eum paralogismum quem habuimus 168b11 non contra syllogismi definitionem, sed in eo peccare, quod propositio quae demonstretur non revera pugnet cum eo quod adversarius contendat, quamvis pugnare cum eo videatur, facile intelligitur.

Cap. 7. Quomodo fiat ut veritatis specie decipiamur in singulis paralogismis exponitur.

169a24 οἷον τὸ ἓν... v. met. Δ c. 6.

169a30 Paralogismis qui fiunt παρὰ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως fallimur, quia difficillimum est diiudicare quae ad eandem et quae ad diversas categorias (ὡς ἑτέρως) referenda sint (cf. 166b10 sq.): nam quodcunque praedicatur de alio, id unum quoddam esse putamus quod per se consistat, unde fit ut quaecunque praedicentur facile interdum habeantur pro substantiis, quamquam revera ad aliam quamcunque categoriam referenda sint. Quare (vs. 36) in dictione peccat qui categoriam cui quid subiectum est non recte constituit: ac primum quidem quoniam sermonem conferentes cum aliis de categoria ad quam quid referatur constituenda facilius fallimur quam si ipsi nobiscum reputantes categoriam investigamus: nam disserentes cum alio verba magis quam rem ipsam spectamus, ipsi nobiscum reputantes rem aut magis aut certe non minus contemplamur quam verba quibus exprimitur; deinde quoniam etiam nobiscum reputantes maxime fallimur, si non ipsam rem ante oculos habemus, sed sermonem facientes in utramque partem de ea nobiscum ipsi disputamus; denique quoniam in paralogismis qui fiunt παρὰ τὴν ὁμοιοσχη-

μοσύνην fallimur similitudine, est autem similitudo in dictione.

169 b 3 Pergit hic in constructione quam incepit a 22. — Qui falluntur paralogismis qui sunt *παρὰ τὸ συμβεβηκὸς* ii neque quid idem quid diversum sit diiudicare sciunt (sumunt enim *Κορίσκον* = *ἄνθρωπον*, quod docuimus ad 166 b 28) neque quid unum sit quid non (quamquam enim unius rei multa sunt accidentia eaque interdum inter se contraria, quia non cum natura rei coniuncta sunt, tamen horum unumquodque cum re ipsa idem esse ponunt), neque cognita habent quae ita de aliqua re praedicentur, ut in eius natura posita sint et res ipsa sine iis esse omnino non possit, *τὰ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενα* intell., quippe de quibus eadem utique praedicentur atque de re ipsa. — Articuli pronomini interrogativo adiecti exemplum dedimus ad 3 a 21.

169 b 7 Aliam rationem exponit, ob quam paralogismis qui fiant *παρὰ τὸ ἑπόμενον* facillime fallamur.

169 b 11 *τῷ παρὰ μικρὸν* nos falli dicit, si discrimine quod nobis levius videbatur neglecto inducimur, ut paralogismum pro vero syllogismo habeamus. Cf. 47 b 38.

Cap. 8. *Definitio refutationis sophisticae constituitur.* 30 *Omnes paralogismi reducuntur ad ea capita quae supra exposuimus.* 170 a 12 *Refutationem sophisticam simpliciter refutationem dicere non licet.*

169 b 18 Ut omnes sophisticos syllogismos secundum unum tredecim modorum quos modo habuimus fieri demonstret, prius sophisticum syllogismum definit, deinde quid differat a syllogismo *πειραστικῷ* explicat. Est enim sophisticus syllogismus et qui revera non cogit, quamvis cogere videatur, et qui recte cogit neque tamen ad rem ipsam de qua agitur pertinet, quamvis ad eam pertinere videatur. Iam vero a syllogismo *πειραστικῷ* ita differt, ut hic non rei veritatem explorare et comprobare, sed nihil nisi adversarii inscitiam patefacere velit, sophisticus vero, qui proprie dicatur, etiam si cogat quod adversarius negaverit, tamen num nesciat qua in re vitium lateat necne non ostendat.

169 b 30 Quae audientes inducunt, ut paralogismo, quasi ex propositionibus iure ab adversario concessis (*ὡς ἠρωτημένα*) syllogismus confectus sit, fidem habeant, eadem etiam ipsum

adversarium (*τὸν ἀποκρινόμενον*) ita fallere interdum possunt, ut paralogismum quo ipse refellatur pro vero syllogismo habeat: nam quod non concessum pro vero habet (vs. 34), ut etiam si non expresse dederit, tamen dedisse ipse sibi persuadeat, id etiam expresse dabit, si interrogatur. Sunt tamen sophisticae refutationes, in quibus, si expresse interrogatur id in quo paralogismi vitium positum est (*τὸ ἐνδεές*), non conceditur ab adversario, quia simul cum ipsa interrogatione patefit qua in re peccetur. Quare in iis paralogismis quorum vitium in dictione est et in iis qui soloecismum efficere volunt (cf. c. 3) non petendum est ab adversario, ut expresse concedat id in quo vitii causa est, sed ut lateat, non interrogantes hoc pro concesso sumere debemus. Iam igitur si paralogismi qui cogunt quod thesi repugnat (h. e. per quos adversarius refellitur) refutationem conficiunt quae non vera est, sed veritatis speciem habet, manifestum est totidem modis aliquid falsi cogi posse, quot modis fiat refutatio non vera quae veritatis speciem habeat. Refutatio non vera autem tot modis fieri potest quot sunt partes refutationis verae, quarum unaquaeque si negligitur, refutatio falsa efficitur quae veritatis quandam speciem habet — *φανείη ἂν ἔλεγχος* 170 a 1, h. e. *εἴη ἂν φαινόμενος ἔλεγχος* — (nam omnes paralogismi reducuntur *εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν*): unde apparet non plures dari modos quibus paralogismi fieri possint quam quos supra recensuimus. Namque si vitia paralogismorum quae enumerantur 170 a 1—9 cum refutationis definitione conferuntur quam habuimus 167 a 23 sqq., tredecim modos paralogismorum quos supra exposuit Aristoteles a refutationis definitione repeti posse apparet. Ac primum quidem modum fecit eum qui non cogit *ἐκ τῶν δοθέντων ἐξ ἀνάγκης* (cf. 167 a 25), quem quum supra (167 b 21 al.) dixerit *τὸν παρὰ τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον* vel (Anal. pr. II. c. 17) *τὸν μὴ παρὰ τοῦτο*, quod locum habet in ea refutatione quae ad absurdum deducit, explicationis gratia hic (170 a 2) addidit verba *ὁ εἰς τὸ ἀδύνατον*, quamquam facile intelligitur vitium syllogismi in quo *τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον* sumitur etiam in recta demonstratione locum habere posse. Secundus modus est qui peccat contra propositionis definitionem, quae si non servetur, neque refutationem veram neque syllogismum esse posse demonstravit 169 a 6 sqq. Unde

etiam hunc modum a neglecta refutationis definitione repeti posse apparet. Tertius est qui fit *παρὰ τὸ συμβεβηκός* (vs. 4), per quem fallimur *διὰ τὸ μὴ δύνασθαι διακρίνειν τὸ ταὐτὸν καὶ τὸ ἕτερον καὶ ἓν καὶ πολλά* (169 b 4): unde apparet etiam in hoc paralogismo refutationis definitionem non esse servatam, quum vera refutatio (167 a 23) cogere debeat *ἀντίφασιν τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνός*. (Notandum est quod brevius dixit *ἀντὶ τοῦ καθ' αὑτὸ ὁ παρὰ τὸ συμβεβηκός*. Nam sententia haec est: *ὁ γινόμενος παρὰ τὸ συμβεβηκὸς ἀντὶ τοῦ συλλογίζεσθαι* — h. e. *δέον συλλογίζεσθαι* — *διὰ τὸ καθ' αὑτό*: verus enim syllogismus non fit ex iis quae non necessario cum re ipsa coniuncta sunt, sed ex iis quae in eius natura posita semper de ea praedicantur.) Quartum modum, *τὸν παρὰ τὸ ἑπόμενον*, tertio contineri docuit 168 b 27 sqq. Quintus modus, quem 167 a 23 significavit verbis *μὴ ὀνόματος ἀλλὰ πράγματος*, eos paralogismos complectitur qui fiunt *παρὰ τὴν λέξιν*, de quibus cf. quae diximus ad 165 b 23. Sextus modus est, in quo sumitur *ἀντὶ τοῦ καθόλου τὸ ἐν μέρει* (cf. 166 b 38), quod vs. 8 dicit *τὸ ἐπί τι*. Apparet sermonem esse de eo paralogismo, qui est *παρὰ τὸ πῇ ἢ ἁπλῶς*, quem iisdem fere verbis significavit Aristoteles 167 a 26: nam quod recte cogitur, simpliciter et universe cogi debet *κατὰ ταὐτὸ καὶ πρὸς ταὐτὸ καὶ ὡσαύτως*, non *κατά τι ἢ πρός τι ἢ πῶς* (cf. 166 b 23), quod vs. 8 significat dicens *παρὰ τὸ ἐπί τι ἢ παρ' ἕκαστον τούτων*. (Negligentior est structura eorum quae praecedunt vs. 6 *εἶτ' ἀντὶ...*, h. e. *εἶτα τὸ ἀντὶ τοῦ καθόλου τὴν ἀντίφασιν συλλογίζεσθαι, ἦγουν δέον συλλογίζεσθαι καὶ κατὰ ταὐτὸ καὶ πρὸς ταὐτὸ καὶ ὡσαύτως σοφιστικὸν ἔλεγχον ποιεῖσθαι παρὰ τὸ ἐπί τι ἢ παρ' ἕκαστον τούτων*. Eadem negligentia in iis est quae sequuntur: *ἔτι τὸ συλλογίζεσθαι παρὰ τὸ λαμβάνειν τὸ ἐν ἀρχῇ δέον συλλογίζεσθαι μὴ ἐναριθμουμένου τοῦ ἐν ἀρχῇ*. Excusatur haec negligentia eo, quod Aristoteles verba *καὶ κατὰ... ὡσαύτως* vs. 7 et *μὴ ἐναρ.... ἀρχῇ* vs. 8 sq. e definitione refutationis qualem habuimus 167 a 25 sq. integra transscripsisse videtur, ut iuxta posuerit qua in re peccatum sit et quomodo vera refutatio comparata esse debeat.) Septimo modo (vs. 8) veram refutationis definitionem adversari docuit 168 a 22. Iam quum quintus modus omnes paralogismos complectatur qui fiunt *παρὰ τὴν λέξιν*, singulis definitionis quam habuimus 167 a 23 partibus consideratis ap-

paret non plura dari quam tredecim quae supra exposita sunt paralogismorum genera — nam eum paralogismum quem habuimus 167 a 21 cur hic non seorsum enumeraverit per se intelligitur: hic enim unus reliquos omnes complectitur.

170 a 12 Qui syllogismo sophistico usus adversarium refellit, non rem quam ille defendit redarguit, sed hominem. Nam si hic non concedit quod non verum est — veluti vocem ambiguam unam tantum habere significationem vel ea quae eandem formam (τὸ σχῆμα τῆς λέξεως) habeant eidem categoriae subiecta esse — neque ipse refutari neque omnino cogi quidquam poterit; si concedit, res quidem ipsa non refellitur (nam si propositiones ex quibus cogitur falsae sunt, ad rem ipsam quae cogi dicitur omnino non pertinent, ut rei ipsius neque demonstratio neque refutatio vera ex iis confici possit), adversarius, qui dedit propositiones falsas, refutatur.

Cap. 9. Quum alia alius disciplinae sint principia, etiam alii alius sunt paralogismi iique infiniti. Est autem dialectici cognoscere eos, qui fiant ex principiis dialecticis.

170 a 20 Qui recensere vellet omnia in quibus peccent qui redarguantur, omnes doctrinas et disciplinas notas habere deberet (quem quidem finem ut consequatur nulli arti unquam propositum esse potest, quum homini non datum sit ut perfectam omnium rerum scientiam consectetur); nam quodcunque in unaquaque demonstratur id, si negatur, etiam refutationem admittit, ut quot demonstrationes dentur, tot etiam refutationes fieri possint. Quare quoniam veras refutationes infinitas dari manifestum est, item etiam falsarum numerum infinitum esse apparet (vs. 32 sqq., quibuscum cf. quae habuimus 77 b 16 sqq. et 101 a 5 sqq.). Quae quum ita sint, non de omni refutatione falsa vel sophistica in universum hic agitur, sed de dialectica refutatione falsa, quippe quae omnibus artibus ac disciplinis communis sit. Quae quomodo fiat ex iis ipsis locis (τόποις) patebit qui adhuc in Topicis traditi sunt: nam quum ars dialectica doceat quid et quomodo demonstretur ex propositionibus probabilibus, eadem etiam quid et quomodo iisdem propositionibus adhibitis refelli possit ostendere debebit.

170 b 2 ἢ δύο, aut certe duo, si unus non sufficiat ad colligendum id quod thesi repugnet. Sin autem tenemus (vs. 4) qui-

bus in rebus peccetur ab iis qui singulos paralogismos faciant, etiam quomodo solvendi sint novimus: solvuntur enim, si adversarius vitio quod in iis latet detecto prohibet ne paralogismus conficiatur. Quare quum in antecedentibus expositum sit quomodo fiat, ut ab iis qui artis dialecticae periti sint (τοῖς τοιοῖσδε vs. 7) falsi syllogismi pro veris habeantur, apparet dialectici esse, ut exploret quomodo ex propositionibus probabilibus (*διὰ τῶν κοινῶν* vs. 9) refutatio efficiatur vel vera vel veritatis specie praedita, et quae dialectica sit aut certe videatur et quae exercitationis causa instituatur.

Cap. 10. *Non recte distinguit argumentationum genera qui unum genus dicit quod non nisi ad nomen spectet, alterum quod ad sententiam adversarii pertineat.* 171 a 1 *Quae falsarum refutationum sint genera.* 12 *Quod initio capitis docuit aliis argumentis confirmat.*

170 b 16 Non disputat contra sententiam adversarii qui quod ille dixit non ita accipit, ut eandem rem in mente habeat de qua sententiam a se prolatam intelligi vult qui respondet: quare qui non disputat contra sententiam adversarii non de re disputat, sed de verbis, ut idem sit *τὸ μὴ πρὸς τὴν διάνοιαν* et *τὸ πρὸς τοὔνομα*. (Quod adiectum est vs. 17 *οἰόμενος ἐρωτᾶσθαι* — h. e. se ipsum iam respondendi munus suscepisse fingens — non recte interpretatus est Alex. schol. 304 b 28: nam quod Aristoteles dicit hoc est. Non disputat de sententia adversarii qui, si se interrogari putaret, ea quae responderet alio sensu acciperet quam eo quem iis subiicit adversarius, *ὁ ἐρωτώμενος*.) Iam si et qui interroget et qui respondeat vocem ambiguam non plura, sed unum significare putet, in disputatione autem voce ambigua ita utantur, quasi unam significationem habeat, de nomine sive etiam de vera adversarii sententia disputari dicendum est: utrumque enim simul est verum. (Uncini quibus Zenonis nomen in contextu vs. 23 circumscripsimus tollendi sunt coll. iis quae dixit Brandis Gesch. der griech.-röm. Phil. II. p. 153. not. 6, ib. I. p. 403.) Si vero adversarius vocis ambiguitatem ipse perspexit, non disputatur de sententia adversarii. Namque primum quidem (vs. 26) et *τὸ πρὸς τοὔνομα* et *τὸ πρὸς τὴν διάνοιαν* simul locum habere posse apparet in iis paralogismis qui e duplici verborum interpretatione nascuntur, quamquam fieri potest,

ut omnis syllogismus simul fiat *πρὸς τοὔνομα* et *πρὸς τὴν διάνοιαν*: nam quod dicitur *πρὸς τὴν διάνοιαν*, id non ad syllogismum ipsum pertinet, sed ad sententiam quam qui respondet iis subiicit quae ipse concessit: quare *τὸ πρὸς τὴν διάνοιαν* genus syllogismorum qui per se spectantur significare non potest. Deinde (vs. 30) si divisionem admittimus quam initio capitis habuimus, ut praeter eos syllogismos qui sint *πρὸς τοὔνομα* reliqui omnes dicantur *πρὸς τὴν διάνοιαν*, quum *τὸ πρὸς τὴν διάνοιαν* non significet ipsorum syllogismorum discrimen qui per se spectentur, sed nihil nisi propositionem concessam eodem sensu accipi declaret ab eo qui interroget atque ab eo qui respondeat, *τὸ πρὸς τοὔνομα* in omnes paralogismos convenire apparet.

170 b 33 *οἱ δέ φασι πάντας*. Ipsa verba quibus haec supplenda sint statim sequuntur, quare haec si deessent, nemo desideraret. Similis pleonasmi exempla ex Aristotele collegimus ad 61 b 7.

170 b 35 Divisionem supra propositam non bene habere tertio argumento probat. Namque ex iis paralogismis qui e multiplici verborum interpretatione nascuntur (*παρὰ τὸ πλεοναχῶς*, h. e. *παρὰ τὴν λέξιν*, quod ex iis apparet quae sequuntur) nonnulli tantum, non omnes, fiunt *παρὰ τοὔνομα*. At vero (vs. 38) sunt quidam alii paralogismi (praeter eos quos *παρὰ τοὔνομα* fieri modo diximus), quorum vitium non in eo est (*οὐκ ἐν τῷ πρὸς τοὔνομα* s. coll. vs. 31 *οὐκ ἐν τῷ μὴ πρὸς τὴν διάνοιαν εἶναι*, cf. vs. 29 sq.), quod qui respondet propositionibus a se concessis aliam sententiam subiiciat quam qui interrogavit, sed in eo, quod syllogismus ipse propositionem quandam (*ἐρώτημα*, v. quae diximus ad 20 b 22 et ad 42 a 39) adhibeat, quae sine ambiguitate esse nequeat.

171 a 1 Qui veram falsarum refutationum divisionem proponere velit, ei prius disputandum est de syllogismo: nam quum refutatio sit syllogismus quo cogitur quod thesi repugnat, falsa refutatio quaecunque aut in syllogismo ipso (in argumentatione, *ἔξω τῆς λέξεως*) aut in eo quod thesi repugnare dicitur (*παρὰ τὴν λέξιν*, cf. tamen de hac re quae diximus ad 169 a 20) aut simul in utroque peccet necesse est. Qui vero syllogismus (vs. 11) in neutro peccat, is verus non esse non potest. De exemplis quae sequuntur v. 166 a 13, 178 a 37, 77 b 32, paraphr. soph. elench. ed. Spengel. p. 55.

171 a 12 Nova difficultas, si divisio quam supra proposuimus adoptatur, inde nascitur, quod demonstrationes mathematicae interdum in iis numerandae essent quae non ad rem, sed ad nomen tantum (*πρὸς τοὔνομα*) pertinerent. Namque si qui respondeat notionem trianguli ambiguam putet neque id, quod duo rectos angulos habere ab altero demonstratum sit, pro generali cuiusdam figurae notione habeat, sed pro re singulari quacunque, eum qui demonstrationem confecerit non *πρὸς τὴν διάνοιαν*, sed *πρὸς τοὔνομα* disseruisse apparet, si revera omnis demonstratio aut fit *πρὸς τὴν διάνοιαν* aut *πρὸς τοὔνομα*. Cur Alexander (schol. 305 b 7) quod hic dictum est de sophisticis demonstrationibus mathematicis explicandum putaverit non intelligo.

171 a 17 Alexandrum totum fere locum qui sequitur non intellexisse ex scholiis manifestum est; nos eundem sic interpretandum putamus. Deinde si vox qua utimur ambigua est, is vero qui respondet ambiguitatem non videt, *πρὸς τὴν διάνοιαν* (*τὴν τοῦ ἀποκρινομένου* intell.) disputabimus, etiam si voce ambigua pro non ambigua abutamur, quod supra nonnisi in iis accidere vidimus quae disserantur *πρὸς τοὔνομα*. Non aliter enim interrogandum est quam ut respondenti optio detur, velut si quis interrogetur: *ἆρ' ἔστι σιγῶντα λέγειν ἢ οὔ;* aut ad summum ita, ut tecte significetur quid cavendum sit respondenti, velut si interroget: *ἆρ' ἔστι μὲν ὡς οὔ, ἔστι δ' ὡς ναί;* Ad quod si adversarius respondeat: *μηδαμῶς ἔστι σιγῶντα λέγειν*, alter vero argumentationem conficiat qua ille redarguatur, *πρὸς τὴν διάνοιαν* eum disputare apparet (propositionem enim ab altero concessam eo sensu intelligit quo ille eam accipi vult), quamquam refutatio quam modo habuimus, quum vitium quod in ea admissum est in vocis ambiguitate positum sit, iis adnumeranda videtur quae fiunt *πρὸς τοὔνομα*. Unde clarum est non esse quandam syllogismorum speciem qui sint *πρὸς τὴν διάνοιαν*. Est vero species eorum quae fieri dicitur *πρὸς τοὔνομα*, qua quidem in specie non solum non omnes refutationes, sed ne sophisticae quidem refutationes omnes numerandae sunt. Ex his enim quaecunque sunt *ἔξω τῆς λέξεως* (v. 166 b 21), eae non sunt *πρὸς τοὔνομα*. — Si quis vero postulet (vs. 28) ut qui interroget ipse distinctione facta alterum edoceat qua in re ambiguitas lateat, primum quidem id ipsum postulare absurdum est, quum

fieri possit, ut qui interroget ipse ambiguitatem non perspiciat, deinde talem distinctionem facere iam non est disputare, sed docere. Namque etiam in iis quae non ambigua sunt (vs. 34) accidere potest (*παθεῖν*, intell. *τὸν λόγον*), ut distinctione opus sit quam facere debeat qui doceat, non qui disputet. Ut si quis quaerat num in numero quaternario unitates numeris binariis sint aequales et distinctionem adiiciat, quod bini numeri binarii qui in quaternario insint aut coniuncti considerentur aut non coniuncti (nam coniuncti quattuor unitatibus aequales sunt, non coniuncti vero non aequales), non disputat, sed docet quomodo respondendum sit. Item si quaerat num rerum contrariarum una sit scientia et addat contraria esse nota ignotis, idem facit ac si doceat non omnium rerum contrariarum unam dari scientiam.

Cap. 11. *Sophistici vel contentiosi syllogismi definitio constituitur.* 25 *Utriusque discrimen exponitur.* 35 *De ratione quam contentiosus syllogismus ad dialecticum habeat. Quam ut exponat* (172 a 9), *copiosius discrimen exponit quod intercedat inter dialecticam, quae interroget ut adversarium tentet vel confutet, et doctrinam quae principiis sponte expositis demonstrationem efficiat, ut alterum doceat.*

171 b 3 Ut sophistici syllogismi naturam accuratius exploret, ab eo orditur quod sophistico et dialectico syllogismo commune est: hoc dico, quod propositiones ex quibus cogatur ex quaestione natae esse debeant, quod artis dialecticae proprium est, a doctrina vero quae veritatem demonstratione evincere velit alienum.

171 b 7 Dialecticus est qui considerat principia omnibus doctrinis et disciplinis communia, quatenus ad unamquamque rem pertinent (*κατὰ τὸ πρᾶγμα*, cf. vs. 19). — Verbis *εἷς μὲν* vs. 8 respondent quae sequuntur vs. 11 *καὶ ὅσοι*, h. e. *ἕτεροι δὲ ὅσοι*... Sophisticorum, ait, syllogismorum duo sunt genera, unum eorum qui ex principiis omnibus disciplinis communibus (*περὶ ὧν ἡ διαλεκτικὴ πειραστική ἐστι*) syllogismi speciem efficiunt, quamquam revera nihil cogunt, etiam si verum sit quod conclusionis loco proferatur: fallunt enim eo, quod falsa argumentatione utuntur *τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον τιθέντες*: namque in omni syllogismo propositiones rationem (*τὸ διὰ τί*) exprimere debent, ex qua conclusio prodeat *τῷ*

ταῦτα εἶναι (τὰς προτάσεις intell.). Alterum genus (vs. 11) eos paralogismos complectitur qui, dum artis ad quam pertinent speciem habent, revera tamen a via et ratione, qua quaeque res demonstrari velit, alieni sunt. Nam si quis ita ratiocinatur, ut principiis eius doctrinae, ad quam demonstratio pertineat, non recte utatur, ut si argumentatione geometrica usus aliquid falsi demonstret vel si veram thesin falsa demonstratione geometrica confecta probet, demonstratio quam fecit sophistica vel contentiosa dici non poterit: erit autem sophistica, si principiis communibus utatur. Quare ea ratio quam ad circulum quadrandum Hippocrates iniit (v. quae diximus ad 69 a 32), quum geometricis principiis nitatur, sophistica non erit dicenda, Brysonis ratio vero (v. quae dedimus ad 75 b 40), etiamsi revera circulum quadraret, tamen, quia non proficiscitur a principiis geometriae propriis (*οὐ κατὰ τὸ πρᾶγμα*), sophistica est. Quare (vs. 18) duo sunt syllogismi contentiosi, unus qui non est syllogismus, quum nihil cogat, quamvis speciem habeat — *περὶ τῶνδε* intell. *περὶ τῶν κοινῶν* — alter qui, etiam si recte cogat, tamen ab ipsius rei principiis alienus sit, quamvis ex iis effici videatur.

171 b 35 Contentiosus syllogismus (de Graecorum eristica v. quae disputavit Winckelmannus in edit. Plat. Euthyd. Lips. 1833. p. XXII sqq.) ad dialecticum eandem rationem habet quam falsa demonstratio geometrica ad veram. Nam ut ille ex iisdem principiis efficitur quibus dialectica utitur, sic etiam falsa demonstratio geometrica a principiis geometriae propriis proficiscitur. (Hanc sententiam licet parum accurate ab Aristotele expressam iis subiiciendam esse quae legimus vs. 37 et totius loci ratio docet et lectionis varietas comprobat quam praebet cod. *C*. Boethius et vet. intp. locum ita vertunt, ac si habuerint *παραλογίζεται καθάπερ καὶ ὁ ψευδογράφος γεωμετρικῶς*.) Falsus syllogismus geometricus autem non contentiosus est, si principiis et theorematis utitur geometriae propriis, quae vero demonstratio aliam rem quamcunque (h. e. quodcunque non ad dialecticam pertinet, sed ad aliam quamlibet artem vel disciplinam — *περὶ μὲν τἄλλα* 172 a 2) ex principiis dialecticis probat contentiosa est.

172 a 6 *ὅσοι μὴ ἴσασι*... Quicunque nesciunt fieri posse, ut

inter id quod maius et id quod minus sit non unum, sed plura media interiiciantur.

172 a 7 Alexandrum (schol. 307 a 15) pro Hippocrate Antiphontis nomen posuisse ex iis apparet quae habuimus 171 b 15. De Antiphonte v. I. E. Montucla recherches sur la quadrature du cercle. Paris. 1754, qui cum Brysone eum comparans dicit: „Il y a plus de justesse dans la prétention du géomètre Antiphon; celui-ci régardait le cercle comme un polygone d'une infinité de côtés". Id. Histoire des mathématiques. Nouv. éd. Paris an. VII. p. 156: „A l'égard d'Antiphon, il ne nous paraît pas qu'il doive être accusé de paralogysme (quae quidem de Antiphonte sententia cur non probanda sit ex iis intelligitur quae dicit auct. paraphr. elench. soph. ed. Spengel. p. 60 init.); car ayant inscrit un quarré dans un cercle, il inscrivait dans chaque segment un triangle isoscèle, puis dans les huit segmens en résultans autant de triangles isoscèles et ainsi de suite; et il disait, que pour avoir la grandeur du cercle, il fallait prendre le quarré inscrit, plus les quatre premiers triangles, plus les huit suivans et ainsi jusqu'à ce qu'il se confondissent sur la circonférence". Io. Chr. Heilbronner Historia matheseos universae. Lips. 1742. p. 150 rationem quam Antiphon ingressus est ut circulum quadraret figura adscripta illustravit. Cf. praeterea Brandis schol. ad Aristot. Phys. I. c. 2 (185 a 16) et ad 75 b 40 (schol. 211 b 35 et 212 a 8).

172 a 8 Si quis post coenam ambulandum non esse contendat, quia non sit motus, contentiose disputat. Nam quod argumentis e medicina petitis probare debebat, id Zenonis argumentatione usus demonstrare vult, quae ad generalem motus notionem pertinet. — In sequentibus, ut probet eum qui syllogismum contentiosum faciat non eandem plane rationem habere ad dialecticum quam habeat ad geometram *ὁ ψευδογράφος*, discrimen exponit quod inter dialecticam et aliam doctrinam quamcunque intercedat. Namque si ratio quam contentiosus habet ad dialecticum plane eadem esset quam *ψευδογράφου* et geometrae, non daretur syllogismus contentiosus qui ad res geometricas pertineret (*περὶ ἐκείνων* vs. 11), quem revera dari Brysonis exemplo modo probavimus. (Qua in re utriusque ratio diversa sit facile ex iis intelligitur quae habuimus 171 b 38 sqq.) Iam ut recte intelligantur quae se-

quuntur, notandum est, quod vox *καθόλου* vs. 13 eo sensu accipienda est quem habuimus Anal. post. 73b26 (cf. quae dedimus ad 17a39 sub fin.), deinde tenendum, quod in Anal. post. l. c. 7 et 9 uniuscuiusque doctrinae propria esse dixit principia, ex quibus cum communibus omnium disciplinarum principiis coniunctis singula theoremata, quae ad unum genus pertinere debeant, ut unam doctrinam constituant, elicienda sint. Quibus praemissis iam facile intelligitur quid Aristoteles hic dicat de discrimine quod intercedat inter talem doctrinam et dialecticam. Nam dialectica neque versatur circa unum genus quod definitum sit, neque revera demonstrat, neque ex iis solis colligit quae cum ipsa rei natura necessario coniuncta sint (*καθόλου* vs. 13. Ad vs. 14 cf. Anal. post. l. c. 32). Quare (vs. 15) quaecunque ars certam quandam et veram doctrinam demonstrat, propositiones ex quibus demonstrationem conficit, num sibi concedantur ab adversario non quaerit, sed ponit: nam quum veritatem investiget, non accipere potest utrumcunque respondeatur (quod dialectica facit), sed ipsa sumere debet propositiones veras, ex quibus probari possit quod demonstrandum est.

172a19 Ne quis comma ponat post *ἀρχάς*, monemus loci sententiam hanc esse. Sin autem demonstraret, etiam si non omnia, sed aliqua tantum, de primis certe principiis non interrogaret adversarium. His enim non concessis, quippe sine quibus nulla omnino fieri possit demonstratio, non haberet unde obiectionem adversarii quamcunque redargueret. Similem usum particulae *ἀλλά* (vs. 19), quae orationem interrumpens quasi adversarii loco maiore cum vi ad obiectionem inceptam respondeat, iam habuimus 171a29 et 111b14, ubi v. quae diximus. — Praeterea notandum est, quod in maiore Bkki editione mendum est, quod vs. 20 pro *διδόντος* legitur *διδόντας*.

172a21 Denique dialectica a reliquis disciplinis eo differt, quod, quum propositum habeat ut tentet adversarium, exerceri potest etiam ab eo qui artis non peritus rem de qua disputetur non cognitam habeat, si ita respondeat, ut non ea concedat quae sciat neque quae rei de qua agatur propria sint, sed quae eius sint consequentia (das auf dem Wege der Empirie und Routine von der Sache Erkannte). Sunt enim quaedam ita comparata, ut etiam si nobis cognita sint, tamen

certam eorum doctrinam non habeamus, si vero nobis ignota sint, doctrinam quoque quae ad illa pertineat nos ignorare necesse sit: quod quam verum sit ex iis clarum est quae dixit Anal. post. I. c. 1. — Ad vs. 29 cf. Anal. post. 76 a 37, 77 a 26. — Vs. 32 *τοὺς ἐπαγγελλομένους*, eos qui artem profitentur. — *ταῦτα*, intell. *οἷς χρῶνται οἱ ἰδιῶται*. — Vs. 35 *οὗ* (intell. *τοῦ πεῖραν λαβεῖν*) *ἐντέχνως* (*ποιητική*) *ἡ διαλεκτική ἐστι*. Quod in sequentibus Aristoteles constructionem relativam quam inceperat neglexit, simile est iis quae collegimus ad 25 b 35. — Vs. 38 *οἷον αἱ ἀποφάσεις*. Vidimus enim (16 a 30 et b 12 sqq.) negatione non significari unam certam rem, sed non definitam (*ἀόριστον*) esse notionem quae negatione exprimatur.

Cap. 12. *Quomodo efficiatur ut adversarius dicat aliquid falsi vel παράδοξον.*

Aristoteles quum in antecedentibus dixerit de refutatione sophistica, iam capp. 12—14 de reliquis agit quae efficere student qui victoriam magis quam veritatem quaerunt in disputatione. Cf. c. 3.

172 b 12 Primum quidem, ait, ipsa quaerendi ratio, si ita instituitur, ut non ad certum quendam finem (*πρὸς μηδὲν κείμενον*) dirigatur, efficere solet, ut adversarius interdum aliquid falsi vel *παράδοξον* proferat (*συμβαίνει*, intell. *τοῦτο ὃ ἦν δεύτερον, τὸ ψευδόμενόν τι δεῖξαι καὶ εἰς ἄδοξον ἀγαγεῖν*. Nam oratio *ἀνακόλουθος* facta est eo, quod non adiectum est quod ex praecedente *εἴρηται* elici potest *λεκτέον νῦν*.). Deinde (vs. 16) si interrogationes frequentes fiunt et si petitur, ut adversarius respondeat quae ipse probet, accidere solet, ut ex propositiònibus ab adversario concessis facilius aliquid falsi vel absurdi eliciatur: iis enim quae data sunt ita utendum est, ut disputatio ad ea deducatur quae nobis facilia sint ad redarguendum. — Vs. 19 restituimus lectionem *δύνανται*, quam optimi codices praebent quibuscum vet. intp. et paraphr. soph. el. ed. Spengel. p. 68, 5 conspirant, Boethius vero cum edd. Bkko prioribus habuisse videtur *δύναται*. — Item vs. 26 recepimus lectionem *ἔστι* in qua codd. cum vet. intp. et Boethio conveniunt.

172 b 28 *πρότερον*, v. Top. II. c. 5.

172 b 29 Si efficere volumus, ut adversarius *παράδοξον* conten-

dat, investigandum est cui scholae addictus sit: unaquaeque enim παράδοξον aliquid habet, quod ut ab adversario comprobetur et defendatur variis quaestionibus propositis operam dare debemus. Ratio autem qua id consequamur haec est (στοιχεῖον δὲ vs. 31, cf. quae diximus ad 84 b 21), ut παράδοξα (θέσεις, cf. 104 b 19) a singulis philosophis proposita ipsi proferamus, ut videamus num adversario probentur necne. Removetur autem difficultas, in quam incurrit qui sententiam παράδοξον defendit, si eam non a se defendi ostendit, quoniam per disputationem coactus sit ut eam defendat (hoc est enim quod efficere studet qui cum eo contendit), sed quoniam velit defendere quod ipsi maxime placeat.

172 b 36 Deinde quum homines saepissime alia velint, alia profiteantur, accidere solet, ut considerantibus ea quae ipsi cupiunt (unam utilitatem sequendam esse) παράδοξα videantur ea quae profiteri solent (unam virtutem esse sequendam) et vice versa.

173 a 22 δεῖ δ' ἄγειν εἰς τὰ... Brevius haec dixit: plenius enim dicendum erat εἰς τὰ ἐναντία τῶν τοῖς πολλοῖς καὶ τοῖς σοφοῖς δοκούντων. — Iam ut paucis complectamur quae modo habuimus, artificium quo efficimus ut adversarius παράδοξον aliquid dicat in eo est, ut investigemus duas propositiones, quarum altera vera sit, si falsa sit altera, easque ita comparatas, ut de utriusque veritate homines inter se valde dissentiant: quare utracunque adversario probetur, facili negotio effici poterit, ut pro valde improbabili habeatur.

Cap. 13. *Quid faciendum sit ut adversarius idem plus semel proferat*, (b 1) *quod in notionibus relatis accidit.* 12 *Ostenditur unde nascatur* ταὐτολογία.

173 a 33 εἰρήκαμεν ἤδη, v. 165 b 16. Cum iis quae sequuntur cf. quae habuimus 140 a 27.

173 b 1 Solet autem accidere τὸ ἀδολεσχεῖν in iis notionibus quae, sive genus significant sive speciem, ad unum semper et idem referuntur, veluti et ἐπιθυμία et ὄρεξις, quae eius genus est, τινὸς ἐπιθυμία et τινὸς ὄρεξις esse dicuntur. Item id quod ad notionem dupli refertur genitivo semper exprimitur: dicimus enim τὸ διπλάσιον et τινὸς διπλάσιον et ἡμίσεος διπλάσιον. Deinde (vs. 5) etiam in iis quae, dum ipsa non adnumeranda sint τοῖς πρός τι, de substantia quadam cuius vel habitum vel affectionem significant ita praedican-

tur, ut in ipsorum definitione illius substantiae notio contineatur, sicut in imparis notione inest notio numeri de quo illa praedicatur. Res licet aliis verbis expressa eadem est quam habuimus 73 a 37. — In constructione nihil offendit, nisi quod, quum praecesserit numerus singularis *ἡ οὐσία*, sequitur genus neutrum numeri pluralis *ὧν* vs. 6 et *τούτοις* vs. 8. Haud dissimilia sunt quae dedimus ad 4 a 8 et ad 69 b 3. Locus optime haberet, si quod in marg. ed. Isingr. legitur *τὰ ὑποκείμενα* pro *ἡ οὐσία* in codicibus exstaret. Praeterea, ne quis ea quae Aristoteles dicit vs. 2, unde consequitur non omnes notiones relatas ita comparatas esse, ut genus et species semper simul sint notiones relatae — dicit enim *ὅσα*: non omnia igitur — pugnare putet cum iis quae habuimus 121 a 3 sqq., conferat quae leguntur 124 b 15—22. — Vs. 9 optimorum codicum lectionem dedimus, quam etiam Boethius habet et vet. intp.

173 b 12 Videtur autem effici *τὸ ἀδολεσχεῖν*, quia non interrogatur num notio relata nude posita sensum aliquem habeat necne (nam si non habet, sicut *τὸ διπλάσιον*, non concedendum erit adversario idem significare *τὸ διπλάσιον* et *τὸ διπλάσιον ἡμίσεος*) vel num, si habeat, idem significet nude posita quod etiam significet coniuncta cum eo ad quod referatur (neque enim idem significare utrumque concedendum erit ei qui *ταὐτολογίας* speciem vitare velit). Quorum neutrum quidem quum interrogetur, sed, quia utrumque idem significare videtur, quum eodem vocabulo utamur, sive dicimus *διπλάσιον* sive *διπλάσιον ἡμίσεος*, pro concesso sumatur, statim infertur conclusio quae *ταὐτολογίαν* habet.

Cap. 14. *De soloecismo.*

173 b 17 *πρότερον* respicit ad 165 b 20. — Vs. 24 *καθάπερ ἐν τοῖς ἐλέγχοις*, intell. *πολλοί εἰσιν οἳ οὐκ ἐλέγχοντες φαίνονται ἐλέγχειν.*

173 b 26 Fiunt soloecismi per eam formam nominum et pronominum quae generis neutrius est (*παρὰ τὸ τόδε*) et per eos casus quorum formae utrum masculinum genus an femininum intelligendum sit non produnt, sed neutrum significant.

174 a 5 Similem dicit soloecismum esse paralogismo qui fiat *παρὰ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως*. Uterque enim efficitur *ὅταν τὸ μὴ ταὐτὸ ὡσαύτως ἑρμηνεύηται* (cf. 166 b 11), sed ille in ver-

bis peccat, quibus non ita utitur ut usus loquendi postulat, hic vero in re ipsa: confundit enim res ipsas et genera quibus quaeque subiecta est.

Cap. 15. *De singulis quibusdam artificiis quae adhibere debeat qui interroget et de dispositione interrogationum.*

174 a 17 Primum argumentationis longitudo efficit, ut difficilius sit perspicere ad quem finem tendat oratio (cf. quae Top. VIII. c. 1 de propositionibus non necessariis sumendis dicta sunt, ad haec enim et hic et vs. 27 respicit), tum celeritas orationis facit, ut adversarius sero intelligat quo deductus sit, deinde adversarius ira et studio accensus (quod facile proditur, si dolo et fallacia vincere studet) ita perturbari solet, ut incautius respondeat. Deinde (vs. 23) alio ordine interrogandum est, quam quo collocari debent propositiones, ut colligamus quod nobis propositum sit (cf. Anal. pr. II. c. 19: in schol. 308 b 32 videtur mendum esse quod legitur c. 15).

174 a 32 ἐξ ἴσου interrogationem facere dicit eum qui ita quaerat, ut dissimulet utrum quod quaesiverit affirmari an negari ab adversario malit. Sententia haec est. Qui valde sibi cavent ne quid concedant quod refutationis ansam praebeat ita interrogandi sunt, ut non praevideant quid alter responderi velit. Deinde (vs. 33) si singula quaedam adversarius concessit, etiam sententia universalis quae ex illis per inductionem probari deberet pro concessa sumenda est, quasi necessario cogatur ex iis quae iste dederit. Ubi autem (vs. 38, cf. 156 b 10) nomen non habet notio universalis qua nobis utendum est, *ἀναλογίαν* adhibere debemus prouti postulat id quod defendimus: qua de re cf. quae leguntur 98 a 20 et 74 a 18.

174 b 4 εἴπερ ἀνάγκη, intell. συγχωρεῖν ἢ θάτερον ἢ θάτερον. — Vs. 6 exspectabas ut pro καὶ μεγάλα diceretur καὶ ἐλάττω. Paraphr. ed. Spengel. p. 80, 5 habet καὶ μικρά. — Vs. 11 οὐκ ἄρα τὸ καὶ τό, h. e. ὡς συλλελογισμένους ὅτι οὐκ ἀληθὲς ὃ ἔφησεν ὁ ἀποκρινόμενος.

174 b 12 Sophistice argumentatur qui sententiam παράδοξον defensurus adversarium, qui thesin probabilem tuetur, interrogat num ei verum videatur id quod quaerat? (Cf. Paraphr. ed. Spengel. p. 80.) Namque si propositio probabilis investigatur quae idonea sit ad comprobandam sententiam παράδοξον quam conficere vult qui interrogat (ἂν ᾖ τὸ ἐρώτημα ἐξ ὧν

ὁ συλλογισμός, intell. ὁ τῆς ἀντιφάσεως s. ὁ ἔλεγχος), de hac interrogatus adversarius num vera sibi videatur, aut redarguitur (si propositionem concedit) aut παράδοξον aliquid dicit (si eam neque veram neque probabilem esse contendit) aut (si eam non concedit, sed probabilem esse dicit), quamquam non redarguitur, tamen refutationi valde simile est quod efficitur. Exemplum huius argumentationis v. in schol. ad hunc locum.

174 b 19 Deinde qui alium convincere velint, sicut rhetores, investigare debent num quid dicat quod pugnet vel cum iis quae ipse probet vel cum iis quae placeant alicui eorum cum quibus consentiat. Sicut autem (vs. 23) qui respondet, si se redargui praevidet, distinctione facta haud raro e laqueis quibus iam irretitus erat elabitur, ita etiam interroganti, ut obiectionem factam solvat, interdum distinguendum est ita ut, si duplicem quod dixerit interpretationem admittat, quarum una idonea sit ad evincendum quod velit, altera non idonea (vs. 26), eo sensu se illud accepisse declaret, quo intelligi debet, ut adversarius inde redarguatur (ὅτι οὕτως εἴληφεν vs. 27).

174 b 28 Si praevidemus futurum esse, ut argumentum, quod ut concedatur ab adversario frustra petivimus, tueri non possimus, illud quidem deserendum et ad aliud transeundum est, ut alter novis argumentis illud impugnare desistat; ipsi vero respondentes, si ab adversario argumentum quod sibi concedi voluit desertum iri videmus, eum prohibere debemus et praemonere ne hoc faciat. Interdum etiam (vs. 30) disputatio a re de qua agitur ad aliam traducenda est, iis vero (vs. 33) qui, ut cognoscant quid impugnare velimus, postulent, ut aliquid aggrediamur quod ad rem ipsam pertineat (nam ratio quaedam cur non de re ipsa disseramus reddenda erit — est autem facilius et tutius in refutatione conficienda, priusquam propositionem universalem quam cogere velimus ipsam proferamus, quaedam praemittere, etiam si ad rem ipsam nihil faciant, quasi illa sit consequens eorum quae prius dixerimus), his igitur non id ipsum quod evertere volumus aperte dicendum, sed universe respondendum est probari nobis quod illi negent vel negare nos quod illi aiant.

174 b 31 ἄλλα τοῦ εἰρημένου. ἄλλος et ἕτερος saepius ab Aristotele non satis distinguuntur: v. 92 b 11, 236 a 33 ἐν τῷ

ἡμίσει ἔλαττον ἔσται τὸ μεταβεβληκὸς καὶ πρότερον τοῦ ΔΖ, καὶ πάλιν τούτου ἄλλο, κἀκείνου ἕτερον. 451 b 16 *διὸ ἕνια ἅπαξ ἰδόντες μᾶλλον μνημονεύομεν ἢ ἕτερα πολλάκις.* 1313 a 1 *φθείρεται δὲ κατὰ δύο τρόπους... ἕνα μὲν... ἄλλον δὲ τρόπον...* 1332 b 17 *εἰ μὲν τοίνυν εἶησαν τοσοῦτον διαφέροντες ἄτεροι τῶν ἄλλων (οἱ ἄρχοντες τῶν ἀρχομένων)...* Sicut 174 b 31 et al. *ἄλλος* cum genitivo coniungitur, ita etiam *ἴδιος* 684 b 13 *τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῷα τὰ ἔχοντα πόδας τὰ μὲν ἔμπροσθεν ἔχει καὶ ὀπισθεν, τὰ δ' ἐκ τοῦ πλαγίου... τοῦτο δὲ τὸ γένος ἰδίως τούτων.* 692 b 10 *πτερωτοὶ μὲν οὖν ἅπαντές εἰσιν, καὶ τοῦτ' ἴδιον ἔχουσι τῶν ἄλλων.* 1315 a 36 *τούτους (δεῖ) ἰδίους μάλιστα ποιεῖσθαι τῆς ἀρχῆς.* — Vs. 36 sicut vs. 29 recepimus lectionem quam vetustissimi codices praebent. Eandem vs. 36 Boethius videtur habuisse qui vertit: „quod affirmavit negare", et vet. intp. qui reddit: „quoniam quod dixit negare". Quamquam enim durius videtur, quod particula *ὅτι* sequente infinitivo ponitur (exspectabas enim ut scriptum esset *ὅτι ὃ ἔφησεν ἀποφήσομεν*), tamen excusatur praecedente infinitivo *λέγειν τὴν ἀντίφασιν*, cui per appositionem adduntur quae proxime sequuntur. Omnis difficultas sublata esset, si pro *ὅτι* legeretur *οἷον*.

Cap. 16. *Significat quae in sequentibus capitibus agantur.* 5 *De utilitate syllogismorum sophisticorum.* 17 *De sophismatis solvendis in universum dicitur.*

175 a 5 Syllogismorum sophisticorum duplex in philosophia est utilitas; una quod, quum plerique eorum in dictione positi sint, nos exercent in multiplici verborum significatione distinguenda et docent quando alia sit verborum coniunctio et consequentia quam rerum, quando eadem, altera quod, quo difficilius falsa argumentatione per alios decipimur, eo facilius etiam vitia, quae ipsi veritatis investigandae causa nobiscum reputantes in ratiocinando admittimus, evitabimus. Tertia utilitas in eo est quod, quum in disputando exercitati videamur, nemo putabit a nobis reprehendi quod ipsi corrigere nesciamus, sed reprehendi tantum propterea, quod illud concedere nolimus, quamquam refellere non valeamus.

175 a 19 *πλεονεξίαν*, quam 1402 a 15 *συκοφαντίαν* vocat, dicit fallacias et artificia quibus qui interrogent adversarium decipere studeant: circumveniunt enim adversarium (*πλεονε-*

κτοῦσι), quum id quod ille concessit saepius aliter interpretentur quam ille intelligi voluit.

175 a 20 Aliud est, ait, vitium sophismatis qua in re positum sit detegere, aliud promte ei occurrere (cf. 177 a 7 sq.): nam si non sumus exercitati, quamvis optime vitii causam cognitam habeamus, tamen vitium ipsum illico patefacere interdum nescimus, sicut etiam in geometricis analysi facta in synthesi conficienda interdum haeremus.

Cap. 17. *In solvendis syllogismis sophisticis non tam id agitur, ut redarguantur quam ut redarguti esse videantur.* b 15 *Si vera refutatio esset quae oratione ambigua utitur, refutationem effugere interdum non possemus.* 28 *Quare patefacienda semper est ambiguitas.* 39 *Qui ambigue interrogat e duabus interrogationibus unam facit.* 176 a 19 *Quomodo respondendum sit exponitur.* 38 *Quod obscurum est in argumentatione non simpliciter concedi debet.* b 8 *De aliis quibusdam in respondendo artificiis.*

175 a 35 Syllogismi sophistici quum revera nihil cogant, quamvis cogere videantur (cf. 170 a 12), non ita solvendi sunt, ut falsa argumentatione eos uti demonstretur, sed ita ut species, qua facile decipiunt, iis adimatur, ne quid cogere videantur, dum revera nihil cogant (*πρὸς τὸ μὴ δοκεῖν διορθωτέον*). Nam si vera refutationis notio ita definitur, ut ex propositionibus ab adversario concessis cogi debeat quod thesi repugnet sine ambiguitate (sic enim revera definienda est), non expresse numerandum est in vitiis refutationis, si quid ambigue cogatur, quum revera nihil omnino cogatur ubi syllogismus ambiguitatem quandam habet, sed ambiguitas nonnisi propterea in syllogismi vitiis numeranda est, quod refutatio ambigua verae refutationis speciem habet: nam argumentationis ambiguitas efficit, ut dubitetur num revera adversarius redarguatur necne. Etenim ei qui redarguitur semper licebit dicere non cum eo ipso quod contendat pugnare conclusionem, sed esse ambiguam: quod etiam si non verum est, tamen facit ut dubitetur num refutatio bene habeat necne. Quod autem volunt qui disputant, ut simpliciter aut affirmet aut neget qui respondeat, id nonnisi in iis fieri debet quae non sunt ambigua: nam si interrogatio ambigua est, distinctione facta respondendum erit (cf. Top. VIII. c. 7, ad quem

locum respicit b 38). Cum vs. 9 cf. quae dedit Winckelmannus in Plat. Euthyd. p. 124: Cresoll. Theatr. Rhetor. II. c. 6. p. 76: „prisca lex dialecticorum, propter quam solutio captionum difficilior esse videbatur, haec fuit, ut doctissimus vir prodit, ut interrogato fas non esset aliud respondere quam simpliciter aiendo vel negando: qui aliud quidpiam addidisset, ei multa imposita et totius disputationis ignarus habebatur: v. Gell. XVIII. c. 13". Ib. p. XXIII. not. b: „Diog. Laert. II, 135 de Menedemo: *φησὶ δ' Ἡρακλείδης ἐν μὲν τοῖς δόγμασι Πλατωνικὸν εἶναι αὐτόν, διαπαίζειν δὲ τὰ διαλεκτικά, ὥστε Ἀλεξίνου ποτὲ διερωτήσαντος, εἰ πέπαυται τὸν πατέρα τύπτων, Ἀλλ' οὔτ' ἔτυπτον, φάναι, οὔτε πέπαυμαι. πάλιν τ' οὖν ἐκείνου λέγοντος, Ἐχρῆν εἰπόντα ναί ἢ οὔ λῦσαι τὴν ἀμφιβολίαν, Γελοῖον, εἶπε, τοῖς ὑμετέροις νόμοις ἀκολουθεῖν ἐξὸν ἐν πύλαις ἀντιβῆναι*".

175 b 17 De iis quae sub sensus cadant et mutationi obnoxia sint idem nomen modo praedicari modo non praedicari posse exemplo allato demonstrat, quod ab Alexandro in schol. (310 b 21) exponitur. — Vs. 21 pro *τὸ τὸν* legendum opinor *τὸ τοῦτον τὸν* quod codicum vestigia videntur demonstrare. Non recte enim solvi dixit Aristoteles hoc sophisma ab iis qui dicant *τοῦτον μὲν τὸν Κορίσκον* (*τὸν μὴ κεκαλυμμένον* intell.) *μουσικὸν εἶναι, τοῦτον δὲ τὸν Κορίσκον* (*τὸν κεκαλυμμένον*) *ἄμουσον*: nam qui dicit *τοῦτον τὸν Κορίσκον* idem plane pronuntiat (*ὁ αὐτὸς ἔσται λόγος*), sive *τὸν κεκαλυμμένον* intelligit sive *τὸν μὴ κεκαλυμμένον*: quare aut vs. 20 delendum erit prius *τοῦτον* aut vs. 21 legendum *τὸ τοῦτον τόν*, praesertim quum etiam vs. 22 articulum *τὸν* in optt. codd. per scribentium negligentiam omissum esse appareat. Quoniam autem non satis constet quae vera sit lectio, servavimus quod dedit Bkkus. De sophismate ipso ab Eubulide proposito v. Menag. ad Diog. Laert. II, 108.

175 b 23 At, ait, ni fallor, sophisma ita solvendum est, ut verba *τοῦτον τὸν Κορίσκον* non idem in utraque propositione significare dicamus: nam ne nudum quidem Corisci nomen in illo sophismate unam et eandem significationem habet. Si quis autem in altera propositione Coriscum simpliciter dictum velit, in altera vero non simpliciter, sed „aliquem Coriscum" vel „hunc Coriscum", hoc ipsum absurdum est: nam eodem

iure in utravis propositione nomen Corisci et nudum et pronomine „aliquis" vel „hic" adiecto pronuntiabitur.

175 b 34 Exspectabas ut diceret *διὰ τὴν πυκνότητα τῶν προτεινομένων ἀμφιβόλων.*

175 b 39 Si vero qui ambigua argumentatione utitur e duabus interrogationibus non faceret unam, sed ipse diversis verborum significationibus distinctis singula seorsum interrogaret, aut revera redargueret adversarium aut non redargueret: redargueret enim, si propositio ambigua quam sibi dari vult utroque sensu aut certe eo sensu accepta ab adversario conceditur, quo ipse eam intelligere debet, ut refutatio conficiatur; quod si non fit, thesin non redarguet. Quare qui aliquid ambigui interrogat idem plane facit atque is qui duas interrogationes in unam contrahit. — Cum iis quae sequuntur 176 a 3 cf. quae habuimus 169 a 6.

176 a 8 *μὴ παρόντων*, h. e. *μὴ ἀμφοῖν παρόντων ἀλλὰ τοῦ ἑτέρου μόνον.*

176 a 16 *ἀποκέκριται.* Qui ad plures quaestiones unum responsum reddit, is non respondisse putandus est, si verbum respondendi sensu artis dialecticae proprio accipiatur. Sicut hoc loco Aristoteles *τὸ ἀποκρίνεσθαι* opponit *τῷ εἰρηκέναι*, ita *τὸ συλλογίζεσθαι* opponit *τῷ περαίνεσθαι* et *τῷ ἀναγκαῖόν τι γίνεσθαι*, de quo v. quae diximus ad 45 a 18 extr. et ad 29 a 21. — Vs. 17 *τὸ συμβαῖνον* intell. *τὸν συμβαίνοντα παραλογισμόν.* Rectius enim hoc explicatur ab Alexandro schol. 311 a 42 quam ib. vs. 23.

176 a 19 Repetit quod initio huius capitis dixit.

176 a 24 Tutius est respondere *ἔστω* quam *ναί* vel *καὶ μάλα* vel alia huiusmodi, quia quae concedimus verbo *ἔστω* non tam quia vera sunt quam ne interroganti sine causa contradicamus quasi gratificantes ei dedisse videbimur, ut, si postea accidat, ut ex iis redarguamur, facilius ea retractare possimus. Item si *παράδοξον* aliquod concedimus, verbo *δοκεῖν* utendum est. Nam si non simpliciter hoc verum esse asserimus, sed nobis quidem videri dicimus, thesis nostra neque redargui neque valde improbabilem eam esse demonstrari poterit.

176 a 27 Aliud artificium explicat, per quod refutationem subterfugere possimus. Namque quum supra expositum sit de principii petitione (v. Top. VIII. c. 13), nobis quoque hac ex-

ceptione utendum est, ut principii petitionem admissam esse dicamus. Etenim quum ii qui thesin defendant, si iam eo perventum esse sentiant, ut propediem redarguantur (*ἂν ᾖ σύνεγγυς*, intell. *τὸ ἐν ἀρχῇ ἧγουν τὸ ἐλέγχεσθαι*), neganda esse quaedam putent ex iis quae adversarius sibi dari velit principii petitionem admissam esse dictitantes, item etiam nobis hoc artificio utendum est, ut, si adversarius aliquid falsi vel absurdi sibi concedi velit quod ex thesi nostra fluat, principii petitionem eum facere dicamus. Nam quae ex ipsa thesi fluunt tam arcte cum ea coniuncta sunt, ut nihil interesse videatur, utrum ipsam falsam vel absurdam esse concedamus an ea quae illius sint necessario consequentia. — Vs. 28 recepimus lectionem *πάντως*, quippe quam Boethius, vet. intp. et editiones Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. praebeant.

176 a 33 Si adversarius propositionem quae notionem universalem habet *ἀνώνυμον* (v. quae diximus ad 19 b 6) per *ἀναλογίαν* demonstravit (de qua quidem argumentatione conf. 98 a 20 et 74 a 18), ita ei occurrendum est, ut dicamus non servatum esse ab eo quod dicitur „tertium comparationis", h. e. non ea ipsa rerum similitudine eum usum esse quam concesserimus vel quam ipse sumserit. Sin autem (vs. 36) nihil ex iis quae modo exposuimus adhibere liceat, ut prohibeamus quominus redarguamur, dicendum est non recte demonstratum esse ab adversario, quia non servaverit veram refutationis definitionem (v. quae diximus ad 168 a 18 coll. 171 a 5). — Vs. 36 editiones Bkko priores habent *ἐξειργομένοις*, ille recte recepit lectionem difficiliorem *ἐξειργόμενον*, cum qua conf. quod habuimus 151 b 14 sq. *αὐτὸν οἰστέον*. 177 a 25 *προστιθέντα διορθωτέον*. 179 a 30 *ῥητέον συμβιβασθέντας*. 1294 a 35 *ὥσπερ σύμβολον λαμβάνοντας συνθετέον*. 439 b 19 *περὶ δὲ τῶν ἄλλων χρωμάτων ἤδη διελομένους ποσαχῶς ἐνδέχεται γίγνεσθαι λεκτέον*. 1324 a 3 *πρὸς δὲ τοὺς ἀμφισβητοῦντας, ἐάσαντας ἐπὶ τῆς νῦν μεθόδου διασκεπτέον ὕστερον*. 1338 b 15 *οὔτε πρὸς μίαν οὔτε πρὸς μάλιστα ταύτην βλέποντα ποιητέον τὴν ἐπιμέλειαν*. Cf. tamen 685 b 30 *περὶ τῶν ἐναίμων καὶ ζῳοτόκων ἐπισκεπτέον ἀρξαμένοις ἀπὸ τῶν ὑπολοίπων* et quod huic exemplo haud dissimile est 686 a 6 *ἀνάγκη γὰρ τοῦτο τὸ μόριον ἔχειν τοῖς ἐναίμοις*. — Cum iis quae sequuntur inde a vs. 39 cf. Top. VIII. c. 7.

176 b 10 δεῖ τὸ ἔλαττον διδόναι, h. e. τοῦτο οὗ ὄντος μὴ ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ θάτερον, sicut quod de specie dicitur, id non simul conceditur de genere, quamquam quod de hoc, id simul valet de illa. Causa in eo est, quod quo magis particularia sunt quae conceduntur et quo pauciora eorum sunt consequentia, eo pluribus adversarius eget propositionibus, ut efficiat quod velit. Dedimus πότερον, quod etiam Boethius habuit, vertit enim „interrogato utroque". Idem editiones Bkko priores praebent. Lectio πρότερον non videtur probanda propterea, quod haec vox cum praecedente ἐρωτώμενον coniungi nequit: sin autem cum verbo δεῖ coniungatur, sensus exit huic loco parum conveniens: οὐ γὰρ δεῖ πρότερον διδόναι τὸ ἔλαττον ὕστερον δὲ τὸ μεῖζον, ἀλλὰ τὸ μεῖζον μηδαμῶς διδόναι, quod recte vidit Alexander schol. 311 b 14. — Quae sequuntur aut ita interpretari licet (coll. 123 b 31), ut Aristoteles dicat: Si quis probet speciem generis male a nobis constitutam esse, quia generi aliquid sit contrarium, speciei vero non sit, quamvis verum sit, ita occurrendum est, ut dicamus etiam speciei esse quidem aliquid contrarium, sed ἀνώνυμον hoc esse; aut loci sententia haec est (coll. 106 a 36). Si adversarius ambiguitatem notionis, quam nos ambiguam esse negavimus, eo probat, quod dicit esse quidem illi notioni aliquid contrarium, si cum aliis notionibus coniungatur, si vero cum aliis, nihil ei esse contrarium, respondendum est vel sic tamen ei esse aliquid contrarium, sed ἀνώνυμον. Nobis quidem prior interpretatio, cuius auctor est Alexander, quum simplicior sit, magis arridet, quia iam in iis quae praecesserunt de genere et specie cogitavisse videtur Aristoteles.

176 b 18 Si servetur interpunctio quam dedit Bkkus, equidem quomodo locus intelligi possit non video: deerit enim apodosis, ut nihil Aristotelem dixisse appareat. Accedit quod non hic sibi respondent particulae πότερον et ἤ vs. 20 propterea quod particulam ἤ, quam neque Boethius habet neque vet. intp. neque Paraphr. ed. Spengel. p. 95, 3, aliunde intrusam esse apparet: quare nos sublatis uncinis quibus ille inclusit verba καλοῦσι ... ἀποφάσεις, apodosin verbis ὡς αἱ γνῶμαι (h. e. ἀποκριτέον „ὡς αἱ γνῶμαι") contineri putamus, ut sententia loci haec sit. Ubi dubitatur utra propositio pro vera haberi soleat interrogatione bipertita proposita (τὸ προτεινόμενον πότερον), ambigue respondendum est

verbis ὡς αἱ γνῶμαι. Nam γνώμη et veram opinionem et negationem universalem significat. (Quid sit ὅλη ἀπόφασις facile intelligitur ex iis quae legimus Anal. pr. II. c. 2—4, ubi saepissime propositio ὅλη ψευδὴς opponitur τῇ ἐπί τι ψευδεῖ.) De γνώμῃ v. 1143 a 19 ἡ δὲ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστὶ κρίσις ὀρθή... ὀρθὴ δ' ἡ τοῦ ἀληθοῦς. 1394 a 22 ἔστι δὲ γνώμη ἀπόφανσις, οὐ μέντοι περὶ τῶν καθ' ἕκαστον... ἀλλὰ καθόλου· καὶ οὐ περὶ πάντων καθόλου... ἀλλὰ περὶ ὅσων αἱ πράξεις εἰσί, καὶ αἱρετὰ ἢ φευκτά ἐστι πρὸς τὸ πράττειν. ὥστ' ἐπεὶ τὰ ἐνθυμήματα ὁ περὶ τούτων συλλογισμός ἐστι σχεδόν, τά τε συμπεράσματα τῶν ἐνθυμημάτων καὶ αἱ ἀρχαὶ ἀφαιρεθέντος τοῦ συλλογισμοῦ γνῶμαί εἰσιν... προστεθείσης δὲ τῆς αἰτίας καὶ τοῦ διὰ τί, ἐνθύμημά ἐστι τὸ ἅπαν.

176 b 20 Si de propositionis veritate dubitatur, nomina mutare debemus: nam quia de veritate dubitatur, qui nomen tantum mutat nihil facere videbitur quod sophismatis speciem habeat, et quia opiniones variantur, nihil falsi dicere videbitur: nam mutato nomine efficitur, ut propositio redargui nequeat. Etenim quum refutatio sit συλλογισμὸς ἀντιφάσεως, nomine mutato vera ἀντίφασις non cogitur ab adversario (coll. 167 a 23). Apparet ex iis quae diximus quo iure restituerimus lectionem γὰρ vs. 24 quam etiam Paraphr. ed. Spengel. p. 95, 13, Boethius et vet. intp. habuerunt.

Cap. 18. *De vera syllogismorum sophisticorum solutione.*

176 b 30 παρ' ὁποίαν... Cur haec addiderit ex iis intelligitur quae dixit Anal. pr. II. c. 18.

176 b 33 εἴη ἂν..., h. e. εἴη ἂν ὡς ἀληθῶς λύσις ἡ εἰρημένη νῦν (vs. 29 sq.) λύσις, quam verbis sequentibus per particulam καὶ adiectis accuratius explicat.

176 b 35 Qua quidem distinctione facta, ait, apparet eos syllogismos qui falsam conclusionem recte cogant evertendos esse, eos vero qui, quamquam syllogismorum speciem prae se ferant, neque tamen revera sint syllogismi, in singulas partes ex quibus constent dissolvendos esse, ut perspiciatur qua in parte vitium admissum sit.

176 b 37 τῶν συλλελογισμένων λόγων, intell. τῶν ψευδῶν. Distinguit enim hic syllogismos qui e falsis propositionibus veram conclusionem et eos qui e falsis falsam cogant. ἐξ ἀλη-

θῶν μὲν γὰρ οὐκ ἔστι ψεῦδος συλλογίσασθαι, ἐκ ψευδῶν δ' ἔστιν ἀληθές (53 b 7 sqq.). — Vs. 39 *καὶ γὰρ*... Namque si conclusio est falsa, altera certe propositionum ex quibus effecta est falsa sit necesse est, quod probavit 57 a 36 sq. Quae quum ita sint (ait 177 a 2), iis qui falsum syllogismum evertere velint primum investigandum est num omnia quae syllogismi definitio postulet revera in eo sint observata, deinde, si syllogismus ipse bene habeat, perscrutandum num conclusio sit vera an falsa, ut, si vera sit, singulis partibus ex quibus componatur cognitis (*διαιροῦντες* vs. 4) exploremus utra propositio sit falsa, si vero conclusio falsa sit, syllogismum evertamus (*ἀναιροῦντες*) ita, ut aut alteram propositionem aut conclusionem falsam esse demonstremus (*ἢ ὧδε ἢ ὧδε*). — Ne quis putet pugnare ea quae leguntur 176 b 36, ubi Aristoteles non nisi eos syllogismos, qui speciem tantum habeant syllogismorum, quamquam revera nihil cogant, solvendos esse dicat per *διαίρεσιν*, cum iis quae habemus 177 a 5, ubi etiam eos qui veram conclusionem e falsis propositionibus recte cogant, *διαιρέσει* facta solvendos esse dicat, notandum est, quod ii, quorum conclusio vera ex propositionibus falsis efficitur, ut solvantur et *διαιρέσει* egent et *ἀναιρέσει*. Hi enim, ut cognoscatur utra propositio falsa sit, prius in partes ex quibus constant dissolvendi sunt quam propositio falsa ipsa redargui potest.

Cap. 19. *De redarguendis syllogismis qui vel voce vel oratione ambigua utuntur.*

177 a 12 Exemplum quod hic affertur habuimus 166 a 12. Alterum exemplum sic intelligendum est. *ὅ τις ἐπίσταται τοῦτο συνεπίσταται* (intelligit), *οὗτος δ' ἐπίσταται* (memoria tenet) *τὰ ἰαμβεῖα, συνεπίσταται ἄρα τὰ ἰαμβεῖα· ἀλλ' οὐ συνεπίσταται· ἔστι γὰρ ἰδιώτης* (cf. 166 a 18 sqq.). Conclusio non ambigua est, sed propositio minor, quia qui dicit aliquem scire carmina aut memoria eum tenere dicit carmina aut eum intelligere carmina.

177 a 14 Quod oratione ambigua exprimitur quodammodo esse et quodammodo non esse dicitur: significatur enim verbo ambiguo et quod est et quod non est. — Particula *ἀλλὰ* sensum aliquantulum turbat, quamquam praecedente negatione excusatur.

177 a 16 Quorum syllogismorum conclusio ambigua est, quia non efficitur syllogismus quo redarguamur, nisi adversarius a nobis impetraverit ut ei concesserimus quod thesi nostrae repugnet (66 b 10), in iis cavendum est, ne ambiguam propositionem concedamus (hoc enim, quamquam non expresse dicitur, Aristotelem dicturum fuisse patet: id enim agit, ut doceat quomodo occurrendum sit sophismati); si autem conclusio non est ambigua, sed propositiones tantum aliquid ambigui habent, non opus est, ut orationem ambiguitate liberemus. Nihil enim thesi nostrae nocebit, si ambigua sunt ex quibus argumentatur adversarius, dum id quod probare velit ut nos redarguat non sit ambiguum. Praepositio πρὸς vs. 20 eundem habet sensum quem exposuimus ad 50 a 11. — Exemplum quod habetur vs. 17 sq. quale sit ex iis apparet quae leguntur 166 a 9 sq., id vero quod sequitur vs. 23 illustratur coll. 165 b 34 sqq.

177 a 20 ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν..., h. e. si statim ab initio ambiguitatem perspicimus: opponitur enim quod sequitur vs. 24 ἐὰν δὲ λάθῃ.

177 a 27 Nonne quisque quod scit intelligit? Profecto, quamquam ii qui quod sciunt memoria tantum complectuntur non semper intelligunt quod sciunt: non est enim idem neminem intelligere quod sciat et nullum eorum, qui memoria tantum teneant quod sciant, intelligere quod sciat. — Apparet ex iis quae diximus non recte fecisse Bkkum, quod pro ὅτι, quod edd. priores habent, scripserit ὅτι.

Cap. 20. *De corrigendis syllogismorum vitiis in coniunctione et disiunctione verborum positis.*

177 a 37 Paralogismus inde nascitur, quod ᾧ et τούτῳ modo cum verbo εἶδες coniunguntur modo cum verbo τυπτόμενον. Quamvis autem ambiguitatem quandam talia habere videantur, tamen non in ambiguis haec numeranda esse docet, sed in iis syllogismis qui peccent in coniunctione verborum. Namque si disiunguntur verba quae coniungi debent, oratio non ambigua dicenda est propterea, quod oratio ambigua dicitur, si, quamquam una et eadem manet, tamen duplicem sensum habet, ea oratio vero quae duplicem constructionem admittit, ut alia verba cum aliis coniungi possint, revera una et eadem dici nequit. Quare τὸ παρὰ τὴν διαίρεσιν ambiguum dici non potest, nisi etiam singula verba quae accentu vel

spiritu differunt pro ambiguis habenda sunt (notandum est autem, quod pro σημαίνει ἕτερον b 4 accuratius dicendum erat Aristoteli διττόν ἐστιν: quae quidem negligentia facile excusatur, quum idem etiam sic exprimere liceat: εἴπερ καὶ τὸ ὄρος καὶ ὅρος ὄνομα ἓν ὂν οὐκ ἀεὶ ταὐτὸν σημαίνει ἀλλ' ἕτερον): namque quo iure pro una oratione haberetur quod diverse construitur, eodem etiam ὄρος et ὅρος pro una voce haberentur. At quum nemo sit qui hanc vocem ambiguam esse dicat, neque τὸ παρὰ τὴν διαίρεσιν ambiguum esse apparet. — Boethius omissa particula μὴ vs. 3 vertit: „siquidem ora et hora secundum accentum prolata significant aliud". Patet autem particulam μὴ deletam esse ab iis qui verba εἴπερ μὴ καὶ... coniungenda putarent cum iis quae proxime praecesserunt; at facile tollitur difficultas omnis, si verba οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς λόγος γίνεται διαιρούμενος ita accipiantur, ac si in parenthesi dicta sint. — Vs. 6 κἀκεῖ, h. e. ubi ambigi possit de accentu vel spiritu qui ponendus sit. Quod vs. sq. dicit ὥστ' οὐ διττὸν... non continuo cohaeret cum iis quae proxime antecesserunt, sed cum iis quae habuimus vs. 1—4.

177 b 13 Qua in re sophisma constet quod hic commemoratur videmus ex schol. 313 b 1. — Cum iis quae vs. seq. leguntur cf. quae habuimus 20 b 35 et schol. 128 a 36.

177 b 16 Cuius doctrina bona est, id bonum est discere, mali doctrinam nosse bonum est, quare mali aliquid discere bonum est. At quod malum est, id et malum est et disci potest, ut potius dicendum sit malum esse, si quid mali discatur, quamquam mali doctrinam nosse bonum est.

177 b 29 οὐ γὰρ πάντως... Quid haec significent optime explicat Alexander (schol. 313 b 34): nam posse aliquem aliquid dicimus et si facultatem habet aliquid agendi et si nihil eum impedit quin agendi facultate quam habeat utatur. Cf. 255 a 33 ἔστι δὲ δυνάμει ἄλλως ὁ μανθάνων ἐπιστήμων καὶ ὁ ἔχων ἤδη καὶ μὴ θεωρῶν... ὁ γὰρ ἔχων ἐπιστήμην μὴ θεωρῶν δὲ δυνάμει ἐστὶν ἐπιστήμων πως, ἀλλ' οὐχ ὡς καὶ πρὶν μαθεῖν.

177 b 33 ἀλλ' ἔστι..., h. e. solutio sophismatis ipsa est sophistica, cf. 170 a 12 sq. Idem vitium reprehenditur de coel. 294 b 8 πᾶσι γὰρ ἡμῖν τοῦτο σύνηθες, μὴ πρὸς τὸ πρᾶγμα ποιεῖσθαι τὴν ζήτησιν ἀλλὰ πρὸς τὸν τἀναντία λέγοντα, quibus, ut explicet quid sit τὸ πρὸς τὸ πρᾶγμα, addit διὸ δεῖ τὸν μέλλοντα καλῶς ζητήσειν ἐνστατικὸν εἶναι διὰ τῶν οἰ-

κείων ἐνστάσεων τῷ γένει, τοῦτο δ' ἐστὶν ἐκ τοῦ πάσας τεθεωρηκέναι τὰς διαφοράς.

Cap. **21.** *De vitiis syllogismorum quae ex prosodia nascuntur solvendis.*

Cap. **22.** *De redarguendis iis paralogismis qui fiunt παρὰ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως.*

178 a 5 *ἐπείπερ ἔχομεν* ... categoriis enim bene distinctis apparebit qua in re vitium admissum sit. Namque concessit qui interrogatus est non praedicari de alia re, sed per se consistere quodcunque substantiam exprimat, alter vero id quod revera est quantum vel *πρός τι*, quamvis speciem substantiae habeat, praedicari de alia re demonstrat, ut demonstravisse videatur substantiam de alia re praedicari. — Monendum est, quod exemplum substantiae Aristoteles non servavit, quod ab eo servatum iri in sequentibus verisimile erat, quia adiecit *οἷον ἐν τῷδε τῷ λόγῳ*. In paralogismo sequente confunduntur categoriae faciendi et patiendi: quare dicit (vs. 18) eum non redargui, qui *τὸ ὁρᾶν* categoriae faciendi subiectum esse neget: hoc est enim quod tacite sumit adversarius, ut paralogismum conficiat. Cf. 419 a 13 *τὸ μὲν χρῶμα κινεῖ τὸ διαφανές, οἷον τὸν ἀέρα, ὑπὸ τούτου δὲ συνεχοῦς ὄντος κινεῖται τὸ αἰσθητήριον ... πάσχοντος γάρ τι τοῦ αἰσθητικοῦ γίνεται τὸ ὁρᾶν.*

178 a 24 *τὸ αὐτό*, intell. *ὅτι φαίνεται δεδωκέναι ὃ οὐ δέδωκεν, ἀλλὰ ἰδίου ἐρωτήματος προσδεῖ.*

178 a 31 Solutionem sophismatis semper incipit per particulam *ἤ*. Confunditur in hoc exemplo categoria substantiae cum categoria quantitatis. Nam quum ille quaesiverit quid habeat alter, conclusionem ita exprimit, quasi quaesivisset quanta haberet (*συνάγει ἐπὶ τοῦ ὅσα* vs. 33). — Vs. 35 particula *ἆρα* melius abesset, quoniam quaestio quam particula *εἰ* oratione obliqua incepit, iam per particulam *ἆρα* exprimitur oratione recta.

178 a 37 Si, qui non unum talum solum habet, sed plures, unum dat alteri, falso cogitur eum dedisse quod non habeat — unum solum. Nam voce „solum" non exprimitur id quod habeat, sed quomodo habeat, h. e. num cum aliis habeat an sine aliis. Quare in illo paralogismo confunditur categoria

substantiae cum categoria relationis. — Orationem *ἀνακόλουθον* quam habemus b 1—4 optime supplevit auctor paraphrasis ed. Spengel. p. 107 *ὥσπερ οὖν, εἰ ἤρετο..., φανερὸν ἦν ὅτι οὐ συλλογίζεται, οὕτω κἀκεῖ*: nam in utroque exemplo non quid habeat, sed quomodo habeat (*μόνον ἢ μετ' ἄλλου — ταχέως ἢ μὴ ταχέως*) quaeritur.

178 b 10 Reprehendit eos qui tales syllogismos non ita solvant, ut categorias distinguendas esse doceant (quod faciendum esse modo ipse ostendit), sed ita ut aut conclusionem aut propositionem maiorem veram esse negent. Namque conclusionem evertunt et ii qui dicunt eum qui videat revera habere unum oculum solum, quia quicunque duo vel plures habeat, eundem unum solum certe habere necesse sit (*οὐκ ἄρα ᾧ μὴ ἔχει ὀφθαλμῷ ἴδοι ἂν ἀλλ' ᾧ ἔχει*), et ii qui, si quis argutetur dicens: „Quod quis habet, accepit, accepit autem unum calculum, ergo habet unum calculum" (quod falsum est, si ille, antequam unum accepit, plures iam possidebat), ita occurrant, ut dicant certe alterum qui acceperit unum solum calculum habere acceptum ab altero qui dederit. (Notandum est, quod quae leguntur vs. 11 seq. brevius dicta sunt *οἱ δὲ καὶ...* Sententia enim haec est: *ὁμοίως δὲ τινὲς μὲν λύουσι καὶ ἄλλον παραλογισμὸν διορθοῦντες τὸ συμπέρασμα καὶ λέγοντες ὡς ὃ ἔχει ἔλαβεν*: nam verbis *τινὲς μὲν* vs. 10 non respondent verba *οἱ δὲ* vs. 11, sed quae habentur vs. 14.) Propositionem maiorem vero evertunt (vs. 14) qui dicunt fieri posse, ut quis habeat quod non acceperit. Peccant autem utrique (*οὗτοι πάντες* vs. 16) in solvendis paralogismis: nam si haec solutio vera esset (*εἴ γὰρ ἦν αὕτη λύσις* vs. 18. V. quae diximus ad 67 a 35 et ad 20 a 31), qua in re vitium positum esset patefacere deberet (176 b 29), ut, si concederemus verum esse id ipsum ex quo syllogismi falsitatem ortam esse vera solutio docet — nam *διδόναι τὸ ἀντικείμενον* (intell. *τούτῳ παρ' ὅ ἐστιν ὁ λόγος*. Cf. 179 a 12) dicitur is qui pro vero habet et concedit cuius falsitatem ipsa solutio demonstrat — refutationem effugere non possemus (*οὐχ οἷόν τε λύειν*). Nam ex omni refutatione sophistica fit refutatio vera, si pro vero conceditur id quod falsae ratiocinationis causa est (*παρ' ὃ συμβαίνει τὸ ψεῦδος*), velut per syllogismum ambiguum, qui distinctione facta solvendus est ita ut dicamus *ἔστι μὲν ὃ ἔστι δ' ὃ οὔ*, revera

redarguimur (*συμπεραίνεται* vs. 20), si propositionem ambiguam omissa distinctione simpliciter veram esse concedimus. Contra si ne posito quidem eo in quo peccatum esse solutio dicit redarguimur, solutionem ipsam falsam esse apparet. Unde patet iure reprehensam esse eam solutionem quam habuimus vs. 10: nam etiamsi expresse concedimus et veram ponimus propositionem maiorem in qua peccatum esse illi contendunt, tamen revera non redarguimur, quia talem argumentationem, in qua substantia cum relatione confunditur, revera quidquam cogere negandum est.

178 b 28 Alexander et paraphr. ed. Spengel. ita hunc locum explicant, ac si habuissent *τοσόνδε* pro *τόδε*. At quod Aristoteles dicit hoc est. Si et vera et falsa oratio significarent *τόδε τι* et oratio, dum scriberetur, vera esset, nunc vero falsa, sequeretur eandem simul veram et falsam esse: nam id quod res est (*τὸ τόδε τι*) idem manet omni tempore. Ceterum cf. quae habuimus 4 a 35.

178 b 35 *οὐδέτερον*, h. e. *οὔθ' εὗρεν οὔτ' ἔμαθεν, ὥστ' οὐκ οἶδε τὰ ἄμφω*. At, ait, in conclusione quae quis scit universa et coniuncta (*ἅπαν*, i. e. *ἅμα πᾶν*) considerantur, in propositione vero non coniuncta, sed singula quaeque (*οὐχ ἅπαντα*). Cf. quae dicemus ad 179 a 23. — Negationem *οὐχ* quam et edd. et intpp. habent omnes reduximus. — Quale sit sophisma de *τρίτῳ ἀνθρώπῳ* explicuit Alexander schol. 314 b 42.

179 a 8 *ἐκθέσθαι* est aliquid ita ponere, ut seorsum considerari debeat (cf. quae diximus ad 26 b 7, 28 a 23 et b 13). Quare non ab omni parte verum est quod dicit Alexander (schol. 315 a 5) *τὸ ἐκτίθεσθαι εἶναι τὸ ὕπαρξιν ἔχειν ἰδίαν*: expresse enim adiicit Aristoteles vitium sophismatis non in eo positum esse, quod universalis hominis notio seorsum consideretur (*ἐν τῷ ἐκτίθεσθαι*), sed in eo quod pro substantia habeatur quae per se sola consistat.

Cap. 23. *Syllogismi quorum vitium in dictione est solvuntur, si negatur cuius affirmatio syllogismum fecit falsum.*

Quod hic de solutione dicitur consequens est eorum quae habuimus cap. 18.

179 a 17 Si paralogismo facto cogimur, ut quod animatum sit animatum esse negemus (*οἷον Πλάτων διδάσκει, διδάσκει δὲ τὸ ἄψυχον, οἷον τὸ βιβλίον, Πλάτων ἄρα ἄψυχον*), patefa-

ciendum est illud animatum esse: si vero cogitur animatum esse quod inanimatum sit (*οἷον τὸ βιβλίον διδάσκει, τὸ διδάσκον ἔμψυχον, τὸ βιβλίον ἄρα ἔμψυχον*), ita occurrendum est, ut illud inanimatum esse dicamus. — Lectionem *ὡς ἔστιν ἄψυχον* vs. 18 quam Boethius et vet. intp. praebent reiiciendam esse ex iis apparet quae proxime sequuntur.

179 a 20 Item ut solvantur qui fiunt *παρὰ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως*, id quod admisso vitio repugnet categoria cui quaeque notio subiecta sit recte constituta proferendum esse docet. Exempla facile intelliguntur ex capite antecedente. — Vs. 23 brevius dixit *ἀλλ' οὐχ ἃ* pro *ἀλλ' οὐχ ἅπαντα ἢ εὑρὼν ἐπίσταται ἢ ἅπαντα μαθών*.

Cap. 24. *De redarguendis syllogismis qui peccant in accidente.*

179 a 27 Quum incertum sit quando quod de accidente praedicetur etiam de re ipsa praedicetur (hoc enim causam esse huius paralogismi vidimus 166 b 29) — alia enim de utroque simul necessario praedicari videntur, alia vero non necessario de utroque — omni syllogismo quo ad rem ipsam transfertur quod de accidente praedicatur ita occurrendum est, ut de re ipsa et de accidente idem non necessario praedicari dicamus. Promti autem semper esse debemus ad demonstrandum quale sit quod de utroque praedicari debere negamus: sunt enim alia *συμβεβηκότα καθ' αὑτὰ* eaque necessario cum rei natura coniuncta, alia vero ita comparata, ut possint et abesse et non abesse a rebus quarum sunt accidentia (v. quae diximus ad 71 b 10). — Prima exempla quae afferuntur qualia sint Aristoteles ipse docet in seqq., de quarto v. Plat. Euthyd. 298 E, de quinto schol. 315 a 45. — Vs. 36 *οὐκ ἀνάγκη τὸ κατὰ τοῦ συμβεβηκότος* (*οἷον τὸ σὸν εἶναι κατὰ τοῦ πατρός*) *καὶ κατὰ τοῦ πράγματος* (*ἦγουν τοῦ κυνός*) *ἀληθεύεσθαι, ὥστε σὸν εἶναι πατέρα τὸν κύνα*.

179 b 11 Solutionem modo propositam primum reprehendit propterea quod, si vera esset, non eadem solutio conveniret in omnes eiusdem generis paralogismos (eos intell. qui in accidente peccant): convenit enim illa quidem in eos qui idem simul sciri et nesciri cogunt, non convenit in eos qui non probant aliquid sciri vel nesciri, sed aliquid esse vel quodam modo se habere. Deinde (ait vs. 17, ubi secunda re-

prehensio exponitur) fieri potest, ut in eadem argumentatione pluribus modis simul peccatum sit, quamquam paralogismus non solutus esse dicendus est, si falsi quodcunque in eo inveniatur. Velut etiam si quis Zenonem qui motum dari negat ad absurdum deducat et revera coegerit falsum esse quod ille contendat, tamen fallaciam quam illius argumenta habent non solvit: nam vera solutio patefacere debet quomodo fiat ut specie paralogismi propositi decipiamur. Quare si alter revera nihil coegit, quamvis videatur (quod accidit in iis paralogismis de quibus nunc sermo est, *ἐν τοῖς παρὰ τὸ συμβεβηκός*), sive verum est sive falsum quod conficere velit, qui paralogismum solvit patefacere debet revera nihil coactum esse. — Vs. 18 dedimus *ἁμαρτίας*, quia *μοχθηρίας* quod plurimi codices praebent e vs. antecedente hic videtur illatum esse. — Vs. 22 recepimus lectionem quam optimi libri mss. cum editionibus plerisque exhibent licet Boethio et vet. intp. invitis: nam oratio maiorem vim habet si legimus *ἀλλ' οὐκ* (coll. quae diximus ad 172 a 19 extr.), ut *οὐ γὰρ* alienae correctionis speciem habeat.

179 b 26 Tertium argumentum, quo solutionem supra expositam evertat, explicat. In quibusdam syllogismis, ait, fieri quidem potest, ut illa solutio bene habeat, in hos vero paralogismos minime convenit, quia, quum ille et Coriscum esse Coriscum et eum qui accedat accedere noverit, non dicendum est idem a se et sciri et ignorari: novit enim utrumque. Apparet autem illam solutionem locum habere non posse, nisi si alterum sciretur, alterum nesciretur.

179 b 34 Secundum quod habuimus argumentum etiam contra eos valet qui paralogismum 179 a 35 commemoratum ita solvunt, ut omnem numerum et magnum et parvum esse dicant. Peccant enim in eo, quod revera nihil coactum esse non vident, sed verum syllogismum factum esse concedunt.

179 b 38 Alii denique argumentationem aliquid ambigui habere dicunt, quod falsum est propterea quod, quum dicis „canis tuus est, canis pater est, ergo canis est tuus pater" neque singula verba neque sententia quam coniuncta exprimunt duplicem interpretationem admittunt.

180 a 8 Item etiam alium paralogismum ita solvunt, ut orationem ambiguam esse dicant. Male. Nam *τὸ τοῦτο τούτων εἶναι* non ambiguum est, sed aliquid ab aliquo possideri si-

gnificat. Si quis tamen hoc ambiguum esse contendat (quia, si dicatur *ὁ ἄνθρωπος τῶν ζῴων ἐστίν*, non possessio significetur, ut *τοῦ τοῦτο τούτων εἶναι* etiam alium sensum esse appareat quam eum quo aliquid ab aliquo possideri significet, et quia, si quid ita referatur ad *τὰ κακά* (vs. 12), ut genitivo casu ponenda sint, velut si dicamus *ἀπαλλαγὴ τῶν κακῶν*, dicendum sit *τοῦτο εἶναι τῶν κακῶν*, — h. e. coniungendum sit cum genitivo „*τῶν κακῶν*" — neque tamen propterea (*ἡ ἀπαλλαγὴ*) in malis numerandum sit, unde appareat multiplicem sensum habere *τὸ τοῦτο τούτων εἶναι*), non tam in ambiguitate peccatum esse dicendum est, sed in eo, quod simpliciter enuntiatum sit quod non nisi quodammodo affirmari debebat: nam qui *φρόνησιν* dicit *ἐπιστήμην τῶν κακῶν* non simpliciter dicit *φρόνησιν εἶναι τῶν κακῶν*, *ἀλλὰ πῇ τῶν κακῶν*. — Iam his expositis et a Bkko et ab iis qui ante eum Aristotelem ediderunt falsa interpunctione facta hunc locum difficilem redditum esse apparet. Namque longiori oratione interiecta non mirum est, quod in altero membro, quod incipit verbis *παρὰ τὸ* vs. 13, particula *οὖν* adiecta est: apodosin enim inceptae orationi deesse oblitus Aristoteles novum enuntiatum exorsus est (qua de re v. quae diximus I. p. 336).

180 a 14 Quare quamquam exemplum quod modo habuimus (hoc enim significat verbis *ἐπὶ τοῦ λόγου τούτου* vs. 15) *τὸ φρόνησιν εἶναι τῶν κακῶν* non ambiguum est, tamen fieri fortasse potest, ut ambiguitatem habeat, si dicatur *ἀγαθόν τι εἶναι τῶν κακῶν*, ut et aliquid boni malum esse et aliquid boni a malis possideri eorumque usui inservire significet. At ne hoc quidem verum est, quoniam, si quid est bonum et est *τούτου* (h. e. et possidetur a pravo homine), non consequitur idem etiam esse *ἀγαθὸν τούτου*: nam quae singula de aliqua re praedicantur, eadem etiam copulata de ea praedicentur non est necesse. Quare neque quum dicimus *τὸν ἄνθρωπον τῶν ζῴων εἶναι*, quidquam ambigui oratio habet. Nam si quando aliquid brevius iusto exprimitur (*ἀφελόντες* vs. 19) — hoc enim facit qui dicit *ὁ ἄνθρωπος τῶν ζῴων ἐστί*, quum dicere debeat *εἶδός τι τῶν ζῴων ὁ ἄνθρωπός ἐστιν* vel aliud quid huiusmodi — orationem esse ambiguam minime consequitur: nam sicut *τὸ μῆνιν ἄειδε θεά* brevius dictum est, ut sensu proprio acceptum non significet Iliadem,

tamen oratio eius qui dicit δός μοι τὸ μῆνιν ἄειδε θεά Iliadem intelligens ambigua dici non poterit.

Cap. 25. De solvendis iis paralogismis qui in eo peccant, quod simpliciter ponunt quod non nisi quodammodo verum est.

180 a 23 Qui redarguere velit paralogismos qui simpliciter asserunt quod non nisi cum adiunctione quadam concedendum est, conclusionem considerare debet, num fortasse fieri possit, ut simul ipsa sit vera et id quod ei contrarium sit vel repugnet, si utrumque cum adiunctione quodam dicatur vel alterum simpliciter, alterum cum adiunctione: nihil enim absurdi exit, si contraria vel repugnantia simul vera sint ita ut aut utraque non simpliciter pronuntientur aut certe alterum.

180 a 33 Prima duo exempla quae hic habentur facile intelliguntur coll. 167 a 1 sqq.; tertium ab Aristotele explicatur vs. 39, de quarto v. schol. 316 b 26.

180 b 2 Item si oratio et aliquid falsi habet et aliquid veri, difficile videtur ad diiudicandum num vera sit dicenda an falsa: fieri enim potest, ut simpliciter falsa sit, quodammodo vero vel certae cuiusdam rei ratione habita (ἢ τινός vs. 6) vera, ut partim quidem sit vera, quamquam vera simpliciter dici nequeat.

180 b 12 τῷ αὐτῷ, eidem homini. Namque quum exemplo proxime antecedente demonstratum sit idem simul esse posse bonum et malum, sed bonum alii homini, alii malum, nunc etiam eidem homini idem simul bonum et malum esse ostenditur, quamquam non eodem tempore vel non eodem loco. Similem quasi gradationem habuimus 167 a 29 — 34.

180 b 24 Suum quemque habere iustum est; si iudex ex animi sententia iudicavit, iuste iudicavit, quare si ex animi sententia alii adiudicat quod alius habere deberet, ille possidebit quod iustum est — lege certe iustum, natura iniustum. — Vs. 25 ex optimis codicibus dedimus ψευδής, quod etiam vet. intp. videtur habuisse qui vertit: „si sit falsus", et Boethius qui habet: „si sit falsa (opinio intell.)".

180 b 31 Docet quomodo solvendi sint paralogismi quos habuimus vs. 24 et 26, quamquam hoc iam satis manifestum est ex iis quae antecesserunt.

Cap. 26. De redarguendis iis qui refutationis definitionem non observant.

181 a 2 πρότερον respicit ad 167 a 21 sqq. Conclusionem ait considerandam esse πρὸς τὴν ἀντίφασιν, h. e. ita, ut cognoscatur num conclusio quidquam admittat quod uni eorum repugnet, quae ut observentur ipsa refutationis notio postulet, velut num admittat τὸ οὐχ ὡσαύτως vel τὸ οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. Si quis autem statim ab initio interroget num fieri nequeat, ut idem simul duplum sit et non duplum, negandum est hoc fieri non posse et concedendum quamquam non eo sensu quo, si dederimus, revera nos redargui intelleximus, h. e. non eo sensu quo contra definitionem refutationis supra a nobis propositam peccetur (non simpliciter, sed adiunctis iis quae in vera refutatione observanda sunt). Exempla quae sequuntur facilia sunt ad intelligendum: nam priori paralogismo ita occurrendum est, ut dicamus ἀλλ' οὐ κατὰ ταὐτό, alteri ita, ut dicamus ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. — Vs. 16 ex optimis codicibus quibuscum Boethius et vet. intp. conspirant adiecimus verba κατὰ ταὐτό, quae et facile per scribentium negligentiam omitti potuisse et haud intempestive hic inseri apparet, quum antecedentis paralogismi vitium in eo positum sit, quod conclusio non dicatur κατὰ ταὐτό (cf. quae diximus ad 180 b 12 extr.). Accedit quod etiam plures editiones priores illa verba habent.

Cap. 27. Quomodo refutentur paralogismi in quibus principii petitio sit admissa.

181 a 15 Si statim ab initio perspicimus adversarium petere ut sibi detur quod probare debet, non dandum est, quamvis probabile sit, sed dicendum (quod verum est) concedi non posse quod velit ille, sed demonstrandum esse; sin autem ab initio non perspeximus petitionem principii ab altero fieri, sed refutatione confecta hoc cognoscimus, quod ipsi peccavimus in illum conferre debemus ita, ut illum male argumentatum esse dicamus: nam in vera refutatione utendum non esse petitione principii. Denique (vs. 19) etiam ita occurrere licet, ut dicamus datum esse a nobis quod ille interrogaverit non ut propositionem, qua a nobis concessa ille ad nos redarguendos uti possit, sed ut thesin contra quam disputare debeat — quod plane contrarium est ei quod in syllogismis so-

phisticis fieri solet: in his enim propositione data quacunque ita utuntur, ut adversarium inde redarguere studeant. — Bkki interpunctionem qui retinuerit vs. 21, haud scio an hunc locum intelligere non possit.

Cap. 28. *De solvendis paralogismis quorum vitium est in consequentia.*

181 a 22 ἐπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου δεικτέον, ex argumentatione ipsa demonstrandum est non esse alterum alterius consequens, quod propositione non recte conversa posuit adversarius. Cf. quae habuimus 167 b 1, ubi etiam de Melissi paralogismo sermo fuit.

Cap. 29. *De redarguendis iis paralogismis qui assumunt quod ad syllogismum non pertinet.*

181 a 31 In iis paralogismis qui in demonstrationem assumunt quod revera ad demonstrationem conficiendam nihil facit (παρὰ τὸ προστιθέναι τι), videndum est num eadem exeat demonstratio, etiam si illud praetermittatur. Quod si fit, dicendum est datum illud esse a nobis, non quia pro vero haberemus, sed ne argumentationi, quam adversarius conficere vellet, dicis causa offecisse videremur, hunc vero iam non ita uti eo quod concessum sit, ut ad demonstrationem conficiendam aliquam vim habeat.

Cap. 30. *De solvendis iis paralogismis qui ex pluribus interrogationibus unam faciunt.*

181 b 1 Sicut autem is qui propositionem ambiguam distinctione non facta aut concessit simpliciter aut negavit, quamquam interrogatio non erat simplex, non redarguitur, si propositio utrocunque modo accepta aut vera est aut falsa, item etiam qui in eo peccat, quod ad plures interrogationes simul propositas simpliciter respondet, non refutatur, si unum responsum quod dedit simul omnibus interrogationibus convenit et verum est in omnibus. Sin autem alterum affirmari debet, alterum vero negari, vel si num plura de pluribus praedicentur simul interrogatur et si res ita se habet, ut utrumque de utroque quodammodo praedicari possit, quodammodo non possit, facile redarguitur qui simpliciter omnia simul affirmat vel negat. — Notandum est, quod vs. 8 apodosis

deest, quae facile ex antecedentibus repetitur: plene enim dicendum erat *συμβαίνει ὑπεναντίωμα, ὥστε τοῦτ' εὐλαβητέον*, intell. *τὸ ἁπλῶς ἀποκρίνεσθαι*.

181 b 10 Exempli gratia, ait, si quis de bono et malo coniunctis interrogatus num bona sint an mala simpliciter respondet „bona" vel „mala", et bona et mala ea esse cogi poterit et neque bona esse neque mala. Nam simplex responsum quod datum est „bona" vel „mala" non conveniet in utrumque: quare demonstrabitur quae bona et mala sint eadem esse cum iis quae neque bona sint neque mala. Deinde (vs. 13) si quis unumquodque secum idem et ab alio diversum esse uno responso edito concessit, eadem (duas res intell. velut *A* et *B*) et a se ipsis diversa et secum (inter se) eadem esse probatur, quum non cum aliis, sed secum ipsis eadem et inter se (a se ipsis, *αὑτῶν*) diversa esse datum sit. Denique (vs. 15) si quid boni corrumpitur, ut malum fiat, malum vero pro tempore bonum est, ex uno bono fiunt duo, malum et bonum. Duo autem quae sunt inaequalia, quum utrumque sibi ipsi sit aequale, et aequalia sibi sunt et inaequalia.

181 b 19 Dantur etiam aliae horum paralogismorum solutiones, ut si quis orationem ambiguam esse dicat. Nam quum ambo sibi aequalia esse dicuntur, hoc et ita intelligi potest, ut significet alterum alteri esse aequale et ita ut utrumque sibi quidem ipsi sit aequale, alteri vero inaequale. Eadem ambiguitas locum habet, si omnia sibi aequalia esse dicuntur, ut voces „ambo" et „omnia" ambiguas esse appareat, quamquam optime huiusmodi sophismati occurri patet, si ad plures interrogationes non unum responsum detur, sed diversa: quod si fit, aliquid absurdi confici neutiquam poterit.

Cap. 31. *Quomodo occurrendum sit iis qui ut idem plus semel dicamus efficere student.*

181 b 25 Ne idem plus semel dicamus, cavendum est (cf. 173 a 1), ne notiones relatas, quum simpliciter proferantur et sine eo ad quod referantur, aliquid significare concedamus, velut dupli notionem sine notione dimidii nihil significare dicendum est: nam videtur quidem altera notio inesse in altera, quamquam revera non inest. Etenim etiam si dico „decem uno deducto", notio numeri decem inest in eo quod dixi, et

affirmatio semper inest in negatione, attamen utraque non significat idem, ut appareat non idem semper significare *A* et *AB*, etiamsi *B* insit in *A*: unde consequitur non necesse esse ut τὸ διπλάσιον idem significet quod τὸ διπλάσιον ἡμίσεος: quare optimo iure diximus neque dupli neque dimidii notionem nude pronuntiatam quidquam significare aut, si quid significent, certe non idem significare si coniuncta ac si nuda proferantur; neque enim generalis notio ἐπιστήμης eadem manet in specie, ut si dico ἰατρικὴ ἐπιστήμη: nam illa quidem est ἐπιστήμη ἐπιστητοῦ, speciei notio vero non est ἰατρικὴ ἐπιστήμη ἐπιστητοῦ, sed ἐπιστήμη ὑγιεινοῦ καὶ νοσώδους.

181 b 36 δηλοῦται, intell. τὰ ὑποκείμενα. Quae ita praedicantur de aliis, ut simul significent notionem eius de quo praedicentur (velut notione imparis quae de numero praedicatur notio numeri continetur, v. quae habuimus 173 b 7), ea non idem significare dicenda sunt si nuda pronuntientur ac si coniuncta cum notione quam necessario contineant. — Quae sequuntur non satis clare dicta sunt. Ex iis autem quae leguntur 182 a 2 apparet sic argumentandum fuisse. τὸ γὰρ σιμὸν αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ λεχθὲν ῥινὸς κοιλότητα σημαίνει, προστιθέμενον δὲ τῇ ῥινὶ οὐ ῥινὸς κοιλότητα ἀλλ' ἁπλῶς κοιλότητα. — Vs. 39 οὐδὲν κωλύει, intell. μὴ δηλοῦν τὸ αὐτό, ἀλλὰ τὸ μὲν τῇ ῥινὶ προστιθέμενον ταύτῃ σημαίνειν αὐτὸ ὑπάρχειν. De usu particulae ἀλλὰ diximus ad 172 a 19.

182 a 1 Bkkus Iul. Pacium secutus dedit συμβαίνει, quod quem sensum habeat non dico bonum, sed tolerabilem non assequor. Boethius et vet. intp. habuerunt σημαίνειν, quod licet codicibus invitis recepimus: nam plerique eorum qui habent σημαίνει, quum omiserint verba ἔνθα μὲν... σημαίνει, in eo videntur peccavisse, quod formarum similitudine decepti a verbo σημαίνειν quod legitur vs. 1 aberraverunt ad alterum σημαίνει quod habetur vs. 2, ut non verba ἔνθα μὲν... σημαίνει, sed verba σημαίνειν... ῥαιβὸν ab iis praetermissa esse videantur. Buhlius (animadvv. critt. ed. Bip. III. p. 668) in cod. Guelph. lectionem σημαίνειν exstare tradidit.

Cap. 32. *De soloecismis vitandis.*

182 a 12 At, ait, dicere lapidem non est dicere aliquid quod nominativo (ὅ vel τοῦτο), sed quod accusativo casu proferatur

velut per ὄν vel τοῦτον. — Vs. 15 Ex codicibus *Dc*, quibuscum Boethius et vet. intp. conspirant, dedimus *εἰκεῖν*: apparet enim ferri non posse lectionem vulgarem εἶκεν. Sententia enim, ut sequentia docent, haec est. Lignum vero vel quaecunque alia generis neutrius sunt dici οὗτος nihil refert, quia horum et nominativus et accusativus eandem habet formam, ut, si inter se permutentur, tamen non fiat soloecismus.

182 a 19 Si quis interroget num hic sit haec? et si, postquam negaverit alter, pergat quaerere nonne hic est Coriscus? et deinde dicat: hic igitur est haec, tamen, etiam si Corisci nomen feminam significaret, soloecismum non coegit, nisi prius alter interrogatus num Corisci nomine femina significetur, hoc ipsum concesserit.

182 a 25 δεῖ κάκεῖ... Haec quum brevius dicta sint, obscuriora facta sunt: apparet enim hoc dicturum fuisse Aristotelem: ὁμοίως οὖν δεῖ κάκεῖ (in exemplo quod habuimus vs. 11) δεδόσθαι τὸν λίθον σημαίνειν οὗτος, h. e. ὁμοίως οὖν, εἰ μέλλει ὡς ἀληθῶς συλλογίζεσθαι σολοικισμόν, δεῖ κάκεῖ προσερωτᾶν εἰ τὸ φάναι εἶναί τι λίθον σημαίνει τὸ φάναι οὗτος ἀλλ' οὐ τοῦτον.

182 a 26 φαίνεται δὲ... Speciem autem soloecismi habet quod coactum est, quia accusativus pronominis neutrius quo usus est qui interrogavit (τοῦτο vs. 10, τί vs. 11) eandem formam habet quam nominativus.

182 a 34 οὕτως, h. e. si interrogetur ἆρ' ὃ φὴς εἶναι τοῦτον, ἐστὶ τοῦτον; — Vs. 39 τὸ μὲν intell. τὸ ἐπιστήμην ἔχειν, τὸ δὲ intell. τὸ ἐπίστασθαι.

Cap. 33. *Vera solutio paralogismorum, in quibus idem peccatum est, modo facilior est modo difficilior.* 32 *De syllogismis argutis, qui difficiliores sunt ad solvendum.* 183 a 14 *De argumentatione inepta quae facile solvatur.* 21 *Qui interrogat aut contra thesin disserit aut contra eum qui thesin defendit aut temporis excusatione utitur.*

182 b 10 Eadem argumentatio aliis alio vitio laborare videbitur, quia, si vitiorum quae recensuimus genera ad singulos paralogismos transferantur, ut quid in singulo quoque sophismate peccatum sit definiatur, haud raro dubium erit in quo genere singula sophismata collocanda sint. — Verbis ὥσπερ οὖν vs. 13 respondent quae sequuntur vs. 27 ὁμοίως δὲ καὶ...

182 b 16 Quid ridiculi habeat primum exemplum quod proponitur non intelligo: nam Alexandri interpretationem (schol. 319 b 43) ineptam esse per se intelligitur, quod vero dicit auctor paraphr. anon. ed. Spengel. p. 132, 1 *ἢ ὅτι ἐκομίζετο ἐπὶ δίφρον ἢ ὅτι ἅρμα ἤλαυνεν* quomodo ex Aristotelis verbis exprimi possit non video. — *πρὸς τὴν κεραίαν στέλλεσθαι* ambiguum est, quum et significet ad antennam mitti (contendere) et vela pandere a latere s. ventum obliquum captare (*ἐκ κεραίας διαδραμεῖν*). — Boreas purus aut est Boreas ventus salubris aut Boreas „integer scelerisque purus". — Estne ille Euarchus? aut: significat habetne nomen Euarchi? aut: regitne bene civitatem? (*ἆρ' ἐστὶν εὖ ἄρχων;*) ad quod respondetur: imo Apollonides est. Iocus videtur in eo esse, quod nomen Apollonidis sono simile est verbo *ἀπολλύναι*.

182 b 32 Syllogismus argutus est qui audientis animum ita perturbat, ut nesciat quomodo se expediat. Quod si fit, duplex audientibus movetur dubitatio: namque aut, si revera aliquid coactum est, dubitatur utra propositio impugnanda sit, aut, si syllogismus contentiosus factus est (h. e. syllogismus qui aut nihil revera coegit, quamvis speciem syllogismi habeat, aut qui quod confecit non collegit ex principiis propriis eius rei de qua sermo est, v. 171 b 19), dubitatur quomodo defendendum sit quod ab initio proposuimus. Iam ratiocinatio ipsa, si bene habet, argutissima est quum positis propositionibus valde probabilibus cogitur quod quam maxime improbabile est: nam si in una et eadem ratiocinatione, cuius propositiones sint *AB*, conclusio *C*, sumitur id quod conclusioni repugnat, ut fiat conversio qualem habuimus Anal. pr. c. 8 — 10, quodcunque efficitur simile erit conclusioni *C*: sumebatur enim quod repugnat conclusioni *C* valde improbabili, h. e. sumebatur propositio valde probabilis qua coniuncta cum propositione *A* vel *B* evertitur propositio *B* vel *A*, ut appareat ex propositionibus probabilibus semper cogi quod valde improbabile sit: quare dicit (183 a 3) talem syllogismum *ἐξ ἴσου τὸ συμπέρασμα ποιεῖν τοῖς ἐρωτήμασι*, quum conclusio negata eandem semper probabilitatem habeat quam propositiones, ut, si cum altera propositione coniungatur, conclusio aeque improbabilis exeat quam prima. Deinde (vs. 4) arguta est ratiocinatio quae ex propositionibus probabilibus conclusionem efficit aeque probabilem (*ἐξ ἀκάντων*

ὁμοίων): quam quum non debeamus concedere, propter aequalem propositionum probabilitatem haesitamus utra nobis impugnanda sit.

183 a 9 *παρὰ ψεῦδος*, h. e. *παρ' ἀναίρεσιν*, ut dicit vs. 10. Quid haec sibi velint apparet ex iis quae habuimus 176 b 35 sq.

183 a 16 Si aliqua propositio praetermissa est, sine qua argumentatio quam conficimus esse non potest, et si revera nihil cogit, ratiocinatio inepta est; si vero deest aliquid quod ad argumentationem ipsam quidem non pertinet, sed unde propositiones ex quibus cogitur confirmentur et veri similiores reddantur, ratiocinatio quidem non contemnenda est, quamquam qui interrogavit in reprehensionem incurrit.

183 a 24 *πρὸς τὸν χρόνον συλλογίζεσθαι* dicitur qui controversiam deducit ad id quod ut redarguatur longiorem disputationem requirat quam quae ad finem perduci possit. Negligentius v. 26 adiecta sunt verba *τὸ διαλεχθῆναι πρὸς τὴν λύσιν*, quasi non praecessisset particula *ἤ*, sed quasi dixisset *ὥστε μὴ εἶναι τοῦ παρόντος καιροῦ τὸ διαλεχθῆναι πρὸς τὴν λύσιν*.

Cap. 34. *Breviter recensentur de quibus in hoc libro actum sit.* 37 *Epilogus doctrinae dialecticae.*

183 a 33 *τοὺς λόγους* quos hic opponit *τοῖς συλλογισμοῖς* intelligere videtur *τοὺς φαινομένους μὲν συλλογισμοὺς οὐκ ὄντας δέ*.

183 b 1 Quum autem ob cognationem quae inter dialecticam et sophisticam intercedit praeter id quod dialecticae proprium est, ut tentet quid alii in disputando valeant, etiam id agatur, ut qui disserat rei de qua disputet peritus videatur (nam qui se interrogari vult rem scire profitetur, qui interrogat videtur ab alio edoceri velle), his libris non solum docuimus quomodo interrogandum et utendum sit iis quae adversarius concesserit (*τὸ λαβεῖν λόγον*), sed etiam quomodo ipsi respondentes thesin quam defendamus tueri possimus. — *εἰρήκαμεν* vs. 7 respicere videtur ad 165 a 25 sq. — Recte monet Alexander (schol. 321 a 14) vocem *πρότερον* vs. 18 coniungendam esse cum participio *ληφθέντα*.

183 b 31 De Tisia, Thrasymacho, Theodoro v. quae disputavit Spengel *συναγωγὴ τεχνῶν* p. 37 sqq. et p. 93—103, F. D. Gerlach Histor. Studien p. 71 not., p. 82—85, p. 87, Winckelmann in Plat. Euthyd. p. XXXIV sqq.

184 b 3 et 6 De *ὑμῖν* et *ὑμῶν* v. Stahr Aristotelia I. p. 114. Boeth. et vet. intp. habuisse videntur *ἡμῖν* vs. 3, sed *ὑμῶν* vs. 6. — Cum fine cf. quae leguntur 1329 b 34.

INDEX.

Ἀγαθόν — τὸ ἀγαθόν 49 b 10. *τὸ ἀγαθὸν ὁμώνυμον* 107 a 12.
ἀγαθῶς 136 b 28.
ἄγειν γραμμάς 101 a 16.
ἀγεωμέτρητοι 77 b 13. *ἀγεωμέτρητα ἐρωτήματα* 77 b 17 et 22.
ἄγνοια ἡ κατὰ διάθεσιν λεγομένη 79 b 23. *ἐλέγχου ἄγνοια* 168 a 18.
ἀγνοούντως 114 b 10.
ἀγνώς 178 a 26.
ἀγράμματοι ψόφοι 16 a 29.
ἀγχίνοια 89 b 10.
ἀγωνιστικοὶ λόγοι 165 b 11, 174 a 12. *ἀγωνιστικαὶ διατριβαί* 175 a 2.
ἀγῶνος χάριν 155 b 26.
Adiectivum verbale c. acc. personae coni. Comm. 176 a 36.
ἀδικεῖν 109 b 33.
ἀδικομαχία 171 b 23.
ἀδιόριστος 24 a 19. — *ἀδιόριστος — ἀόριστος* Comm. 26 b 14.
ἀδολεσχεῖν 130 a 34, 158 a 28. *ποιῆσαι ἀδολεσχεῖν* 165 b 15, 173 a 32.
ἄδοξον 173 a 19 et 26, 174 b 17. *εἰς ἄδοξον ἄγειν τὸν λόγον* 172 b 10 et 18.
Adverb. c. artic. coni. Comm. 51 b 24.
διὰ (ἐκ) τοῦ ἀδυνάτου ἀποδεῖξαι 28 b 14; — *δεῖξαι* 34 a 3, 35 a 40, 37 a 9; — *περᾶναι* 29 a 32. *εἰς τὸ ἀδύνατον ἄγειν* 36 a 22. *ἡ εἰς τὸ ἀδύνατον ἀπόδειξις* 62 b 29. *οἱ εἰς τὸ ἀδύνατον ἄγοντες συλλογισμοί* 45 a 23 *ὁ διὰ τοῦ ἀδυνάτου συλλογισμός* 61 a 19. *ἀδύνατον ἢ χαλεπόν* Comm. 8 a 29.
ἀδυναμία 119 b 3. *ἀδυναμία φυσική* 9 a 16.
Affirmatio prior est negatione 86 b 35, Comm. 17 a 8.
ἀθανασία 126 b 35.
ἄθετος οὐσία 87 a 36.
ἀθρεῖν 46 a 5.
κατὰ τὸ αἱρετώτερον ἢ φευκτότερον εἶναι πῶς ἔχουσιν οἱ ὅροι 68 a 25.
τὸ αἰσθάνεσθαι κρίνειν ἐστίν 111 a 16. *τὸ αἰσθάνεσθαι πλεοναχῶς λέγεται* 106 b 23.
αἰσθήματος μονή 99 b 37.
ἡ αἴσθησις δύναμις σύμφυτος κριτικὴ 99 b 35. *ἡ αἴσθησις τῶν καθ' ἕκαστον* 81 b 6. *δι' αἰσθήσεως οὐκ ἔστιν ἐπίστασθαι* 87 b 28.
αἰσχύνη — φόβος 126 a 8.
αἰτεῖσθαι (λαμβάνειν) τὸ ἐν ἀρχῇ (τὸ ἐξ ἀρχῆς) 41 b 8, 13, 20, 64 b 28 ibiq. Comm., 91 a 36, b 11, 162 b 31, 167 a 36, 181 a 15. *αἰτεῖσθαι τἀναντία* 163 a 14. *αἰτῆσαι* 163 a 6, 11 et 21. *αἰτήσασθαι* 163 a 20 et 23.
αἴτημα 76 b 23 et 32, 77 a 3. *αἰτήματα* 86 a 34.
αἰτίαι τέτταρες 94 a 21 ibiq. Comm.
αἰτιατόν 76 a 20, 98 a 36.
οἱ παρὰ τὸ μὴ αἴτιον λόγοι 167 b 37, 168 b 23.
αἰτιώτερον 85 b 24.
ἀκοινωνητότερον 117 b 31.
ἀκολούθησις ἡ τοῦ εἶναι 14 a 30 et 35, b 12, 15 a 6. *ἡ κατὰ τὴν ἀντίφασιν* 113 b 25. *ἀκολουθήσεις* 22 a 14, 114 b 14.
ἄκουσις 135 b 32.
ἄκρα — μέσον 25 b 36, 12 a 23. *ἄκρον μεῖζον — ἔλαττον* 26 a 22, b 37, 28 a 13. *ἄκρον* Comm. 26 a 17 sub fin.
ἀκριβεστέρα ἐπιστήμη ἐπιστήμης 87 a 31, Comm. 78 b 32.

ἀκροατήρια μεγάλα ἔχειν ἀνδρείας σημεῖον 70 b 17.
τὸ ἀληθὲς πᾶν αὐτὸ ἑαυτῷ ὁμολογούμενόν ἐστιν 47 a 8. ἐξ ἀληθῶν οὐκ ἔστι ψεῦδος συλλογίσασθαι 53 b 7 et 11. οὐδέτερον οὔτε ἀληθὲς οὔτε ψεῦδος 13 b 6 et 8.
ἀληθεύειν — ψεύδεσθαι 16 a 10, b 8 et 5, 17 a 3, 20 a 36. ἀληθεύεσθαι 19 a 2, 22 a 1, 134 b 35, 135 a 21 et 34, 139 a 12 et 27. ἀληθεύσεται 134 a 23 et 25, b 11. ἀληθεύεσθαι τόδε κατὰ τοῦδε 49 a 6.
Ἀλκιβιάδης μεγαλόψυχος 97 b 18.
ἀλλά pro δέ positum Comm. 9 b 5. ἀλλά per negligent. repetitum Comm. 14 b 30.
ἀλλ' ἤ 3 b 19, 10 b 23, 103 a 21, 111 b 31, 127 a 30, 155 a 36, Comm. 5 b 10.
τὸ ἐξ ἀλλήλων δείκνυσθαι 57 b 18. ἡ δι' ἀλλήλων δεῖξις 59 a 32.
ἀλλοίωσις 15 a 18.
ἄλλος — ἕτερος Comm. 174 b 31.
ἄλυτος — λύσιμος συλλογισμός 70 a 29.
ἅμα 14 b 24 ibiq. Comm. ἅμα τῇ φύσει 15 a 8.
ἁμαρτία — ὀρθότης 111 a 16. ἁμαρτίαι αἱ ἐν τοῖς προβλήμασιν 109 a 27.
τὸ ἁμβλὺ πολλαχῶς λέγεται 106 a 14.
ἀμελέτητοι 175 a 26.
ἄμεσα 48 a 33. πρότασις ἄμεσος 72 a 7, 85 a 1. ἀμέσων ὁρισμός 94 a 9. αἱ πρῶται ἀρχαὶ αἱ ἄμεσοι 99 b 21. ἄμεσα καὶ ἀρχαί 93 b 22. ἀμέσων ἐπιστήμη ἀναπόδεικτος 72 b 19.
ἀμετάπειστος ὑπὸ λόγου 130 b 16, 133 b 30, 134 a 2. ἀμετάπειστος ὁ ἐπιστάμενος 72 b 4.
ἀμεταπτωτος ἐπιστήμη 139 b 33.
ἀμιγέστερον τοῖς ἐναντίοις 119 a 27.
ἀμφιβολία 166 a 6, 179 a 20.
ἀμφιδοξεῖν 176 b 15 et 23. ἀμφιδοξεῖσθαι 176 b 20.
ἀμφοτέροιν τοῖν λόγοιν 149 a 12. cf. ib. 32.
ἄμφω genit. 118 a 28, 144 b 21 et 25. τὰ ἄμφω 168 a 16.
ἀμφώδοντα Comm. 98 a 13.
ἄν Comm. 62 a 5 extr., Comm. 14 b 30 coll. 153 a 20.
ἀνάγειν 50 a 17 et 26, Comm. 47 a 11. ἀνάγειν πάντας τοὺς συλλογισμοὺς εἰς τοὺς ἐν τῷ πρώτῳ σχήματι καθόλου 29 b 1.
τοῦ ἀναγκαῖον εἶναι ἀπόφασις τὸ μὴ ἀναγκαῖον εἶναι 21 b 26. τὰ ἀναγκαῖα 29 b 36. τὸ ἀναγκαῖον 32 b 15, Comm. I. p. 400 extr., ib. 83 b 38 et 94 a 27. τὸ ἐξ ὑποθέσεως ἀναγκαῖον Comm. 30 b 38 et 32 b 8. ἐξ ἀναγκαίων ὁ συλλογισμός 74 b 17 et 26.
ἐξ ἀνάγκης — ὡς ἐπὶ τὸ πολύ — ἀκότερ' ἔτυχεν 112 b 1.
ἀναιρεῖν — διαιρεῖν 177 a 5, 178 b 14.
τὸ ἀναίτιον ὡς αἴτιον τιθέναι 65 b 16, v. αἴτιον.
ἀνακάμπτειν 72 b 36 ibiq. Comm.
ἀνάκλασις 98 a 29.
ἀνάκλισις i. q. ἀνακεῖσθαι 6 b 11 sq. Anacoluthon Comm. 76 b 3 et 79 b 25.
ἀνακρίνειν 172 a 32.
ἀναλογία ἡ πολλαπλάσιος 78 a 1.
ἀνάλογον Comm. 51 b 24.
ἀναλύειν τοὺς συλλογισμοὺς εἰς τὰ τρία σχήματα 47 a 4, 50 a 30, b 3, 30 et 33, 51 a 2, 78 a 7, Comm. I. p. 366 sq., ib. 168 a 18.
ἀνάλυσις 49 a 19, 51 a 18, 88 b 18. ἀναλύσεις 50 a 8.
τὰ ἀναλυτικά 19 b 31, 162 a 11, b 32, 165 b 9.
ἀναλυτικῶς Comm. 82 b 35.
ἀνὰ μέσον 12 a 2, 3, 9, 10 et 20, b 28, 158 b 7 et 23, Comm. 12 a 2.
ἀναμφισβητήτως 11 a 2.
ἀνανεύειν 156 a 35, b 31, 158 a 8, 174 a 30.
ἀναπνευστός 135 a 33, 138 b 31.
ἀναπόδεικτος ἡ τῶν ἀμέσων ἐπιστήμη 72 b 19.
ἀνάποδοτος δόσις 123 a 18.
ἀνασκευαστικῶς 52 a 38.
ἀνατομαὶ καὶ διαιρέσεις 98 a 2.
Ἀνάχαρσις 78 b 30.
ἀνεξαπάτητος ὑπὸ λόγου 132 a 32.
ἀνεξέλεγκτος 176 b 24.
ἀνεπισκεψία 79 a 6.
ὑπὸ τῶν ἀνεπιστημόνων οἱ ἐπιστήμονες ἐλέγχονται 168 b 7.
ἀνομολογούμενον 48 a 21.
ἀνταναίρεσις 158 b 33.
ἀντεπιχειρεῖν 160 b 5 et 10.
ἀντεστραμμένως 22 b 9, 162 a 1, Comm. 44 a 30.
ἀντιδιῃρημένα 14 b 33, 136 b 3, 142 b 7.
ἀντίθεσις Comm. 32 a 32. αἱ ἀντιθέσεις τέτταρες 113 b 15.
ἀντικατηγορεῖσθαι 162 a 19 et 29, 103 b 8, 132 a 4 et 7, 135 a 15.
περὶ τῶν ἀντικειμένων 11 b 16 ibiq. Comm. ἀντικείμενόν τινος Comm. 5 b 14. ἅμα τῇ φύσει τὰ ἀντικείμενα

142 a 24. ἀντικειμένη — ἐναντία 20 a 30. τὰ ἀντικείμενα λαμβάνειν ὀρθῶς 52 b 15. ἐν τοῖς διὰ τοῦ ἀδυνάτου συλλογισμοῖς τὸ ἀντικείμενον ὑποθετέον 62 b 26. ἐκ τῶν ἀντικειμένων οὐκ ἔστιν ἀληθὲς συλλογίσασθαι 64 b 8. προτάσεις ἀντικείμεναι 63 b 24 et 35, 64 a 32. ἀντικεῖσθαι 17 a 34. ἀντικεῖσθαι ἀντιφατικῶς 17 b 16.
ἀντικειμένως 27 a 29. ἀντικειμένως ἢ ἐναντίως ἀντιστρέφειν τὸ συμπέρασμα 59 b 6.
ἀντιλογικοί 105 a 19.
ἀντιπερίστασις πάντα 98 a 25 ibiq. Comm.
Ἀντισθένης 104 b 21.
ἀντιστοιχία Comm. 16 b 1 et 79 b 6.
ἀντιστρεπτέα 51 a 23.
ἀντιστρέφειν 2 b 21, 14 a 30, b 11 et 29, 59 b 1, 61 a 5, 109 a 10, Comm. 25 a 6 et 52 b 8, ibid. I. p. 496. πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεται τὰ πρός τι 6 b 28. ἐν τοῖς ἀντιστρέφουσι κύκλῳ ἐνδέχεται γίνεσθαι τὰς ἀποδείξεις 58 a 13.
κατὰ τὰς ἀντιστροφὰς πῶς ἔχουσιν οἱ ὅροι 67 b 27.
ἀντιτακτέον 134 a 4.
ἀντίφασις 17 a 33, 72 a 12, Comm. 17 a 33. ἀντιφάσεις 17 b 26.
ἀντιφατικῶς — ἐναντίως 17 b 17 et 20. — ἀντεστραμμένως 22 a 34.
ἀντιφήσας 65 b 1.
ἀντίφραξις γῆς 90 a 16, 93 a 30.
Ἀντιφῶν ἐτετραγώνιζεν 172 a 7.
ἀνυπόπτως ἔχειν 156 b 18.
ἄνω — κάτω 82 a 22, 83 b 3 et 7, Comm. 6 a 14 et 43 a 36,
ἀνώνυμος Comm. 19 b 6.
ἀξίωμα — θέσις 72 a 17. ἀξιώματα κοινά 76 b 14. ἀξίωμα Comm. 24 a 30 et 72 a 17.
ἀόριστον ὄνομα 16 a 32, 19 b 8. — ῥῆμα 16 b 14, 19 b 10, Comm. 26 b 14.
ἀπαγωγή 28 b 21, 69 a 20 ibiq. Comm. — εἰς τὸ ἀδύνατον 29 b 6, 50 a 31, Comm. 33 b 30.
ἀπαντητέον πρὸς τοὺς λόγους 175 a 17.
ἀπαρνεῖται pass. 63 b 37. ἀπαρνοῦνται act. 63 b 36.
ἀπάτη 66 b 19, 72 b 3, 74 a 7, 80 a 6, 81 a 5 et 15, 169 a 22 et 37. ἡ ἐν τῷ παρὰ μικρόν 47 b 38.
ἀπατητικός 171 b 10 et 21.
τὰ ἄπειρα οὐκ ἐπιστητά 86 a 6. εἰς ἄπειρον ἰέναι 81 b 33, 82 a 7 et 39.
ἀπείρως ἔχειν μηδενός 175 a 18.
ἀπεκτόνηκεν 182 b 19.
ἀπηρτημένος 112 a 10.
ἀπλατὴς ἡ εὐθεῖα 49 b 36. μῆκος ἀπλατές 143 b 12.
ἁπλῶς 115 b 29, Comm. 21 a 5. ἁπλῶς δ' εἰπεῖν 140 a 37, 145 a 8, 156 b 6.
ἀπὸ δείπνου δεῖ περιπατεῖν 94 b 11, 172 a 8. ἀπὸ στόματος ἐξεπίστασθαι 163 b 28.
ἀποβολαί 117 b 3.
ἀποδεικτικὴ πρότασις — διαλεκτικὴ 24 a 23.
ἀποδεικτός 84 a 33, 86 a 7, 90 b 25, 93 a 6, Comm. 48 a 37.
ἀπόδειξις 100 a 27, Comm. Prooem. ad Anal. post. ἀπόδειξις συλλογισμὸς ἐπιστημονικός 71 b 18, 73 a 24. ἐκ τίνων αἱ ἀποδείξεις γίνονται 46 b 38. μὴ πάντων εἶναι ἀπ. 72 b 6, 82 a 8, 84 a 31. ἡ καθόλου τῆς κατὰ μέρος βελτίων 85 a 13, ἡ δεικτικὴ τῆς στερητικῆς 86 a 32, καὶ τῆς εἰς τὸ ἀδύνατον ἀγούσης 87 a 2. πλείους ἀποδείξεις τοῦ αὐτοῦ 87 b 5. αἱ κατὰ τὸ σημεῖον ἀποδείξεις 167 b 9.
ἀποδιδόναι τί ἐστί τι 1 a 5, 2 b 9. — λόγον τινός 1 a 6 et 10. — ὀνόματι 12 a 23.
ἀποδυσπετεῖν 163 b 19.
ἀποκαθιστάναι εἰς τὸ ἐναντίον 13 a 30. ἀποκαθίστασθαι 9 b 25 et 28.
ἀπόκληρος 112 b 19.
ἀποκνητέον 160 a 21.
ὁ κατ' ἀπόλαυσιν βίος 102 b 17.
ἀπομνημονεύσεις τῶν λόγων 164 a 3.
ἀπορεῖν 175 a 30, Comm. 90 a 38.
ἀπόρημα 162 a 17.
ἀπορία 145 b 1.
ἀπόσβεσις 93 b 6 et 10.
ἀποστατέον 107 b 9. — ὅτι ἀνωτάτω 155 b 30.
ἀποστοματιζόμενα 165 b 32.
ἀποφάναι — καταφάναι 20 b 13. ἀποφῆσαι — καταφῆσαι 17 a 31, b 39, 18 b 38, 20 a 25, 158 a 20. ἀποφαθῆναι — καταφαθῆναι 18 b 39.
ἀπόφανσις 72 a 11. — ἁπλῆ 17 a 20. ἀποφάνσεις ἀντικείμεναι 38 b 21.
ἀποφαντικὸς λόγος 17 a 2 et 8.
ἀπόφασις 17 a 9 et 25, 72 a 14, v. κατάφασις. ἀποφάσεις — καταφάσεις 32 a 22.
ἀποφατικῶς — καταφατικῶς 64 a 14.

ἀποφατικόν — στερητικόν Comm. 38 b 13.
ἅπτονται πάντων 171 b 24.
ἄρα apodosin indicat Comm. 52 b 19.
ἀρετή v. σπουδαῖος.
ἀριθμὸς ποσὸν διωρισμένον 4 b 23.
Ἀριστομένης ὁ διανοητός 47 b 22.
